FERDINANDI DE VALENTIBUS TREBIENSIS


Sacri Conſiſtorii, Fiſci, & R. C. Apoſtolicæ

ADVOCATI

OPERA OMNIA SELECTIORA.

DISCEPTATIONES

Ad Rem Eccleſiaſticam pertinentes.



ROMÆ MDCCXLVI.

Sumptibus VENANTII MONALDINI Bibliopolæ in Via Curſus.

Ex Typographia JOANNIS BAPTISTÆ BERNABÒ, & JOSEPHI LAZZARINI.

PRÆSIDUM FACULTATE, ET PRIVILEGIO SUMMI PONTIFICIS.

INDEX ARGUMENTORUM DISCEPTATIONUM,

Ad Rem Ecclesiasticam pertinentium.



DISCE-



DISCEPTATIONES SELECTÆ

Ad eandem materiam cum resolutionibus.

Neapolitana Primiceriatus.

Primiceriatus dignitatem Sacri Canones non agnoscunt, nisi accedente speciali jure fundationis, aut consuetudinis, aut jurisdictionis cum administratione rerum Ecclesiæ. Neque veram dignitatem esse probant aut fallax vulgi opinio, aut dignior locus & præeminentia supra ceteros ejusdem ordinis, aut dignitatis nomenclatura, quæ in Literis Apostolicis vel à supplicantibus, vel ad eorum suggestionem, vel incidenter expressa fuerit. Dignitatis jura, quæ alicui Beneficio ex ipsa sui naturâ, vel ex primæva institutione competant, quadragenariâ consuetudine, sive præscriptione amittuntur. Quibus verò argumentis, & probationibus dignoscatur Beneficii cujusque natura, ejusque sive antiquus, sive posterior status, hic habes cumulatissimè.

DISCEPTATIO PRIMA.

1 *Primicerius, qui dignitatis gradum sibi adserit, eum plenè probare debet*, & num. 36.

2 *In Canonicorum cœtu, secundùm veterem Ecclesiæ disciplinam omnes æquales erant*, & num. 199.

3 *Et iis dumtaxat officia quædam distribuebantur ad rectam Chori, & Ecclesiasticarum functionum ordinationem.*

4 *Officia Canonicorum secundùm veterem Ecclesiæ morem temporaria erant.*

5 *Officia Canonicorum olim nullum dignitatis gradum obtinebant.*

6 *Dignitates inter Canonicos paulatim institui cœperunt cum præeminentia, & perpetua administratione Bonorum Ecclesiæ*, & num. 102.

7 *Archidiaconus, & Archipresbyter solùm præerant ceteris.*

8 *Archidiaconi, & Archipresbyteri titulus antiquissimus.*

9 *Archidiaconum, & Archipresbyterum suum habebat quælibet Cathedralis Ecclesia.*

10 *Archidiacono, & Archipresbytero, ex primævo Ecclesiæ more honor deferebatur non ex munere, sed ex ætate, aut merito.*

11 *Archidiaconi, & Archipresbyteri munus olim simplex erat ministerium.*

12 *Archidiaconus, & Archipresbyter unà cum dignitatis gradu perpetuam administrationem cum jurisdictione, & præeminentia habere cœperunt.*

13 *Ecclesiæ, in quibus præsidet Capitulum, nullam dignitatem agnoscunt, præter Archidiaconalem, & Archipresbyteralem.*

14 *Dignitas propriè dicitur, quæ cum gradu, & jurisdictione perpetuam obtinet rerum ecclesiasticarum administrationem*, & num. 47., 215., & 223.

15 *Officium non habens administrationem cum jurisdictione, impropriè dignitas appellatur.*

16 *Dignitas sinè administratione invidiam generat, & scandalum inter fratres*, & num. 111.

17 *Dignitatis gradum Archidiaconus, & Archipresbyter successu temporis etiam sinè administratione, & jurisdictione retinuerunt.*

18 *Dignitatis nomina, ex communi jure sunt Archidiaconatus, & Archipresbyteratus.*

19 *Dummodò tamen alii in Choro præmineant.*

20 *Dignitatis gradum tribuit fundatio, Statutum, Ecclesiæ consuetudo, & communis reputatio*, & num. 31. 122. 167., & 196.

21 *Dignitates, vel personatus secundùm institu-*

 tio-

tionem, vel consuetudinem intelligimus, & num. 149.

21 Primicerii nomen satis non est ad dignitatem adstruendam & nu. 27. 46. 120. 213., & 218.

22 Primicerii, ac Cantoris, ex primæva sua institutione idem erat officium, & nu. 121.

23 Primicerio incumbit cura, ut Divina officia rectè persolvantur, & num. 27., & 222.

24 Primicerii nomen, officii erat, non Ordinis.

25 Antiphonas præintonandi munus exerceri debet à Canonico ultimi Ordinis, scilicet Subdiaconalis.

26 Primicerio nulla competit administratio Bonorum Ecclesiæ cum jurisdictione, & num. 57.

28 Primiceriatus dignitas non est, nisi in loco ita reputetur, & habeat signa dignitatis.

29 Dignitas & officium inter se differunt.

30 Canonicus non à Primicerio, sed à digniore Capituli petere debet licentiam exeundi è Choro.

32 Ad dignitatis fastigium Beneficium extollere Pontificiæ authoritatis præcipuum est.

33 Dignitas est qualitas quædam extrinseca, quæ alicui officio indita non præsumitur & num. 35., & 125.

34 Dignitas non ex nomine, sed ex signis dignitatis probanda est.

37 In dignitatem agnoscere mera officia, administratione, ac jurisdictione carentia, jura abhorrent.

38 Primiceriatus, administratione, ac jurisdictione caruntis, dignitatem, quæ excludunt argumenta, prævalere debent.

39 Probatio juris dispositioni conformior præferenda est.

40 Observantia elicienda est ex actibus univocis, & qui ad aliud referri non possint.

41 Observantia illa prævalet, quæ magis accedit juri communi, vel saltem ab eo minùs recedit.

42 In dubiis rebus tutior pars est eligenda.

43 Interpretatio, quoties probationes, & argumenta sunt dubia, ea recipienda est, quæ juri magis cohæreat.

44 Dignitatis titulum non probant actus, aliis etiam rebus communes.

45 Observantia ut reddatur æquivoca, sufficit possibilitas in contrarium.

48 Dignitates nullas tempore Constantini Magni non noverant Cathedrales Ecclesiæ.

49 Priscis Ecclesiæ sæculis Presbyteri addicebantur Ecclesiæ, ut unà cum Episcopo Senatum constituentes, tamquam ipsius Vicarii, ad opus quodlibet ab eo adhiberentur, & num. 199.

50 In Neapolitanæ Cathedralis Ecclesiæ fundatione instituti fuerunt quatuordecim Canonicatus præbendati, scilicet septem Diaconales, & septem Presbyterales, & num. 172.

51 Unique ex Canonicis Presbyteris datus fuit titulus Cimiliarchæ.

52 Primicerii titulus, & officium plura post sæcula à Neapolitanæ Ecclesiæ fundatione ibidem institutum fuit.

53 Ad Primicerii officium pertinet præintonare antiphonas in Choro.

54 Primiceriatus an dignitas sit, id præcipuè pendet à primæva institutione ipsius Beneficii, & Ecclesiæ.

55 Pro Beneficii qualitate dignoscenda, spectanda semper originaria illius natura, & tenor fundationis.

56 Primicerio, cui ex primæva sua institutione demandabatur officium, nonnisi Canonicis inferioris Ordinis deferri solitum, dignitatis gradus tributus dici nequit.

58 Dignitatis titulum probant plures enunciativæ Summorum Pontificum.

59 An Dignitatis titulus competat, status antiquus Ecclesiæ maximè est attendendus.

60 Status antiquus Ecclesiæ numquam sublatus censetur, nisi de eo fiat expressa mentio.

61 Beneficii status, aut qualitas nova ut inducatur, non sola denominatio, nec potestas sufficiunt absque deliberatà voluntate inducendi novum statum.

62 Dignitatis enunciatio facta in Literis Apostolicis, aliunde probanda est.

63 Exemptionem Ecclesiæ non probat enunciatio facta in Literis Apostolicis, quod illa ad jus, & proprietatem Romanæ Ecclesiæ pertineat.

64 Dignitatis titulo Papa aliquem nominans, in dignitate ipsa illum adprobare non intelligitur.

65 Nisi concurrat dispositiva Summi Pontificis voluntas.

66 Papa dignitatis titulo aliquem nominans, nemini præjudicasse censetur.

67 Denominatio certam qualitatem non probat.

68 Clericatus non probatur ex eo, quod Papa conferens alicui Beneficium, eum nominet Clericum.

69 Denominationes, & enunciationes à Papa incidenter factæ, non probant.

70 Verba suppositiva non probant.

71 Præsertim, quando agitur de immutando Beneficii statu.

72 Beneficii statum Apostolicæ provisiones non mutant, & num. 116.

73 Nec eum Papam mutare velle præsumitur.

74 Ne Beneficii status immutatus dicatur, interpretatio capienda est.

75 Summi Pontificis assertio ut probet, opus est, eam esse de facto proprio, & super illâ fundari gratiam, & num. 99.

76 Papæ

76 Papæ assertio, super quâ non fundatur ejus intentio, habetur veluti mera enunciatio, incidenter, & propter aliud facta.

77 Papæ assertio de facto non suo habetur tamquam mera enunciativa.

78 Error in facto alieno, & minimè gesto coram Summo Pontifice adesse potest.

79 Error in narratione facti alieni adesse potest, tametsi emissa motu proprio.

80 Papa, quæ in facto consistunt, ignorare præsumitur.

81 Enunciatio facti alieni emissa à Papa, super ea intentionem suam non fundante, ne quidem præsumptionem facit, & nu.104.

82 Enunciatio Primiceriatus, tamquam primæ dignitatis, in Literis Apostolicis facta, non continens assertionem Papæ, nec eum ad gratiam movens, non probat, & nu.89.

83 Enunciatio Primiceriatus, tamquam primæ dignitatis, in Literis Apostolicis incidenter facta, non probat, & nu.104.

84 Enunciationes in Literis Apostolicis à supplicantibus factæ, vel ad eorum suggestionem, non probant, & nu.94.

85 Dignitatis enunciationes à supplicantibus, vel ad eorum suggestionem in Literis Apostolicis factæ, tametsi antiquæ, non probant.

86 Gratia reservationis jurispatronatus alicujus Beneficii jam erecti aliam causam, à jure probatam, habere nequit, quàm insigne augmentum dotis.

87 Dignitatis enunciatio facta in Literis Apostolicis continentibus gratiam reservationis jurispatronatus alicujus Beneficii jam erecti, non dicitur facta principaliter, sed incidenter.

88 Dignitatis enunciatio impertinens est ad gratiam reservationis jurispatronatus, ac proinde censetur facta demonstrationis causâ & nu.100., & 105.

90 Dignitatis jus non tribuunt verba Papæ nominantis aliquem sub titulo dignitatis, quando sunt ad alium finem directa.

91 Si verò ulium effectum habere nequeant, tunc veritatis præsumptionem inducunt, saltem in illâ causâ, cujus occasione verba essent prolata.

92 Enunciatio in Literis Apostolicis præsumitur facta ad supplicantis suggestionem, cum adest clausula, ut asseritur, vel alia similis.

93 Vel, si adsint verba = Sanè nuper exhibita petitio continebat =.

95 Enuncians aliquid Papa, sicuti se habet fide dignorum assertio, non videtur probare, & adfirmare.

96 Primiceriatus dignitatem enuncians Papa, quia nobis nuper exhibita petitio continebat &c., non probat.

97 In enunciatione factâ à Papâ secundùm id, quod exhibita petitio continebat, subintelligitur, etiam si desit, clausula = si preces veritati nitantur =.

98 Gratia executioni mandari nequit, deficiente plenâ probatione qualitatis, à supplicante enunciatæ, in qua Summus Pontifex intentionem suam fundavit.

101 Dignitatis nominatio in Literis Apostolicis continentibus gratiam reservationis jurispatronatus cum derogatione regulæ quartæ Cancellariæ non probat.

102 Jurispatronatus primæ dignitatis concessio ex augmento dotis inutilis est absque derogatione Regulæ quartæ Cancellariæ.

103 Derogatio Regulæ quartæ Cancellariæ, tamquam famulatoria gratiæ, ejus naturam non immutat.

106 Dignitatis enunciationes à Papa factæ faciliùs probant, quando is, cui dignitatis nomen tribuitur, sit Rector Ecclesiæ, inferiores dumtaxat Clericos habentis.

107 Secus, si agatur de Primiceriatu Ecclesiæ Cathedralis, in quo singuli Canonici se pares esse contendunt.

108 Neapolitanæ Ecclesiæ Canonici semper gloriati sunt, non alteri dignitati, quàm Archiepiscopo honorem ullum in Ecclesia deferre, & num.126.

109 Canonici Cathedralis Ecclesiæ unum cum Episcopo, veluti capite, corpus constituebant, ejusque fratres, assessores, & consiliarii dicebantur.

110 Papæ assertio de facto aliena, & alteri præjudicium inferente, non probat.

112 Dignitatis denominationes in Literis Apostolicis, ex prioribus aliis depromptæ, an probent?

113 Dignitatis nuncupatio facta in Apostolicis Literis resignationis minus probat.

114 Beneficii qualitates Pontifex scire non præsumitur.

115 Papa providere censetur juxta narrata in supplicatione.

117 De Beneficiorum natura optimè instructi censentur Episcopi ob frequentes visitationes, & num.176.

118 Beneficii statum Apostolicæ provisiones, etiam cum pluribus, & antiquis enunciativis non mutant.

119 Dignitatis denominatio, absque expressâ Superioris voluntate non sufficit.

123 Neapolitana Ecclesia, inspectâ primævâ suâ fundatione, nullam in Capitulo dignitatem agnovit.

124 Dignitatis honor ut ex consuetudine, officio, aut Beneficio quæsitus dicatur, illa univoca esse debet, & ex actibus, necessariò dignitatem suadentibus, & num.215.

125 Primicerium inter, & primum Neapolitanæ Ecclesiæ Diaconum controversia de jure præcedendi excitata, & decisa contra Primicerium.

128 Beneficii status probatio plena ex rebus judicatis inducitur.

129 *Sententiæ in rem judicatam transactæ præbent titulum, centenariâ, & immemorabili potentiorem.*

130 *Adversus sententias in judicatum transactas quis audiendus non est, nisi obtineat in integrum restitutionem.*

131 *Dignitatis titulum, qui adstruit Beneficio ex Apostolicis Literis, illud primam dignitatem nominantibus, primæ quoque dignitatis titulum ei tribuit.*

132 *Dignitas, quæ in Cathedrali, prima, & major post Pontificalem existit, sub reservatione regulæ quartæ comprehenditur.*

133 *Non verò minores dignitates, quæ conferuntur eodem jure, qua reliqui Canonicatus, & Beneficia.*

134 *Præsertim, si dignitas tantùm sit nomine.*

135 *Dignitatem, quæ post Pontificalem major erat, vigintitrium annorum spatio dejectam suo gradu fuisse, inverisimile est.*

136 *Dignitatis nomen lata modo sumitur pro quocumque Ordine, seu gradu ecclesiastico.*

137 *Canonici Cathedralium largo modo dignitatem habere dicuntur.*

138 *Eisque propterea commissiones Apostolica delegari solent.*

139 *Antiquior Diaconus vel ratione ætatis, vel ratione antiquioris ordinationis dicitur.*

140 *Neapolitanæ Ecclesiæ Canonicus, qui antiquior Diaconus sit, digniorem locum obtinet.*

141 *Dignitas, & Canonicatus, nomine, & re differunt.*

142 *Licèt impropriè unum pro altero sumi possint.*

143 *Dignitatis argumentum non tribuit primus locus supra ceteros ejusdem Ordinis,* & num. 215.

144 *Simplici etiam Personatui convenit dignior locus.*

145 *Neapolitanæ Ecclesiæ primus Diaconatus, numquam collatus fuit tamquam prima dignitas.*

146 *Neapolitanæ Ecclesiæ primo Diacono dignior locus tribuitur, non ratione dignitatis, aut Ordinis, sed loci.*

147 *Neapolitanæ Ecclesiæ Canonici Diaconi, quia sedent à latere Archiepiscopi, præferuntur Canonicis Presbyteris.*

148 *Dignitatis nomen impropriè competit primo Neapolitanæ Ecclesiæ Diacono.*

150 *Dignitatis gradus ex consuetudine dignosci possunt.*

151 *Preeminentiam Canonicis Diaconis Neapolitanę Ecclesiæ abstulit Cardinalis Gesualdus, eamque contulit Canonicis Presbyteris.*

152 *Dignitatis gradum quadraginta annorum spatio Beneficium potest amittere,* & nu. 166., & 212.

153 *Beneficii status quadraginta annis mutari ac præscribi potest.*

154 *Sententiam postea confirmatam, & in actis visitationis insertam effectu caruisse, dicendum non est.*

155 *Primam dignitatem non probant Apostolicæ Beneficii, tamquam primæ dignitatis, provisiones, si subsecuta fuerit contraria res judicata,* & num. 160.

156 *Apostolica Beneficii, tamquam dignitatis, provisio, quæ liti causam dedit, attendi non debet.*

157 *Præsertim, si præservata fuerint aliarum jura.*

158 *Provisio Apostolica, lite pendente, facta, non probat.*

159 *Primæ dignitatis enunciatia in Literis Apostolicis non probat, si eas obtinens, Beneficii possessionem ceperit* sinè præjudicio primæ dignitatis.

161 *Dignitatem excludunt præsentationes, & collationes Primiceriatus, tamquam* Canonicatus præbendati, & num. 168.

162 *Beneficii status satis apparet ex collationibus, centenariam excedentibus.*

163 *Ad Beneficii statum dignoscendum sola quadrogenaria sufficit.*

164 *Præsertim, si fiat reditus ad primævam naturam Beneficii magis conformem juris dispositioni.*

165 *Dignitatis titulum probant collationes Beneficii factæ spatio quadraginta annorum.*

169 *Beneficii status optime dignoscitur ex pluribus collationibus, præsertim, si fuerint proximæ reservationi jurispatronatus.*

170 *Beneficii statum fundationi contrarium inducere potest diuturna observantia.*

171 *Dignitatis gradu Beneficium non pollere, probant relationes status Ecclesiæ ad Apostolicam sedem transmissæ.*

173 *In Neapolitanæ Ecclesiæ Capitulo nulla est dignitas, aut officium, sed solum Cimiliarca præest Hebdomadariis.*

174 *Nulla major Capituli Neapolitani dignitas est, quàm non habere in Ecclesia dignitatem præter Pontificalem,* & numer. 219.

175 *Episcoporum testimoniis de Beneficii statu, pluries iteratis deferendum est.*

177 *Archiepiscopos dignitate, & integritate clarissimos errasse in dignoscenda Beneficiorum naturâ, credi nequit.*

178 *Beneficii, tamquam simplicis, provisiones Apostolicæ dignitatem excludunt.*

179 *Ad Beneficium tamquam simplex præsentatus & institutus, illud dignitatem non esse fatetur.*

180 *Ad Beneficii statum dignoscendum plurimum valent confessiones Beneficiariorum.*

181 *Præsertim, si deliberatè emissæ fuerint tàm ab ipsis, quàm à Patronis.*

182 *In dignitatis statu Beneficium conservari, plurimùm interest Patronorum.*

183 *Pa-*

183 *Patronorum confessiones de natura simplicis Beneficii, dignitate carentis plenius probant.*

184 *Ennunciativæ plures, antiquæ, & quæ à diversis personis proficiscuntur, plenam probationem constituunt.*

185 *Beneficium simplex esse, probant ennunciationes visitationum.*

186 *Episcopi in visitatione statum Ecclesiarum, & Beneficiorum præcipuè inquirunt.*

187 *In Neapolitana Ecclesia, absente, vel impedito Archiepiscopo, functiones peraguntur à quatuor Canonicis dignioribus.*

188 *Ex Diariis Magistrorum Cæremoniarum justa probatio sumitur.*
Historicis plurimùm defertur, ibid.

189 *Dignitatis titulum alicui Beneficio tribuentes Historici, juris non periti, parum probant.*

190 *Dignitatis gradu Beneficium aliquod non pollere, testantes ejusdem Ecclesiæ Canonici, satis probant.*

191 *In dignitatis quæstione, an ea alicui Beneficio competat, deferendum est testibus verisimiliter informatis.*

192 *Capituli, sive Canonicorum testimonio in rebus, ad ipsos, eorumque Ecclesiam pertinentibus, deferendum est.*

193 *Præsertim, si alia suppetunt adminicula.*

194 *Episcoporum, aliarumque sublimium personarum testimonio maximè deferendum est.*

197 *Ut dignitatis titulum Beneficium obtineat non sufficit fallax vulgi opinio.*

198 *Dignitatem nullam adesse in inclytâ Ecclesiâ, inverisimile non est, sed antiquis Ecclesiæ moribus conforme.*

200 *Dignitas tota sive quoad honorem, sive quoad jurisdictionem priscis Ecclesiæ seculis penes Capitulum residebat.*

201 *Canonici priscis Ecclesiæ seculis dignitatem habitu habere dicebantur.*

203 *Dignitates à Capitularium cœtu discretæ noscuntur.*

204 *Dignitates, quoties adnexam non habeant Canonicalem Præbendam, non sunt de Capitulo.*

205 *Vel quoties speciali jure effectæ non sint de Capitulo.*

206 *Dignitates hodiedum in aliquibus Capitulis nullas extare, supponitur in Cæremoniali Romano.*

207 *Capitulum esse potest Canonicorum absque ullâ dignitate.*

208 *Primiceriatus quod reputatus fuerit pro prima dignitate, sufficit ad evitandum obreptionem.*

209 *De sententiæ executione non constare, à Sacrâ Rotâ rectè dici potuit, quia id ptobatum, aut deductum non fuerit ex incuria Defensorum, vel ex ignorantia jurium deinde repertorum.*

210 *Sacræ Rotæ Decisiones locum non habent, ubi, immutata facti serie, corruit suppositum, cum quo emanarunt.*

211 *Neapolitanæ Ecclesiæ consuetudo tribuens Canonicis Diaconis præeminentiam supra Canonicos Presbyteros, improbata est.*

214 *Dignitatis gradus non colligitur ex primo stallo in Choro, duplici emolumentorum perceptione, ordine subscribendi, & quasi possessione celebrandi Pontificalia, absente, vel impedito Archiepiscopo.*

216 *Pro dignitate adstruenda non sufficit exercitium alicujus ministerii, ad eam spectantis, si desit consuetudo, & reputatio Ecclesiæ, quod sit dignitas.*

217 *Dignitatem non probat præeminentia sinè jurisdictione, aut Ecclesiæ consuetudine, quæ talem dignitatem agnoscat,* & num. 220.

221 *Primicerio competere potest prima sessio in Choro non honoris, sed sui officii causâ.*

224 *Neapolitanæ Ecclesiæ Canonici Presbyteri non sedent à sinistris, ut antea, sed à dextris Archiepiscopi.*

225 *Ad actum urbanitatis, & honorificentiæ referenda est cessio dignitatis loci semel facta Primicerio à Capitulo morem gerente Archiepiscopo, qui id optabat,* & num. 227.

226 *Actus urbanitatis Capitulo obesse nequit.*

228 *Capituli digniorem locum Primicerio cedentis, ut Archiepiscopo morem gereret, protestatio, integra ejus jura præservat.*

229 *Protestationes opportunè emissæ, impediunt quamcumque observantiæ, & præscriptionis speciem.*

230 *Primicerius Ecclesiæ Neapolitanæ non percipit emolumenta duplicia.*

231 *Neque reperitur in possessione celebrandi functiones Pontificales, absente Archiepiscopo.*

232 *Functiones Pontificales in Ecclesia Neapolitana, absente, vel impedito Archiepiscopo, celebrandæ sunt per turnum à septem Canonicis præbendatis.*

233 *Canonici septem præbendati Ecclesiæ Neapolitanæ nuncupantur Cardinales.*

CENSUIT *Sacra Rota* in *Decisione*, à Reverendissimo *Crispo* Archiepiscopo Ravennaten. edita die 9. mensis Junii anni 1719., Canonicum in Ecclesia Metropolitana Neapolis, *Primicerii* nomine nuncupatum, nullo primæ, ac veræ dignitatis honore reliquos Canonicos antecellere: quâ *decisione* ad examen revocatâ die 20. mensis Januarii sequentis anni, cum plura deducta fuissent, quæ Primiceriatui, simplici alioquin officio, speciem aliquam dignitatis, coloremque præbere videbantur: rescriptum fuit, ut coadjuva-

juvarentur probationes, in quibus comparandis Primicerius ſolertior Capitulo (qualeſcumque tamen illæ fuerint) in repropoſitione Cauſæ facta die 17. menſis Junii ejuſdem anni, obtinuit, recedi à priùs deciſis, ut ex *deciſione*, dictâ die edita ab eodem Reverendiſſimo Ravennaten., in cujus locum ſubrogato Reverendiſſimo Domino Decano, io bndierna Cauſæ hujus diſceptatione ſperamus, Revereodiſſimos Patres, recedendo ab ultimo, redituros fore ad primo loco deciſa. Firmiſſima namque fundamenta, quibus prior deciſio innititur, firmiùs adhuc conſtabilita reperiuutur argumentis, & probationibus, luce penè dixerim meridianâ clarioribus, quibus plaoè demonſtratur, *Primicerium* nullâ unquam dignitatis prærogativâ ceteris collegis ſuis, Canonicis videlicet, præluxiſſe: Immò verò ſi quo colore aliquâ dignitatis notâ, ullo tempore ornatus videri, aut reputari potuiſſet, illa penitùs obliterata extitiſſet immemorabili contrariâ obſervantiâ, quâ vel ipſa etiam dignitatis memoria penitùs abolita cenſenda eſſet.

Et ſanè Canonicus, qui non contentus, ob ſuum Officium, *Primicerii* nomine nuncu-
1 pari, ad veræ, primæque dignitatis faſtigium in Capitulo aſſurgere, & ſupra ceteros Canonicos ſeſe erigere contendit; cum in hac prærogativa, atque præeminentia ſibi aſſerenda ſit actor, intentionem ſuam plenè fundare tenetur, firmis, pleniſque probationibus adſtruendo dignitatem, quam, veluti peculiarem, ac ſuam aſſumit, ut, omiſſis generalibus, de quibus latè apud *Thabor axiom. jur. lib. 1. cap. 24. axiom. 7.*, in noſtra ſpecie tradit *Federic. de Senis conſil. 86. num. primo*, *Pacian. de probat. lib. 2. cap. 27. num. 138.*, *& ſeq.*, *Rot. poſt Tamburin. de jur. Abbat. deciſ. 7. num. primo, & in Auguſtana Summæ Cuſtodiæ ſuper ſecundis literis 15. Maii 1716. §. Firmum namque coram Illuſtriſſimo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore*; Quo profectò onere, eò graviùs ipſe urgetur, quia veteris Eccleſiæ diſciplina ne-
2 minem in Canonicorum cætu, dignitatis titulo, nomine, & re alios præire, ſed omnes æquales agnoſcens, inter eoſdem, tamquam pares, ſolummodò officia quædam, nonniſi ad benè ordinandum Chorum, &
3 Eccleſiaſticas functiones, aliaque hujus generis ritè peragenda, pertinentia, diſtribuebat, ut animadvertit *Thomaſin. de veter., & nov. Eccleſ. diſciplin. part. 1. lib. 3. cap. 7. ſub num. 7., & 8.*, *Van. Eſpen. in Jus Eccleſ. univerſ. part. 2. tit. 18. cap. 2. num. 3., & ſeqq.*; Quæ porrò officia, ex prima eorum inſtitu-
4 tione, temporaria, & ad nutum amovibilia, tametſi deindè effecta eſſent perpetua, nihilominus tamen illa obtinentes, non dicebantur eſſe in dignitate conſtituti, ut benè no-
5 tavit *Fagnan. in cap. Ad hæc num. 36. de Præbend. in primam part. tertii Decretal. tom. 4. fol. mihi 106.*, *Thomaſin. part. 1. lib. 2. cap. 17. num. 6. in fin., & ſeqq.*

Paulatim verò iuſtitui cæptæ dignitates, quibus, ita eflagitante Eccleſiarum utilitate, unà cum præeminentia ſupra ceteros, de- 6
mandata quoque fuit perpetua adminiſtratio Bonorum Eccleſiæ, atque impartita Juriſdictio, pro illa exercenda, neceſſaria, ut probant communiter *Canoniſtæ in cap. De multa 28. de Præbend., & Dignitat.*, *Prob. ad Monoch. in rubr. ad tit. de Præbend., & Dignitat. in 6. num. 23., & ſeqq.*, *Fagnan. citat. cap. Ad hæc de Præbend. num. 21.*, ubi id ſæpius alibi, *Filiucc. in tractat. de Benefic. tractat. 14. cap. 1. num. 25.*, *Laym. Theolog. moral. lib. 4. tractat. 2. cap. 4. verſ. Dignitas eſt præeminentia*, *Maſcard. de probat. concluſ. 514. num. primo*, *Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 111. num. 77.*, *Barboſ. in Jus Eccleſ. univerſ. lib. 1. cap. 21. num. 10.*, *Margu de Benefic. quæſt. 2. ſub num. 321., & quæſt. 3. num. 692.*, *Rebuff. in prax. Benefic. verb. Seculare Beneficium num. 7. fol. 4.*, quem ſequitur *Van. Eſpen. in Jus Eccleſ. univerſ. part. 2. titul. 18. cap. 2. num. primo*, *Rota in dict. Auguſtana Summæ Cuſtodiæ ſuper ſecundis literis 15. Maii 1716. §. Quæ omnia coram Illuſtriſſimo Almæ Urbis Gubernatore*, quibus addimus *Corrad. in prax. diſpenſation. Apoſtol. lib. 9. cap. 3. nu. 15.*, hoc argumeuto uſum contra Primicerium Neapolitanum.

Hæc autem eximiæ prærogativæ à Sacris Canonibus conceſſæ primùm fuerunt ſoli Archidiacono, aut Archipresbytero, qui ta- 7
men illis ex prima ipſorum origine, & inſtitutione minimè potiebantur: eorum namque nomen, & titulus, licèt eſſet antiquiſ- 8
ſimus: unaquæque enim Cathedralis Eccleſiâ ſuum habebat Archidiaconum, & Archipresbyterum; nihiluminùs, ſi qui honor 9
illis tribuebatur, promanabat vel ex ætate majore, vel ex ordinatione ſua antiquiore, 10
vel etiam ex merito; Eorumque munus tunc verſabatur in ſimplici miniſterio, cura videlicet pupillorum, viduarum, aliorumque hu- 11
juſmodi, & in exequendo ea, quæ, ex opportunitate, Epiſcopi eiſdem demandabant, *Gonzal. in Cap. 1. numer. 3., & ſeq. de Offic. Archid.*, *Thomaſin. de veter., & nov. Eccl. diſciplin. part. 1. lib. 2. cap. 3. num. 2., & num. 5., & ſeq., & nu. 12., & ſeq.*; Primæ verò
dignitatis hnnore cum ornari cæperunt pro 12
feliciori Eccleſiarum regimine, perpetua Bonorum adminiſtratio cum Juriſdictione, & præeminentia à Sacris Canonibus credita eiſdem fuit, ut ex toto titulo *de Offic. Archidiaconi*, atque *Archipresbyteri*: Jure idcircò, meritòque *Federic. de Senis in ſuo magiſtrali conſilio* 8. docuit, Eccleſias Cathedrales, aliaſque, in quibus præſidet Capitulum, nullam aliam agnoſcere Eccleſiaſticam di- 13
gnitatem, quàm Archidiaconalem, atque Archipresbyteralem, & tradiderunt etiam *Moneta de Conſervatore cap. 5. num. 88., & ſeqq.*

seqq., Barbos. de Canonic., & Dignit. cap. 4. num.5., & de verb. signific. appellat.72.nu. 4., Franccs. de Eccles. Cathedral. cap.14. nu. 123., Pacian. de probat. lib.2. cap.21., Germon. de Indult. Cardinal. §. Etiamsi Secularis num. 19., Layman. Theolog. moral. lib. 4. tract.2. cap.4. sub num.4.vers. Officium, Corrad. in prax. dispensat. Apostol. lib.9. cap. 3. num.15., Grammat. decis.64. num.4., Panimoll. in annotat. 6. ad decis.1. num. 20., Rota coram Bich. decis.312. num. 5., repetita in Recent. decis. 99. part. 10., Rot. in Augustana Summæ Custodiæ super secundis literis 21. Junii 1715. §. Deficere coram Illustrissimo Almæ Urbis Gubernatore, confirmata 15. Maii sequentis anni §. Firmum namque coram eodem.

Verumtamen, licèt ex Juris mente, atque
institutione illa verè, & propriè dicatur di-
gnitas, quæ, quemadmodum Archidiaconus,
14 atque Archipresbyter, cum gradu, & Juris-
dictione perpetuam obtinet rerum ecclesia-
sticarum administrationem, Prob. ad Monach.
ad rubr. de Præbend., & Dignitat. in 6. nu.
13., & seq., definiens dignitatem, quod sit
administratio rerum ecclesiasticarum cum
Jurisdictione perpetua, & ex Canone Volu-
mus, & duobus seqq. distinct. 89. probat Fa-
gnan. in mox citat. Cap. Ad hæc num.34., ac,
præter alios supra allegatos, pluribus relatis
antiquioribus, tradit Barbos. in Jus Eccles.
univ. lib.1. cap.21. nu.11., & seqq., adeò qui-
dem ut ita dignitati inesse oporteat admini-
15 strationem cum Jurisdictione, ut, his defi-
cientibus, nonnisi abusivè dignitatis nomine
officium aliquod nuncupetur, ut, ex Textu
in Leg. 3. Cod. ubi Senatores, vel Clarissimi,
& Leg. ad Rempublicam ff. de muner., & ho-
nor., egregie docuit Fagnan. dicto cap. ad hæc
num.22. inquiens = Et ex hoc excluditur Di-
gnitas ventosa, & sinè administratione, illam-
que carpens acri sententiâ, subdit = Quæ est
16 abusivè dignitas, & cujus effectus alius non
est, quàm ut invidiam generet, & scandalum
inter fratres = eumque sequitur, laudatque
Van. Espen. in Jus Eccles. univ. part. 2. titul.
18. cap.2. sub num.11., & consonat clar.mem.
Cardin. de Luc. de Benefic. disc.95. num. 19.,
& 20., ibi = Et sinè quibus, ut dictum est, re-
manet dignitas abusiva, & ventosa = Rota
coram Pen. decis. 1547. nu.4., & decis. 1597.
num.2., decis. 1603. numer.1., & 3., quas re-
fert, & sequitur Rota coram Priolo decis. 469.
num.15.

Nihilominùs tamen in dies gliscente, &
Ecclesiasticorum quoque cætus invadente
17 ambitione, etiam sinè administratione, & Ju-
risdictione, ad dignitatis gradum ascende-
re non solùm ii, qui nomen habebant di-
18 gnitatis, Archidiaconatus videlicet, vel Ar-
chipresbyteratus, qui de jure communi sunt
nomina dignitatis, dummodò tamen cum
19 nomine illo, quod de Jure est dignitatis, in
Ecclesia, & Choro aliis præeminerent, Prob.
ad Monach. in rubr. de Præbend. num.15., &
seq. in 6., Fagnan. in dict. cap. ad hæc num.
47., & seq., Selva de Benefic. part.1. quæst.
2. sub numer.36., Mascard. de probat. conclus.
514. numer. 2., & 4., Barbos. in jus Eccles.
univ. lib.1. cap.21. num. 12., & seq., Gram-
mat. decis.64. num.3., & 31.; Verùm præ-
tereà dignitatis decora communicari cœpe-
runt officiis quoque illis, quæ, licèt nullo di-
gnitatis nomine ornata, ab aliis simplicibus 20
Canonicis discreta probabantur, vel funda-
tione, vel Statuto, & speciali Ecclesiæ con-
suetudine, vel communi demùm omnium
reputatione, eadem, veluti dignitates, agno-
scentibus, quamvis alioquin, tamquam non
solum re, & effectu, sed ipso etiam caren-
tes nomine dignitatis, de jure communi pro
dignitate reputari non possent, ad tradita
communiter per Canonistas in Cap. accessissent
de consuetud., & in dict. cap. de multa de
Præbend., & ibi Innocent., sic loquens = Et
intelligimus dignitates, vel Personatus se- 21
cundùm institutionem, vel secundùm consue-
tudinem = idemque num. 7. subdit = Item di-
gnitatem vocamus, dummodo prò dignitate ha-
beatur in Ecclesia, ubi est, & Innocentii ver-
bis, aliisque antiquioribus relatis, docuit Fa-
gnan. dict. cap. ad hæc numer. 42., & 45., &
seqq., Valenz. cons.33. numer. 91., Selva de
Benefic. quæst.1. num.71. inter tractat. magn.
tom.15. part.1. fol.5., Rebuff. in prax. Benefic.
verb. Seculare Beneficium n.7. fol.4., Barbos. in
jus Eccles. univ. lib.1. cap.21. nu.12., & seqq.,
de Canonic., & Dignitat. cap. 14. numer. 17.
vers. cum aliis, Pinson. de Benefic. cap.4. §.20.
num.7., Van. Espen. in jus Eccles. univ. part.
1. titul.11. cap.1. num.4., & part.2. titul.18.
cap.2. num. 14., Lotter. de re Benefic. lib. 2.
quæst.33. num.23., & seqq., Cyriac. controv.
202. num.6., Nicol. in Floscul. verb. Digni-
tas num.2., Buer. decis.286. num.7., Gram-
matic. decis.64. numer. 1., & pluribus seqq.,
Rota coram Pen. decis.1547., & decis.1597.,
in Recent. decis. 244. num. 3. part. 4. tom. 2.,
in dicta Augustana Summæ Custodiæ super
secundis literis 15. Maii 1716. §. Firmum
namque.

Ut igitur Pars adversa in præinsigni Capi-
tulo inclytæ Ecclesiæ Metropolitanæ Neapo-
lis, primæ dignitatis titulum, atque præe-
minentias sibi adstruere valeat, satis non est, 22
quod ostentet Primicerii nomen; quippè ex
primæva sua institutione tali officio, nonnisi
Cantoris munus in Choro demandabatur, 23
ideoque eidem incumbebat cura dumtaxat,
ut Divina Officia graviter, & ordinatè Al-
tissimo persolverentur, Barbos. in Jus Eccles.
univ. lib.1. cap. 28. num.6., Van. Espen. eo-
dem tractat. part. prima titul.11. cap.3., Tho-
massin. de veter., & nov. Eccles. disciplin. part.
1. lib.2. cap.78. sub num.6. & cap.103. numer.
7., ubi adnotat, Primicerii, officii nomen
fuisse, non ordinis, undè & eo officio Sub- 24
diaconos etiam honestari potuisse; jure pro-
pte-

pterea, meritòque in Cæremoniali Romano
Clementis VIII. lib. 2. cap. 1. verf. Interim Cæremoniarius: cujus dispositio in hac parte
25 nunc servatur in Ecclesia Neapolitana, statutum fuit, quod munus præintonandi antiphonas, aliaque his similia peragendi, tamquàm infimum penè officium, exerceretur à Canonico ultimi Ordinis, scilicet Subdiaconalis.

Cum itaque Primicerio nulla à jure demandata reperiatur Bonorum Ecclesiæ admi-
26 nistratio cum Jurisdictione, sed merum, ac simplex officium docendi, & benè ordinandi in Choro Divinam Psalmodiam, dignitatis
27 idcircò honore inter Capitulares excellere dici nequit, Gonzal. in cap. unic. num. 3. de offic. Primicer., Alexand. consil. 77. num. 5. lib. 2. inquiens = & sic dictus Primicerius, quamvis dicatur habere officium Primiceriatus, tamen non habet Dignitatem Ecclesiasticam, quia, ut incidenter apparet ex literis Eugenii Papæ, dictus Primiceriatus non est Dignitas, sed Officium est. De jure communi Primiceriatus quandoque nominatur Dignitas: quandoque officiam, quandoque Personatus, largè accipiendo Dignitatem, prout accipitur in materia nostra, cap. Statum de rescript. in 6. =, eodemque numero pergens explicare naturam, & essentiam Primiceriatus, immediatè sub-
28 jungit hæc verba =. Primiceriatus non est Dignitas, nisi in loco ita reputetur, & habeat signa Dignitatis, ut quia haberet administrationem rerum Ecclesiæ cum Jurisdictione, ita Doctores in cap. de multa de Præbend., & cap. 1. de consuetud. in 6.; Si erga dictus Primiceriatus est officium, & aliud est officium, aliud
29 est Dignitas, cap. final. de Præbend. in 6., & cap. 1. de consuetud. eodem lib., ergo succedit dispositio, de qua in cap. Statum &c. = & rem prosequens num. 6., dum sibi objicit, quod ob communem existimationem Primiceriatus officium dignitas reputari valeat, istiusmodi objectioni ità respondet = & maximè, cum de jura communi non omnis Primiceriatus sit Dignitas, prout supra dixi, &, quod est fortius, non est probatum, quod communi opinione majoris partis iste Primiceriatus sit Dignitas = idque docuerunt etiam Pacian. de probat. lib. 2. cap. 27. numer. 47., & seq., & numer. 52., Paris. de resignat. lib. 2. quæst. 1. num. 99., Monet. de Conservat. cap. 5. num. 93., Barbos. de Canonic., & Dignitat. cap. 4. num. 26., & in Jus Eccles. univers. lib. 1. cap. 21. num. 34., & cap. 28. num. 6., & pluribus seqq., & præsertim num. 11., & seqq., ubi num. 13., ex eo, quod Primicerius careat Jurisdictione, animadvertit, Canonicos, exi-
30 re volentes de Choro, non ab illo, sed à Digniore de Capitulo, existente in Choro, teneri licentiam petere, idque firmat ex Sac. Congregatione Rituum in una Cassinen. 5. Martii 1633., Van. Espen. eodem pariter tractat. part. 1. titul. 11. dict. cap. 3. num. 6., Panimoll. in annot. 6. ad decis. primam num. 26., Rota coram Puteo decis. 89. num. 1., & seqq. lib. 3., & ob has rationes Primiceriatum Ecclesiæ Neapolitanæ non esse Dignitatem, quia nempè caret superiùs relatis dignitatis signis, tradit Carrad. in prax. dispensat. Apostol. lib. 9. cap. 3. num. 15., & seqq., & priùs Grammatic. decis. 64. num. 7., & seq., id probans ex supracit. consil. Alexand.

Quemadmodum igitur alia præclara officiorum nomina tunc demùm illo dignitatis honore (qui sibi alioquin à Jure delatus non
est) in Capitulo excellere censentur, cum 31
fundatione, aut constitutione, & Statuto Ecclesiæ, consuetudine, vel communi reputatione, Pontificiâ denique auctoritate (cujus id præcipuum est) ad dignitatis fa-
stigium assurrexere, Aretin. consil. 23. num. 5. 32
vers. his breviter præmissis col. 2., Pacian. de probat. lib. 2. cap. 27. num. 140., & tot. num. sequent., Barbos. de Jur. Eccles. univ. lib. 1. cap. 21. num. 34., de appellat. verbor. appellat. 72. num. 3., & seqq., Corrad. dict. cap. 3. num. 15., Van. Espen. in Jus Eccles. univ. part. 1. titul. 11. cap. 1. num. 4., Panimoll. loco pariter mox citat., ita etiam Primicerius, ut primæ dignitatis prærogativâ potiri queat, id aliquo ex mox relatis juridicis titulis sibi con-
cessum fuisse, probare tenetur, ob eam sanè 33
rationem, quod dignitas est qualitas quædam extrinseca, quam Jura nostra subjecto, officio videlicet alicui inditam minimè præsumunt, nisi legitimè superaddita ostendatur, Alexand. consil. 1. num. 22. vers. non obstat lib. 3., Bero. consil. 31. num. 14., Antonin. Maceraten. lib. 1. resolut. 48. num. 12., Corrad. in prax. Benefic. lib. 1. cap. 5. num. 107., Antonell. de tempor. legal. cap. 6. num. 8., & seq., Bonden. collect. legal. 7. num. 14. volum. 2., Boer. decis. 171. num. 11., & in Recent. decis.
319. num. 8. part. 15., id non ex nomine, sed 34
probando ex effectibus, atque inspiciendo, an eidem adnexæ sint prærogativæ, & exercitia, quæ dignitati connaturalia sunt, Auchar. in Clement. si Dignitatem numer. 1. vers. à nomine autem de Præbend., Selva de Benefic. part. 1. quæst. 2. num. 37., ibi = à nomine autem non debent istæ judicari, sed ab effectu, qui colligitur ex actibus, & exercitiis, in quibus versatur, & ex talibus judicatur, an sit Dignitas nec ne? = Lotter. de re Benefic. lib. 1. quæst. 16. num. 87., Barbos. in Jus Eccles. univ. lib. 1. cap. 21. num. 37. versus fin., Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 1. disput. 1. quæst. 2. sub num. 10., Rota post eandem decis. 4. num. 2. & 3., ibi = neque enim sufficit solum nomen, nisi ulteriùs prærogativa concurrat = & decis. 5. num. 4., & 5., ibi = quia ad agnoscendum, an sit Dignitas, non solùm nomen, sed substantia inspicienda est. =

Rejectis verò minùs juridicis probationi-
bus, atque æquivocis argumentis, tamquam 35
minimè sufficientibus ad probandam dignitatis qualitatem, quam, ut dictum est, veluti extrinsecam, subjecto inesse Jura non præ-

præsumunt, per ea, quæ tradunt *Barbos. de
Canonicat.*, *& Dignitat. cap. 8. num.6.*, be-
nè *Rota coram Priol. decis. 469. sub numer. 4.
§. Alias verò, & in dicta Augustana Summæ
Custodiæ super secundis literis 15. Maii 1716.
§. Quæ omnia coram Illustrissimo Almæ Urbis
36 Gubernatore ;* Pars adversa, quæ *Primiceria-
tus* officium, quod obtinet, dignitatis gra-
du, ac jure insignitum fuisse, contendit, uni-
vocis, ac validis probationibus id demonstra-
re cogetur, ut, præter superiùs deducta, tradi-
tur per *Rot. coram Cavaler. decis. 266. nu.1.,
& 5., & sub eodem num.5. §. Ex quibus, co-
ram Carill. decis. 41. num.12., & sub nu.15.;*
Quippè, cum jura abhorreant in dignitatem
37 agnoscere mera, ac simplicia officia, omni
Bonorum Ecclesiarum administratione, atque
Jurisdictione carentia, ut latè demonstratum
est superioribus locis ; indè fit, quod proba-
tiones illæ, quibus probari contenditur, eis-
dem insitam reverâ fuisse qualitatem digni-
tatis, tales esse oporteat, ut vincere valeant
eam contrariam Juris præsumptionem, quæ
Actoris intentioni resistit, *Gargiar. cons. 79.
num.3. lib.1°*, *Gratian. disceptat. forens. cap.
562. num. 28., & seq.*, *Rota coram Coccino
decis. 1911. num.4., & seq., & inter collect.
per Palm. decis. 365. num. 28. tom.4.*, *Rota in
Pampilonen. Decimarum 11. Maii 1703. §.
Haud relevante coram bon. mem. Muto, in Bo-
nonien. Beneficiorum de Castello 2. Maii 1712.
§. Respectu coram Rño Crispo, & in Augu-
stana Decimarum 13. Martii 1719. §. Hinc li-
cèt coram R.P.D. meo Foscaro.*

Ex quo sequitur illud etiam aliud, quod,
licèt ab Actore plura afferrentur argumenta,
quæ ipsius intentioni favere viderentur, quæ-
38 que aliquam præseferrent dignitatis speciem ;
nihilominus, si contrariis probationibus, at-
que præsumptionibus, dignitatis qualitas
excludatur, in istiusmodi conflictu prævale-
re debent præsumptiones, argumenta, atque
probationes, quæ coadjuvantur à Juris præ-
39 sumptione, ex regula, quod probatio illa præ-
ferenda semper sit, quæ magis conformis
est Juris dispositioni, per *Text. in leg. 1. §. Si
quis neget num.12. ad med. ff. quemadmodum
testament. aperian.*, *Gratian. discept. forens.
cap.562. num.26.*, *Rota coram Cavaler. decis.
205. num.10., & in Recent. decis. 279. num.
43., & seq. part.9., & decis. 186. num.22.,
& seq. part.19.*, quemadmodum etiam, si res
40 aliqua ex observantia æstimanda, dijudican-
daque sit, eadem elicienda erit ex actibus
univocis, & ad aliud non referibilibus, *Lot-
ter de re Benefic. lib.2. quæst.11. num.19., &
seqq.*, *D. Advoc. Piton. discept. eccles. tom.
2. discept.53. numer.2.*, *Rota coram Merlin.
decis. 798. num.7., & seq., in Rec. decis. 336.
num.3. part.5., decis. 272. num. 9. part. 13.,
& decis. 323. num. 2., & seq. part. 19.*, vel
saltem illa certè vincit, quæ magis accedit,
41 vel saltem minùs recedit à Jure communi,
Gratian. discept. forens. cap. 757. num. 23.,
*Rot. in Recent. decis. 275. num. 21. part. 15.,
& in Mantiss. ad clar. mem. Cardin. de Luca
lib.3. decis.4. num.22., & decis.7. num. 25.,
in Romana Salviani 15. Junii 1693. §. Ne-
que efficaciam coram bon. mem. d'Hervault*,
& sanè, si in rebus dubiis tutior pars semper 42
est eligenda, *leg. si fuerit 10. §. Ultim. ff. de reb.
dub. cap. Juvenis de Sponsalib.*, *cap. ad au-
dientiam de homicid.*, *Thabor. axiom. Jur. lib.
4. cap. 59. axiom. 9. vers. in dubiis*, ambigi
certè nequibit, quin, quoties probationibus,
& argumentis hinc inde pugnantibus res du- 43
bia effecta censeri potest, recedere minimè
fas sit ab interpretatione illa, quæ juris men-
ti, & sententiæ magis congruit, juxtà *Text. in
leg. si quando Cod. de inofficios. testament., &
leg. ultim. §. In computatione Cod. de Jur. de-
liber.*, *Amat. resolut. 1. num.74. part.1.*, *Rota
coram Coccin. decis. 1162. numer. 17., & in
Mantiss. ad clar. mem. Cardin. de Luc. lib. 1.
decis.4. num.16.*; Non omittendo denique,
ita etiam observantiam in istiusmodi Causis
definiendis accipiendam esse, ut, si eadem
probetur respectu aliquorum dumtaxat a- 44
ctuum, vel si iidem aliis etiam communes
sint ; nullo pacto ad titulum dignitatis referri
queant, illamque probare minimè valeant, ad
notata per *Rotam in Augustana Summæ Cu-
stodiæ 15. Maii 1716. §. Neque Summam Cu-
stodiam in fin. coram Illustrissimo Almæ Urbis
Gubernatore*: Admonemur enim, pro elu-
denda observantia, & reddendo æquivoco 45
aliquo actu solam possibilitatem in contra-
rium sufficere, *Rota decis. 294. num.6. part. 2.
divers.*, *in Recent. decis. 204. num.38. part.8.,
& decis. 290. num.21. part.18.*

Causam igitur nostram redigendo ad hasce
certissimas, atque receptissimas Juris regu-
las ; facilè demonstrari posse, arbitror, Reve-
rendissimum Primicerium Adversarium nul-
lo penitus primæ dignitatis gradu, & prero-
gativis præditum, illius nomen, & titulum
usurpare minimè posse, *nisi ut invidiam ge-
neret, & scandalum, offensionemque concitet
inter fratres* ; Ambigi enim minimè potest,
ipsum carentem nomine etiam, quod de ju- 45
re sit dignitatis, multò minus prærogati-
vam ullam desumere posse ex præeminentia
cum Bonorum administratione, ac Jurisdi-
ctione, quæ, uti diximus, sunt vera, propria, 47
ac connaturalia signa dignitatis, quæque nul-
la certè in eo sunt.

Ut etiam dignitatis gradum desumere ne-
quit ex fundatione, nam, si eam spectemus,
&, quoad longissimè potest mens nostra respi-
cere spatia præteriti temporis, & rerum me-
moriam recordari ultimam, indè usque fun-
dationem Capituli nostri repetamus ; vide-
mus, illam auctoritate Sancti Silvestri Papæ,
& cum interventu Zosimi Episcopi Neapoli-
tani factam à Constantino Magno. Priscis
autem illis seculis Ecclesiæ Cathedrales non- 48
dum noverant dignitates ullas, sed Presby-
teri addicebantur Ecclesiæ, ut unâ cum Epis-

copo Presbyterium, seu Senatum constituen-
49 tes, tanquam ipsius Vicarii, ad opus quodli-
bet ab eo adhiberentur, ut innuit *Gonzal. in
cap. 2. num. 3. de offic. Archidiacon.*, & lucu-
lenter, ac more suo erudite explicat *Thoma-
sin.* enucleando veterem morem, & discipli-
nam tum occidentalis, tum orientalis Ec-
clesiæ in dicto suo opere *de veteri, & nova
Ecclesiæ disciplina part. 1. lib. 2. cap. 3. num.
13., & cap. 71. num. 3., & seqq., & cap. 72.
num. 6., cap. 73. num. 4., & lib. 3. cap. 7. nu. 2.,
& sub nu. 7., Van. Espen. in Jur Ecclesf. univ.
part. 1. titul. 8. cap. 1. num. 1., & seqq., & in
Opuscul. de Institut., & offic. Cononicor. part.
2. cap. 2. §. 1., & seqq.*; In dicta autem pri-
ma Capituli nostri fundatione institutos, at-
50 que erectos reperimus *quatuordecim Canoni-
catus præbendatus, scilicet septem Diaconales,
& septem Presbyterales*: Utque fertur, dato
51 tunc uni ex Canonicis Presbyteris titulo *Ci-
meliarcha*, nonnisi post plura secula alteri ex
sex reliquis Canonicis Presbyteris datum fuit
52 officium, & nomen *Primiceri*, non qui-
dem, ut in Capitulo præesset veluti prima
dignitas, cujus fortè nec nomen ipsum ad-
huc Cathedrales Ecclesiæ audiverant, vel
nonnisi perrarò receperant; sed ut, quemad-
53 modum sui officii ratio exposcebat, in Choro
præintonaret antiphonas, aliaque perage-
ret, quæ *Cantor* in Divina psalmodia bene,
ac decenter ordinanda curare debet.

At verò, si in hisce Causis spectandum præ-
cipuè est, quid fuerit ab initio constitutum in
54 erectione ipsius Ecclesiæ, aut dignitatis,
adeò quidem ut, si de hoc liqueat, deflecten-
dum non sit ab eo statu, qui in ipso rei pri-
mordio fundatus fuit, *Abb. in cap. De multa
sub num. 22. vers. 5. conclusio de Præbend.,
Selva de Benefic. part. 1. quæst. 2. num. 59.,
Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 33. num. 31.*,
ita sanè efflagitante illâ generali regulâ, qua
55 admonemur, pro dignoscenda qualitate Bene-
ficii spectandam semper esse originariam il-
lius naturam, & tenorem fundationis, *Cap.
Præterea el 2. de Jurepatron., Abb. in cap.
Cum in cunctis §. Inferiora num. 11. de elect.,
Paris. cons. 50. num. 14. lib. 4., Barbat. cons.
33. num. 8. lib. 2., Lambertin. de Jurepatr.
part. 1. lib. 2. quæst. 7. art. 28. num. 2., Garz.
de Benefic. part. 7. cap. 1. num. 84., Thomat.
decis. 256. nu. 13., in recent. decis. 496. nu. 2.
part. 1., decis. 216. num. 2. part. 2. decis. 238.
num. 3. part. 5., in Regien. Jurispatronatus
16. Januarii 1708. §. Quod coram bon. mem.
Molines, in Romana Cappellaniarum 20.
Aprilis 1711. §. Tota coram clar. mem. Card.
Priolo, & in Brittinorien. Beneficii 20. Ja-
nuarii 1717. §. Constito coram R.P.D. Corio.*
56 Quonam pacto primæ in Ecclesia dignitatis
gradus, & locus tributus dici poterit *Primi-
cerio*, cui ex mente Juris, & ex sua institu-
tione demandabatur officium, nonnisi Cano-
nicis inferioris ordinis deferri solitum, pro-
ut etiam in hoc inferiori ordine constituti
tunc reperiebantur Canonici Presbyterales;
Nobiliorem quippè locum, & stallum ob-
tinebant Canonici Diaconales, à Cornu Evan-
gelii sedentes, atque in Choro Divina Offi-
cia celebrantes, atque Archiepiscopo admi-
nistrantes, ut latius infrà demonstrabitur.

Agnoscens itaque Pars Adversa, primæ di-
gnitatis honorem asserere sibi minimè posse
ullo ex legitimis titulis, quorum memini-
mus, videlicèt non ex administratione Bo- 57
norum Ecclesiæ cum Jurisdictione, immò
nec etiam ex ipso nomine, quod de jure sit
dignitatis, nec ex fundatione; suadere co-
natur, in hoc sublimiori gradu Primicerium
auctoritate Apostolicâ collocatum fuisse, &
in hoc contraria *Decisio §. Dignitatis præro-
gativum*, primum, & veluti præcipuum
constituit fundamentum innixum cuidam
Bullæ Leonis X., in qua legitur, Annibalem
de Januario, exposito Summo Pontifici, quod
Primiceriatus esset *prima dignitas* in nostra
Ecclesia Cathedrali, obtinuisse augere illius
dotem, modò tamen ipsi, & descenden-
tibus à Masotto de Januario reservaretur per-
petuum Juspatronatus: Annuit petitis Sum-
mus Pontifex, dictumque Juspatronatus fa-
miliæ de Januario concessit.

Accedit deinde similis enunciativa facta à
Clemente VII., qui approbando omnia, &
singula contenta in Bulla Leonis X. Præde-
cessoris sui, confirmavit Juspatronatus ob re-
dotationem ab illo concessum familiæ de Ja-
nuario, iterum enunciando, Primiceriatum
esse *primam Dignitatem*.

Rursus in resignatione peracta à primo
præsentato in manibus Summi Pontificis
Pauli III., facta ab eo fuit nova collatio cum
simili expressione, quod Primiceriatus esset
prima dignitas.

Et denique his additur, Julium III. contu-
lisse Primiceriatum cuidam Provenzali, fa-
ctâ eâdem expressione, quod esset dignitas,
post Pontificalem major, quæ collatio non 58
solùm adprobata dicitur a Patronis, verum
etiam ab ipso Capitulo, quod Literis Apo-
stolicis plenariam dedit executionem: ex tot
autem enunciativis, à diversis Summis Ponti-
ficibus, & diversis temporibus editis, con-
traria *Decisio §. Accedit*, perspicuam resul-
tare ait probationem dignitatis, qua Primi-
cerius se in Ecclesia potiri contendit.

Facilè nos expedire possemus ab istiusmodi
licet sæpius reiteratis Summorum Pontificum
enunciativis, generali illâ responsione, quod
nimirùm status antiquus Ecclesiæ maximè sit 59
attendendus, præcipueque considerandus,
ut, præter jam superius allegatos, docuerunt
*Card. in cap. Possessiones circa fin. de reb. Ec-
clesf. non alienand., Gemin. in cap. Cum de
Beneficio de Præbend. in 6., Rota coram Bu-
rat. decis. 484. num. 11., & in rec. decis. 154.
num. 3. part. 1.*, adeò quidem ut talis status,
seu qualitas præcedens nunquam sublata cen- 60
seatur, quando de eisdem non fit expressa
men-

mentio, *Archidiacon. in cap.1. num.2. antè*
fin. de Constit. in 6., *Barbat.cons.23. num.6.*
lib.3., *Gratian. discept. forens.918. num.39.*,
& 981. num.6., *Rota coram Carill. dec.159.*
num.16., ob eam rationem, quod, ut nova Be-
61 neficii qualitas, aut novus ejusdem status in-
ductus dici queat, non sola verba, & deno-
minatio, non sola potestas sufficiant, sed
requiratur etiam deliberata voluntas faciendi
talem mutationem, *Selva de Benefic. part.3.*
quæst.1. num.40., *Corrad. in prax. Benefic.*
lib.1. cap.6. sub num.320. §. At verò, & sub
num.324., *Rota in recent. decis.308. num.2.*
part.1., *decis.236. num. final. part.4. tom.1.*,
ibi = *Ultrà quod, licet istæ Præposituræ proba-*
rentur aliquandò per Papam collatæ uti Bene-
ficia Ecclesiastica, adhuc esset probandum, id
per eum factum fuisse animo antiquum statum
mutandi, & novum inducendi, = *coram Bu-*
ratto decis.636. num.8., *coram Carill. dec.41.*
num.11., ibi = *Nisi constet de voluntate Papæ*
conferentis, tollendi antiquum statum, & no-
vum inducendi = *coram Dunozzet. Sen. decis.*
265. num.1., & pluribus allegatis *Thomat. de-*
cis.154. num.35., ibi = *Vel ubi esset facta pro-*
visio à Summo Pontifice cum animi certa de-
claratione, quod voluerit mutare statum, quia
tunc benè immutaretur = .

Ut autem probatum est, & pleniùs infrà
demonstrabitur; status antiquus talis erat,
& semper fuerat, ut, exclusâ penitus qualita-
te primæ dignitatis, nonnisi simplex offi-
cium benè ordinandi in Choro Divinam
psalmodiam, Canonico Primicerio deman-
62 datum fuisse præseferre valeat: quapropter
nominatio, & enunciatio dignitatis facta
in dictis Literis Apostolicis, qualitatem
enunciatam probare, aut tribuere non valet,
nisi de ea aliundè doceatur, ut rescripsit *Bo-*
nifacius VIII. in cap. si Papa 10., ibi = *Si Pa-*
pa in aliquo privilegio, vel scriptura non
63 *facta principaliter super donatione, vel sen-*
tentia exemptionis, seù etiam libertatis, ali-
quam Ecclesiam ad Jus, & proprietatem Ro-
manæ Ecclesiæ pertinere, vel consimilia verba
narret: non propterea illius Ecclesiæ exemptio
est probata, nisi de libertate aliter doceatur, de
privileg. in 6. =, & magis expressè ad rem no-
stram definitum fuit à *Clemente V. in Con-*
cilio Viennensi in Clementin. final. si Summus
Pontifex de Sentent. Excomm. postremis illis
ejusdem Clementinæ verbis = *Similiter quo-*
64 *que, si quem sub titulo cujuslibet dignitatis ex*
certa etiam scientia, verbo, Constitutione,
vel Litteris nominet, honoret, seù quovis alio
modo tractet, per hoc in dignitate illa ipsum
approbare non intelligitur, aut quicquam ei
tribuere novi Juris = ubi optimè *Glossa*, *&*
Vitalin. num.38., *& seqq. num.48.*, *& seqq.*,
& num.70., *& seqq.*, aliique Scribentes,
Innocent. in cap. inter dilectos de fid. instrum.,
Gloss. in Clement. unic. post figurationem ca-
sus vers. colligo aliqua notabilia, *& verb. fe-*
cisse narramus de probation., & egregiè *Fa-*
gnan. tom.5. in prima part. lib.5. Decretal.
cap. quod à Prædecessore tit. de Schismatic.,
ubi nu.116., *& plurib. seqq. ex dict. Clement.*
si Summus Pontifex explicat, similibus de-
nominationibus approbatam nunquam in-
telligi, nilque novi Juris tributum ad digni- 65
tatem enunciatam, nisi concurrat dispositi-
va Summi Pontificis voluntas, vel aliundè
de ea doceatur, *Pacian. de probat. lib.2. cap.*
27. num.142., sic inquiens = *Et prædicta am-*
plientur, etiamsi Papa ex certa scientia nomi-
naret aliquem in Literis Archidiaconum, vel
Archipresbyterum, vel alio titulo dignitatis,
vel pro tali honoraret, quia non propter hoc
censeretur habere dignitatem, nisi eam pro-
baret, Textus est in Clement. final. §. Simi-
liter de Sent. Excommunic., & ibi *Zabarel-*
la &c. =, & probant *Lap. allegat.7.*, = *Decius*
cons.445. num.63., ubi, quod Papa similibus 66
verbis nemini præjudicasse censetur, *Ga-*
briel. comm. conclus. lib. 1. conclus. 2. num.
4., *Grammatic. decis. 1. num. 11.*, *& seqq.*

Jure propterea, meritòque invaluit regula,
quâ edocemur, certam aliquam qualitatem 67
aliunde probandam esse, quàm per simpli-
cem denominationem alicujus personæ tam-
quam qualificatæ, tametsi denominatio
isthæc proficisceretur à Papa, seù quolibet
alio Principe, *Vitalin. in d. Clement. si Sum-*
mus Pontifex num.44., *Castrens. cons.26. col.*
4. vers. quinto quæritur lib.2., *Tiraquell. de*
Nobilit. cap.6. num.24., *Pacian. de probat.*
lib.2. cap.27. nu.143., *Mascard. eodem tract.*
conclus.525. nu.6., Quemadmodum nimirum
ex eo, quod Papa conferendo Beneficium, pro- 68
visum nominet, seu asserat Clericum, non
idcircò probatus dicitur Clericatus, *Jo. Andr.*
in regul. Jur. non liceat Actori de regul. Jur.
in 6. quæst.46. num.3., *& seqq.*, *Boer. dec.*
171. num.12., *Grammatic. decis.81. num.3.*,
& seqq.; Confirmare id sanè possem pluribus
similibus, quæ tamen consultò omitto tam-
quam superflua pro re clara demonstranda.

Quid enim rectæ rationi magis repugnat,
quàm quod justa probatio elici valeat ex de- 69
nominationibus, narrativis, & enunciativis
Papæ, non principaliter, & propter se factis,
sed sivè incidenter, & propter aliud, sivè
suppositivè emissis, quando qualitatis enun-
ciatæ, vel suppositæ nulla alia, quàm ex tali
enunciatione, vel denominatione probatio
suppetit, ut, præter Juris loca, & auctorita-
tes mox allegatas, de verbis narrativis, sivè
enunciativis, non principaliter, & propter se,
sed incidenter, & propter aliud prolatis,
disertè tradit *Glossa in d. cap. si Papa verb.*
principaliter de Privileg. in 6., *Fagnan. in d.*
cap. quod à Prædecessore num.122., *& seqq.*
de Schismatic., *& per Text. in leg. ex his ver-*
bis Cod. de Testam. milit. arguit *Rota coram*
Carillo decis.159. num.19., & de verbis me-
rè suppositivis, quod nihil probent, nisi sup- 70
positum probetur, disponitur per *Text. in cap.*
Abbate S. Silviani 25. §. Contrà quod fuit de

verb. ſignific., & tradit Rot. coram Ludoviſ.
deciſ.208. num.2., cor. Emerix Sen. dec.113.
num.8., & 14., & coram bon. mem. Emerix
Jun. deciſ.838. num.6., & deciſ.1357. nu.5.;
71 præſertim verò, ſi, ut alibi dictum eſt, aga-
tur de immutando antiquo, vel imprimen-
do novo ſtatu, quo Beneficium antea care-
bat, hoc namque caſu reſiſtit alia Juris regu-
72 la, admonens, proviſionibus Apoſtolicis non
mutari ſtatum Beneficii, Calderin. conſil.36. de
Præbend., Rota coram Seraphin. deciſ.799.
num.5., & deciſ.1270. num.2., coram Mer-
lino deciſ.61. num.7., & coram Dunoz. Jun.
deciſ.263. num.4., quem Summus Pontifex
73 nunquam præſumitur alterare, ſeu mutare
ullo pacto velle, Felin in cap. nonnulli in princ.
de reſcript., & in tract. quand. Liter. Apo-
ſtol. præjudicant ampliat.3. num.7., Roſa de
Execut. Liter. Apoſtolic. lib.1. cap.6. nu.211.,
& ſeqq., Rot. coram Seraphin. deciſ.871.
num.6., cor. Cavill. deciſ.159. num.19., cor.
Pamphil. deciſ.539. num.7., coram Dunoz.
Sen. deciſ.265. num.4., ideoque ea ſemper
74 capienda eſt interpretatio, quà excludatur
voluntas mutandi talem ſtatum, & qualita-
tem Beneficii, Calderin. conſ.26. in fin. de Præ-
bend., Lotter. de re benefic. quæſt.34. num.63.
in fin. lib.1., Ricc. deciſ. Cur. Neapol. deciſ.
6. num.2. part.2., Thomat. deciſ.154. nu.24.
Immò verò, tametſi non quidem agere-
tur de verbis merè narrativis, aut enunciati-
vis, ſeù præſuppoſitivis, in Pontificiis Bullis
75 emiſſis, ſed res eſſet de aſſertione facta ab
ipſo Summo Pontifice; nihilominus tamen,
ut ex illa juſta rei aſſertæ probatio deſumi
poſſet, oporteret, quod talis aſſertio, ſivè
narrativa eſſet de facto proprio, quodque
ſuper illâ fundaretur gratia, & intentio Sum-
mi Pontificis, ut diſponitur in dict. Clement.
unic. de probat., & docet Gloſ. in d. cap. Si
Papa verb. aſſerat. de privil. in 6., & com-
muniter traditur à Doctoribus ſupra allegatis:
76 Contraria namque Juris ratio locum ſibi vin-
dicat, tùm quando ſuper tali aſſertione facta
in Reſcriptis Papalibus non fundatur intentio
Papæ, tunc enim talis aſſertio habetur velu-
ti mera enunciativa non facta principaliter,
ſed incidenter, & propter aliud, ideoque
cenſenda eo jure, quod conſtitutum reperi-
tur in dicto Cap. Si Papa, & in d. Clement.
ſi Summus Pontifex, ut ibi tradunt Gloſ. verb.
non intelligitur, & Vitalin. num.48. Cardin.
§. final. dicta Clement. nu.1., & 3., & etiam
benè diſtinguit alia Gloſſa in Clement. unic.
poſt figurationem caſus verſ. colligo aliqua no-
tabilia, & verb. feciſſe narramus de probat.,
Fagnan. in d. cap. quod à Prædeceſſore num.22.,
& ſequen. de Schiſmatic., Oldrad. conſil.258.
num.4., & ſeqq., Roman. conſil.180. ſub nu.
3. à verſ. dicendum videtur, & num.4., Lap.
allegat.7., Grat. deciſ.64. num.11., & ſeqq.;
77 Tum etiam, quando aſſertio, in qua fundatur
intentio Papæ, eſt de facto non ſuo, nam hoc
quoque caſu acciperetur pariter tamquam
mera narrativa, ſeù enunciativa, quia in 78
facto alieno, & coram Summo Pontifice mi-
nimè geſto, cum poſſit adeſſe error, aſſertio
proinde illius, vim probationis obtinere ne-
quit, juxta alterum diſtinctionis membrum,
de qua Gloſ. in dict. Clement. unic. de proba-
tion. locis mox citatis, & tradunt Aretin.
conſ.23. num.8., & ſeqq., & conſ.163. col.2.
in fin., Jaſon. conſ.71. col.3. pariter in fine,
Lap. allegat.7., ubi, quod talis error adeſſe
poteſt in narrativa facti alieni, tametſi emiſ- 79
ſa motu proprio, Grammatic. deciſ.64. n.11.,
& ſeqq., & deciſ.81. nu.5., Rota coram Mo-
bedan. de reſtitut. Spoliat. deciſ.4. aliàs 86.
num.4., & deciſ.16. aliàs 272. num.2., & de
probation. deciſ.7. aliàs 271. num.2., coram
Veralla deciſ.285. part.2., deciſ.77. num.2.
part.3., deciſ.154. num.5. part.2. diverſ., cum
aliis coram Coccino deciſ.1784. num.56., &
ſeqq., in recent. deciſ.494. num.22. part.12.,
idque coadjuvatur omnium ore vulgatâ re- 80
gulâ, quà traditur, Papam ignorare præſumi
ea, quæ in facto conſiſtunt, per Text. in cap.
unic. §. Porrò ut Eccleſiaſtica Benefic. ſine di-
minut. conferant., Mandoſ. ad regul. Cancellar.
reg.32. quæſt.24. num.2., Lotter. de re benefic.
lib.2. quæſt.36. num.19., Rota coram Puteo
deciſ.395. nu.1. lib.3., quia etiam hæc adeò
vera ſunt, ut, quando Papa intentionem 81
ſuam minimè fundaſſe noſceretur in talibus
verbis aſſertivis facti alieni, eadem nè qui-
dem ullam præſumptivam probationem præ-
bere poſſent, ut in d. cap. Si Papa de privi-
leg. in 6., & in Clement. Si Summus Ponti-
fex de Sent. excommun., Roman. conſ.180. nu.
3. verſ. tertiò quia, Rot. deciſ.154. num.5.
part.2. diverſ., & in annot. ad deciſ.239.
Ludoviſ. verſ. aut verò.
Quamobrem, ſi verà, ac juſtâ intelligentiâ
conformi quidem certiſſimis hiſce regulis in-
terpretari velimus Literas Apoſtolicas, in
quibus contraria deciſio locavit præcipuum
reſolutionis fundamentum, probatio certè
nulla, nullumque argumentum ex eiſdem
elici poteſt, quo Primiceriatus Eccleſiæ no-
ſtræ primæ dignitatis honore decoratus dici
valeat; Et rem ordiendo à Bulla Leonis X.,
in qua ille majoris poſt Pontificalem digni-
tatis nomen obtinere primum cæpit, & in
qua enunciativa, etiam cum Cauſa agebatur
coram Mobedano, ut refert Grammatic. de-
ciſ.64. num.9., tunc exadverſo fieri dicebatur
magnum teſtum, ſatiſque ex hoc Pars ad-
verſa, ſe tueri gloriabatur, ambigi profectò
nequit, D. Adverſarium intentionem ſuam
colore nullo, nulloque pacto fundare poſſe
in dicta Bulla, quia denominatio primæ di-
gnitatis, in illa facta, non continet aſſertio- 82
nem Papæ, quod Primiceriatus talis reverâ
eſſet, minus verò tali aſſertione Summus
Pontifex motus fuit, utpotè quæ procul du-
bio non referebatur ad factum ullum pro-
prium Summi Pontificis, immò nec etiam 83
alterius, in quo intentionem ſuam fundaſſe
dici

dici posset, propterea que eadem tamquam non principaliter, sed incidenter, & propter aliud facta, nihil probat, juxta allegata in *§§. præcedentibus*, quibus addi potest *Rota post Tamburin. de Jur. Abbat. decis.66. nu. 4., coram Bich. decis.275. num.7., in recent. decis.494. nu.20., & seq., & ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. lib.2. decis.2. numer.44.*,
84 certius verò, quando, ut in casu nostro, similes nominationes, & expressiones factæ apparent vel à supplicantibus, vel ad eorum suggestionem, atque insinuationem, *Loffred. cons.44. num.6., Dec. cons.602. nu.14., Rot. coram Seraphin. decis.1189. num.3., cor. Ludovis. decis.77. num.8., coram Ubald. decis. 238. num.15., coram fan. me. Alexand.VIII. decis.179. num.24., & decis.223. num.14., post Vivian. de Jurepatr. decis.25. num.11., in rec. decis.67. num.12. part.15., decis.472. num.20. part.19.*, tunc enim, tametsi antiquæ
85 sint, nullo tamen numero habentur, *Rota coram Ubald. d. decis.138. num.15., coram fan. mem. Alexand.VIII. d. decis.223. nu.14., coram Royas decis.218. num.22.*

Clarius profectò, & meliùs, quàm nos dicendo verbis explicare possimus, hæc elucescunt ex tenore dictæ Bullæ Leonis X., in qua non per assertionem, deliberatè ab ipso emissam, sed juxtà expositionem, sivè suppositionem, sibi factam à supplicante, expressit, Primiceriatum in Cathedrali Neapolitana primæ post Pontificalem dignitatis locum obtinere; Ambiguitas certè nulla est in verbis Bullæ, quæ ità se habent = *Sanè pro parte d. Annibalis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod fructus, reditus, & proventus Primiceriatus dictæ Ecclesiæ, qui inibi dignitas post Pontificalem major existit, & quem d. Annibal inter alias obtinet, adeò tenues existunt, ut viginti quatuor ducatorum auri de Camera, secundùm communem æstimationem, valorem annuum &c. non excedunt, nec ex illis Primicerius dictæ Ecclesiæ, pro tempore existens, nisi aliquod aliud Beneficium Ecclesiasticum obtineat, prout dignitas ipsa requirit, commodè sustentari, & per consequens in dicta Ecclesia continuè residere vix potest* = quibus sanè verbis cum congruere videantur disposita per *Text. in leg. Ille, aut ille ff. de legat.3.*, congruit idcircò censura etiam Juris tradita de verbis non assertivè, aut principaliter, & propter se, sed incidenter, & propter aliud in Literis Apostolicis emissis.

Ut etiam, sicuti admittitur in contraria quoque *decisione §. Accedit*, in eadem Bulla à Summo Pontifice facta tunc non fuit Primiceriatus erectio in primam dignitatem, sed gratia, quæ tunc petita, & quam Summus Pontifex impertiri voluit, alia non fuit, quàm reservatio perpetui Jurispatronatus favore familiæ de Januario, cui futuris deinceps temporibus, & vacationibus, illud obnoxium esse voluit: Causa autem, quia Summus Pontifex motus fuit ad hanc eximiam gratiam concedendam, & factum, in quo ipse suam intentionem fundavit, certè non fuit qualitas illa, à supplicante expressa, quod nempè Primiceriatus esset prima Ecclesiæ Neapolitanæ dignitas, sed augmentum dotis in quantitate, quæ excedebat, vel saltem æquabat annuos fructus, qui ex d. Primiceriatu percipiebantur, exposito etiam Summo Pontifici, quod auctis ità reditibus, faciliùs deindè inveniretur idonea Persona prò Primiceriatu obtinendo, ut legitur in eadem Bulla, verbis illis = *Verùm, si Juspatronatus, & præsentandi personam idoneam Loci Ordinario &c. instituendum ad Primiceriatum prædictum &c. Familiæ de Januario &c. reservaretur, & concederetur, ex hoc profectò magis idonea persona pro Primicerio d. Ecclesiæ frequentiùs inveniretur &c., & propterea præfatus Annibal fructus, reditus, & proventus Primiceriatus hujusmodi usque ad summam aliorum viginti ducatorum auri similium annuatim augeret &c.* =, Summus Pontifex annuendo Annibalis precibus, dictam reservationem concessit, postquam ille fructus, & proventus Primiceriatus auxisset, ut subditur in dicta Bulla, ibi = *Nos igitur, qui cunctorum fidelium, præsertim in eisdem dignitatibus constitutorum, honestis votis libentèr annuimus, eundem Annibalem gratioso favore prosequi volentes &c., hujusmodi supplicationibus inclinati, Juspatronatus, & præsentandi eidem Ordinario personam idoneam ad Primiceriatum prædictum &c., postquam idem Annibal fructus, reditus, & proventus prædictos usque ad summam aliorum viginti ducatorum hujusmodi auxerit, ut præfertur, familiæ, & descendentibus prædictis, auctoritate Apostolicâ tenore præsentium reservamus, constituimus, & assignamus* =.

En igitur, quod ex tenore, & verbis Bullæ evidens, & aperta redditur gratia, principaliter, & per sè, immò unicè tunc petita, reservatio videlicet perpetui Jurispatronatus favore familiæ de Januario: Ut etiam ratio,
quæ movit Summum Pontificem, & factum, 86
in quo ipse intentionem suam fundavit pro concedenda tali gratia, alia esse non potuit, quàm insigne augmentum dotis, quod SummoPontifici præbuit causam, à jure probatam, illud reservandi, dictumque Beneficium obnoxium faciendi istiusmodi perpetuæ servituti, per ea, quæ tradunt *Lambertin. de Jurepatr. lib.1. cap.2. quæst.4. principal. art.4. num.1., Antonin. Variar. resol. lib.1. resol. 112. cas.48. in fin., Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst.8. num.13., & seq., Vivian. de Jurepatr. part.1. lib.2. cap.5. num.19., Panimoll. in annot. ad decis.9. num.17.*; Quapropter, si
istiusmodi reservationis gratia certè, ut di- 87
ctum est, fuit id, de quo principaliter, & per sè agebatur, illaque, veluti ex sua causa, pendebat ab augmento d. dotis, expressio proindè qualitatis *primæ dignitatis*, tamquam non facta principaliter, & per sè, & tamquam fun-

88 fundamentum gratiæ conceſſæ, ſed veluti
incidenter, & propter aliud emiſſa, imper-
tinens prorſus erat ad rem, de qua agebatur,
factaque dici ſolummodò poterat causâ de-
monſtrationis, ac per conſequens nec proba-
89 re, nec tribuere poterat Primiceriatui quali-
tatem dignitatis, ſi illam anteà reverà non
habebat, ut, ex *Felin. in cap. Si aliquando col.*
fin. de Sent.excomm., docuit *Pacian. de probat.*
lib.2. cap.28. nu.145., *ubi etiam ex Lapo alleg.*
90 7. ait, *quod verba Papæ nominantis aliquem ſub*
titulo dignitatis, illi nominato non tribuunt
jus, quando ad aliam finem ſunt directa = Sub-
ditque, tunc demùm aliquam præſumptivam
probationem præbere, quando alium effe-
ctum habere non valerent, ſic inquiens = *Sed ſi*
91 *non poſſint alium effectum habere, tunc præ-*
ſumptivè probarent, & transferrent onus pro-
bandi in Adverſarium, ſaltem in illa cauſſa
cujus occaſione verba eſſent prolata, ſecus in
alia cauſſa, in qua revocaretur in dubium, an ille
talis haberet illam dignitatem = Cum igitur
Summi Pontificis verba, & gratia effectum
habuerint quoad erectionem, & reſervatio-
nem Juriſpatronatus, de qua tunc agebatur,
verba hac occaſione prolata, quod nempè
Primiceriatus eſſet prima dignitas, non pro-
bant in hac alia cauſa, io qua id revocatur
in dubium.

Fruſtra autem contraria *deciſio* in *§. Præ-*
termiſſa enim inſiſtit probando, ſuperius re-
latas enunciationes reputari mioimè poſſe fa-
92 ctas ex ſuggeſtione, vel ſuppoſitione ſuppli-
cantis, quia eædem emiſſæ non leguntur ſub
clauſulâ = *ut aſſeritur* = vel aliis ſimilibus, id
confirmando peculiari illâ circumſtantiâ,
quod tàm in Bulla Leonis X., quàm in aliis
proviſorum Summorum Pontificum ſpecificè
derogatum legitur regulæ quartæ Cancella-
riæ reſervatoriæ primarum dignitatum; ex
quo inferebatur, præfatos Summos Pontifices
non procedendo ſimpliciter ad relationem
Partium enunciaſſe Primiceriatum primam
dignitatem, ſed per verba aſſertiva ſeriò
emiſſa talem illam eſſe, expreſſiſſe: At neu-
tra hujus objectionis pars ſubſiſtit.

Et ſanè, quod attinet ad primam, facilè
eadem refellitur: Quippè, ut demonſtre-
mus, Leonem X. non per aſſertionem, con-
ſultò, ac deliberatè ab ipſo factam, ſed, non-
oiſi ad ſuggeſtionem, & ſuppoſitiooem An-
oibalis de Januario expreſſiſſe, Primiceria-
tum in Eccleſia Neapolitana dignitatem poſt
Pontificalem majorem exiſtere, ut, inquam,
id demonſtremus, non indigemus argumentis,
& ratiocioiis; perſpicua enim, ac clariſſima
ſunt verba illa Bullæ = *Sanè pro parte D. An-*
nibalis nobis nuper exhibita petitio continebat,
quod fructus, reditus, & proventus Primice-
riatus d. Eccleſiæ, qui inibi dignitas poſt Pon-
tificalem major exiſtit &c. =, Cum itaque ex his
93 pateat, Summum Pontificem enunciaſſe, Pri-
miceriatum eſſe primam dignitatem, quia
ſic nuper per Annibalem *exhibita petitio con-*
tinebat &c., ambigi ſanè oequit, quin non
aſſertione ſuâ, ſed ex ſupplicantis ſuppoſi-
tione, atque ſuggeſtione expreſſerit id, quod
ad illius petitionem enunciabat, per ea, quæ
tradunt *Abb. in cap. Dudum num.8. de Pri-*
vileg., *Imol. in Clem.1. col. penult. de probat.*,
Rot. coram Ubaldo deciſ.126. num.1.; ideoque
talis expreſſio nihil probat, *Dec. conſ.576. nu.* 94
fin., qui loquitur in difficiliori caſu, in quo
videlicèt Papa ex fide dignorum virorum, &
aſſertione aliquid affirmaret, quod non id-
circò tali expreſſione res affirmata, proba-
ta cenſetur; ait enim = *Et quia in iſto caſu*
Papa non affirmat, ſed dicit ex aſſertione alio-
rum, ibi = *Sicuti sè habet fide dignorum aſſer-* 95
tio, quo caſu iſta verba non videntur probare,
& affirmare = Et ſanè, ſi, ut inquit idem *Dec.*
conſ.602. num.13. = *Non creditur Papæ in*
his, quæ narrat, & veriſimiliter ex informa-
tione Partis habuit = (Sunt ejus verba) quid
ſanè dicendum erit in caſu noſtro, in quo 96
veriſimiliter, ſed certò ex informatione, &
ſuggeſtione ſupplicantis Primiceriatus enun-
ciatus fuit prima dignitas, quia nempè, ut
inquit Summus Pontifex, id à ſupplicante *no-*
bis nuper exhibita petitio continebat.

Neque verò obeſſe poteſt, quod in Lite-
ris Apoſtolicis non legatur Clauſula *ut aſſeri-*
tur, aliave ſimilis, ideoque denominatio,
& expreſſio, quod Primiceriatus eſſet *prima*
dignitas, emanaſſe cenſenda ſit ab ipſo Sum-
mo Pontifice; iterum namque, iterumque
repetimus, quod diſcurſus iſte apertam vim
facit mox relatis ejuſdem Pontificis verbis
= *Nobis nuper exhibita petitio continebat* =,
manifeſtè præſeferentibus ſubſecutam deno-
minationem *primæ dignitatis*, continuatâ ora-
tione factam, non ex Summi Pontificis deli-
berata aſſertione, ſed nonniſi ſuppoſitivè,
& quidem ex ſuppoſitione ad ſupplicantis
ſuggeſtionem, emiſſam fuiſſe, ut, omiſſis,
aliis, benè ad rem noſtram animadvertit
Grammatic. deciſ.64. nu.11., *& ſeqq.*, quo
ſanè caſu, etiamſi deſit clauſula *ut aſſeritur*,
aliæve ſimiles requiſitę à contraria *deciſione*, 97
ſemper tamen ineſſe cenſentur, cum etiam
non appoſita, ſubintelligenda dicatur conditio
illa, *ſi preces veritati nitantur*, *vel ſi ita eſt*,
ut expreſsè definitum fuit ab *Alexandro III.*
in cap. Ex part.2., *ubi etiam Gloſs. verb. con-*
ditio, *Roſa de execut. Liter. Apoſtol. part.1. cap.*
4. num.19., *Rot. coram Ubald. deciſ.124. nu.*
2., *& ſeq.*, *in rec. deciſ.25. num.5.*, *& dec.*
306. nu.3. part.10., *ac poſt Antonell. de Ju-*
rib., *& onerib. Clericor. deciſ.44. num.17.*,
ideoque, ſi deficiat plena probatio qualitatis à 98
ſupplicante enunciatæ, ſi in illa Summus
Pontifex intentiooem ſuam fundaſſe legere-
tur, Literæ Apoſtolicæ executioni deman-
dari minimè valerent, ad notata per *Felin. in*
cap. Ad aures de Reſcript., *Garz. de Benefic. par.*
6. cap.2. num.163., *& 225.*, *Rot cor. Lu-*
doviſ. deciſ.387. num.5., *coram Seraph. dec.*
989. num.4., *coram Duran. deciſ.208. nu.2.*,
in

in rec. decis.147. nu.2. part.10., & dec.250.
num.1., & decis.162. num.23. part.12.

Verùm præterea respondemus, quod, ta-
metsi, morem gerendo Parti adversæ, admit-
teremus denominationem primæ dignitatis,
non à supplicante, sed ab ipso Summo Pon-
tifice emanasse, non idcircò justæ probatio-
nis robur in nostra hypothesi obtinere posset,
huc enim redeunt ea omnia, quæ à nobis de-
ducta fuerunt ex *Clementina si Summus Pon-*
tifex §. final. de Sentent. Excommun. & cap.
99 *Si Papa 10. de Privil. in 6.*, & ex aliis au-
ctoritatibus, ex quibus planè demonstravi-
mus, istiusmodi denominationes non sim-
plici dumtaxat enunciativâ, sed assertione
etiam Summi Pontificis, non principaliter
tamen, & propter se factas; sed incidenter,
& propter aliud; minimèque relatas, ad fa-
ctum proprium, sed alterius, nullam, nec
etiam præsumptivam probationem præbere,
quoties Summus Pontifex in eisdem inten-
tionem suam minimè fundasse noscatur;
propterea que non est, cur contraria *decisio*
ex omissione dictæ clausulæ, *ut asseritur*,
aut alterius similis, quæ congruere certè ne-
quivisset rei narratæ, & assertæ ab ipso Sum-
mo Pontifice, arguere conetur, denomina-
tionem, quod Primiceriatus esset prima di-
gnitas, assertivè, & non merè enunciativè
factam fuisse; Sed id inquirendum, statuen-
dumque erat, an ex tali denominatione, &
enunciatione primæ dignitatis desumi posset
legitima ulla probatio, licèt illa non princi-
paliter, & propter se, sed incidenter, &
propter aliud emissa appareret, eademque
non affirmaret factum ullum proprium Sum-
mi Pontificis, immò nec etiam alterius, su-
per quo ipse intentionem suam fundasse dici
100 posset, quinimò impertinens prorsùs esset ad
rem, quæ gerebatur, quippè, ut pluries, plu-
riesque dictum est, ab Annibale non petеba-
tur erectio Primiceriatus in primam digni-
tatem, sed reservatio Jurispatronatus super
dicto Primiceriatu, pro qua gratia conceden-
da Summus Pontifex intentionem suam fun-
davit in insigni augmento dotis, non autem
in denominatione, quod talis Primiceriatus
in Ecclesia Neapolitana, dignitas post Pon-
tificalem major existeret, ideòque talis de-
nominatio resolvitur in meram quandam
demonstrationem factam in Literis Apostoli-
cis, quæ effectum suum habuerunt respectu
gratiæ, principaliter, & per se petitæ, atque
impetratæ, ut probatum fuit.

Ex his autem resultat etiam solutio alte-
rius partis contrariæ objectionis, quâ videli-
101 cet dicebatur, dictam denominationem re-
verà emanasse ex Summi Pontificis assertio-
ne. Satis id conijci ex specifica derogatione re-
gulæ quartæ Cancellariæ reservatoriæ prima-
rum dignitatum: Nam si in præfatis Lite-
ris Apostolicis id suppositum reperiebatur,
atque in eisdem concedebatur reservatio per-
petui Jurispatronatus favore familiæ de Ja-
nuario; ne gratia inutilis prorsus, & effe- 102
ctu vacua redderetur, necessariò requirebat
dictam derogationem, quæ propterea tam-
quam consectaria, atque famulatoria gratiæ,
quæ principaliter, & per se petebatur, illius 103
naturam alterare minimè poterat, per dict.
Text. in leg. quod dicimus de auctorit. Tutor.,
prob. in cap. Cum in illis nu. final. de præbend.
in 6., *Ansald. cons.140. num.110., & seqq.*,
Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 45. §. 1.
num.35., *D. Advoc. Piton. de contr. Patron.*
allegat.47. sub num.42. vers. à quo regulatur,
& allegat.84. num.35., *& in Bituntina Ju-*
rispatronatus 31. Januarii 1716. §. final. co-
ram R.P.D. Foscaro; Atque ita erat intelli-
genda, ut, existente verò supposito, quod
Primiceriatus esset prima dignitas, locus fie-
ret derogationi dictæ quartæ regulæ sillam re-
servantis; At non idcircò operabatur, quod
ulla nec etiam præsumptiva probatio dictæ
qualitatis elici posset ex tali Pontificia asser-
tione, utpotè fundata in supposito, quod
Primiceriatus verè esset prima dignitas, vel
quia Pontificiâ auctoritate hoc honore jam
decorata reperiretur, vel quia ex Ecclesiæ
consuetudine in tanto gradu constituta jam
fuisset: hoc namque casu, cum talis assertio
referri, atque respicere dicatur factum alte-
rius; quodque magis est, gratia, quæ tunc
principaliter, & per se petebatur, non esset
nova creatio primæ dignitatis, sed reserva-
tio Jurispatronatus non concessa ex tali falso 104
supposito, sed ob augmentum dotis, indè
sequitur, quod ejuscemodi denominatio,
sive enunciativa, & ad Partis supplicationem
facta, sive per assertionem ipsius Summi
Pontificis emissa, attamen, tamquam non
propter se, & principaliter, & quidem non
pro fundamento gratiæ, quæ petebatur, &
intentionis Summi Pontificis, qui illam con-
cedebat, nedum incidenter, & propter aliud
facta, sed impertinens prorsùs dicenda est 105
tum ad rem, quæ tunc agebatur, tum, &
multò sanè magis ad effectum, de quo nunc
res est, videlicet eruendi ex ea probatio-
nem ullam qualitatis *primæ dignitatis*, ut
in proposito in hac eadem Causa ratiocina-
batur *Grammatic. dicta decis.64. numer.26. &*
seqq.

Nec denique omittendum esse, reor, po-
tiori certè jure istiusmodi denominationes,
sive assertiones, quamvis à Summo Pontifi-
ce factæ censeri possent, hac justà interpre- 106
tatione intelligendas esse, quia non agitur de
tribuenda dignitate Rectori alterius Ecclesiæ,
cujus dumtaxat persona absque alterius præ-
judicio tali dignitate decoretur; At aliter
res se habet in casu nostro, in quo similes de-
nominationes, sive assertiones factæ à Sum-
mo Pontifice, si ad primæ dignitatis culmen
in Ecclesia Neapolitana evehere possent Pri- 107
micerium, grave procul dubio irrogaretur
præjudicium reliquis Canonicis, qui tum ex
primæva institutione, tum moribus, & con-
sue-

ſuetudine perpetuò retenta, neminem inter
ipſos præeminere, ſed ſeſe pares agnoſcentes,
108 gloriati ſemper fuerunt, hac præcipuâ prærogativâ
ipſorum Eccleſiam, & Capitulum decorari,
quod ſolùm Archiepiſcopum venerarentur,
nullique alteri inferiori dignitati
honorem ullum deferrent, retentâ quippè
imagine aliquâ veteris Eccleſiæ diſciplinæ,
juxta quam, tamquam præſtantiores ſelecti ex
univerſo Clero, ideòque nuncupati Canoni-
109 ci Cathedrales, unum cum Epiſcopo, veluti
ſuo capite, corpus conſtituebant, illiuſque
Fratres, Aſſeſſores, & Conſiliarii appellabantur,
Van. Eſpen. in Jus Eccleſ. univ. part. 1. titul. 8. cap. 1. num. 1., & ſeqq., & in Opuſcul. de Inſtitut., & Offic. Canonic. part. 1. cap. 2. §. 1. ſub initium, & §. Talis primis Eccleſiæ, Caſſan. in Cathalog. glor. Mund. part. 4. conſiderat. 33. §. 3., Barboſ. de offic., & poteſt. Epiſcop. lib. 1. cap. 4. num. 18., Francei de Eccleſ. Cathedr. cap. 14. num. 41., & pluribus ſeqq., Thomaſin. de Benefic. part. 1. lib. 3. cap. 7. ſub num. 7. §. Non hic, & ſeqq. & num. 8.; Ob tale igitur præjudicium, quod
toti Capitulo inferretur ex ſimilibus aſſertionibus,
nulla juſta probatio elici poteſt: in
præjudiciali namque materia, illius aſſertio-
110 nem, minimè reſpicientem factum proprium,
non probare, docuerunt *Gemin. conſ. 53., Dec. conſ. 376. num. 13.* dicens, *diſpoſitionem Clementinæ unic. de probat.* hoc caſu locum minimè
habere, *Creſp. de Valdaur. obſerv. 10. num. 57.*, quod ſanè præjudicium in noſtro
caſu leve reputari minimè poſſet, quià, ut
principio notavimus, iſtiuſmodi novâ digni-
111 tatis inſtitutione, invidia, offenſio, & ſcandala
inter fratres ſererentur.

Jam verò tot, tantiſque argumentis demonſtrato,
nullam legitimam probationem
deſumi poſſe ex Literis Apoſtolicis Leonis
X., non eſt, cur immoremur ſimilibus denominationibus
factis in aliis Literis Clementis
VII., & Pauli III.; Nemo enim non videt,
quàm facile fuerit, talem denominationem
in illas irrepſiſſe, ex quo proviſi ad præſentationem
Patronorum, qui ex gratia, ſibi conceſſa
à præfato Summo Pontifice Leone X.,
112 Juſpatronatus adquiſiverant, Primiceriatum
denominaverint primam dignitatem, prout
denominatum legerant in primis Literis Leonis
X., quapropter poſteriores hæ denominationes
probationem nullam præbere poſſunt,
quando eæ, veluti ex ſuo fonte, promanaſſe
noſcuntur ex denominatione ſuppoſitivè
facta in dictis prioribus Literis, ad tradita
per *D. Advoc. Piton. in ſuo luculento tractatu de controverſ. Patronor. allegat. 100. num. 358., Rota in antiq. deciſ. 10. num. 3. de præbend. coram Carill. deciſ. 159. num. 19., & coram bon. mem. Emerix Jun. deciſ. 1357. nu. 5.*,
cum aliis allegatis in noſtra prima *deciſione §. E conſpectu coram Reverendiſſimo Ravennaten.*, Certiùs verò hæc locum ſibi vindicant
reſpectu Literarum Pauli III., in quibus agi-
tur de proviſione facta per reſignationem, 113
quo ſanè caſu multò minus attendendæ ſunt
ejuſcemodi denominationes, *Roſa de execut. Literar. Apoſtol. part. 1. num. 111., Rota coram Merlino deciſ. 61. num. 7., in recent. deciſ. 360. ſub num. 14. verſ. quæ ſanè proviſio part. 2., deciſ. 104. num. 16. part. 10., & poſt Antonell. de juribus, & oneribus Clericor. deciſ. 47. num. 6.*

Quamobrem in hac noſtra hypotheſi recedendum
minimè eſt à regulis Juris, quibus
edocemur, in Papa non præſumi ſcientiam 114
qualitatis Beneficii, ſed, cum idem providere
ſemper cenſeatur juxtà narrata in ſupplica- 115
tione, viciſſim in ejus proviſione ſemper
ſubintelligitur clauſula = *ſi ita eſt* =, *Caſſador. deciſ. 4. nu. 1., & 8. de probat., Rota coram Seraphin. deciſ. 989. num. 1. poſt Antonell. de Jurib., & onerib. Cleric. dec. 44. num. 17.*, ideòque
jure, meritòque traditum eſt, proviſionibus
Apoſtolicis nunquam immutatum cenſe- 116
ri antiquum, novumque inductum ſtatum
Beneficii, illiuſque qualitatem eiſdem minimè
probari, per *Tent. in dicta Clement. unic. de probation. Cirill. quæſt. 62. num. 39.* diſtinguens
proviſiones Pontificias, tamquam factas
ad ſupplicationem, & ſuggeſtionem ſupplicantium,
à proviſionibus factis ab Epiſcopis, 117
qui ob frequentes viſitationes optimè inſtructi
cenſentur de ſtatu, & qualitate Beneficiorum
ſuæ Diœceſis, *Rot. poſt Antonell. dicta deciſ. 44. num. 18.*, & prius dixerat *Rota coram Mantic. deciſ. 87. num. 2., coram Seraphin. deciſ. 1025. num. 3., coram Ludoviſ. deciſ. 407. nu. 6. in fin., ubi Adden., & coram Carill. dec. 41. num. 6.*, & hæc procedunt, etiamſi enunciativæ
emiſſæ in proviſionibus Summorum 118
Pontificum, plures ſint, & antiquæ, ut de
primis tradunt *Riminald. Jun. conſ. 19. numer. 49., Spid. conſ. 31. num. 8. lib. 3., Rota coram Pen. deciſ. 1620. num. 6., coram Burat. deciſ. 178. nu. 14., coram ſan. mem. Alexandro VIII. deciſ. 179. num. 23., in recent. deciſ. 195. num. 5. part. 9., deciſ. 5. num. 12. part. 13., deciſ. 161. num. 9., & 11. part. 15., deciſ. 56. num. 16. part. 19.*, & de ſecundis *Rot. poſt Tamburin. de Jur. Abbat. deciſ. 66. à num. 5. ad ſeqq., & coram ſan. mem. Alexandro VIII. dicta deciſ. 179. num. 24.*, ita ſanè ſuadente ratione
illâ, quod videlicèt non ſufficiat ſola deno- 119
minatio, ſed ad id requiratur expreſſa Superioris
voluntas, *Lotter. de re Benefic. lib. 1. quæſt. 34. num. 52., & ſeqq., Thomat. deciſ. 154. num. 25., Rota in recent. deciſ. 254. nu. 5., & deciſ. 368. num. 4. part. 2.*, quâ voluntate
minimè probatâ, Beneficium ſuam primævam
qualitatem retinere perpetuò cenſetur,
Soccin. conſ. 73. num. 12. lib. 1., Alciat. de præſumpt. regul. 2. præſumpt. 2., Rota cor. Seraphin. deciſ. 1273. num. 1.

Operoſiùs ſanè, ac latiùs, quàm ratio
Cauſæ expoſcere videretur, elaboravimus in
demonſtrando, Partem adverſam intentionem
ſuam fundare minimè poſſe in ſuperiùs
reci-

recitatis Literis Apostolicis, desumendo ex
denominationibus, in illis factis, qualitatem,
& prærogativam primæ dignitatis, quam sibi
asserit: Verum fortè non abs re id factum est,
nam, ut demonstravimus, si Primiceriatus,
120 tamquàm carens administratione Bonorum
Ecclesiæ, & Jurisdictione, nec re, nec nomine
ex Sacrorum Canonum censura pro dignitate
habetur, sed tali nomine designatur simplex
121 officium Cantoris, si, ut dictum est §. *Quemadmodum igitur* simplicia hæc officiorum nomina, tametsi non à jure dignitatis prærogativis
decorata, illas tamen assequi possunt ex fun-
122 datione, Statuto, & consuetudine Ecclesiæ, ac
Pontificiâ denique auctoritate, cum jam probatum fuerit, Ecclesiam Neapolitanam, inspe-
123 ctâ primævâ fundatione, nullam in suo Capitulo primam dignitatem agnovisse, & demonstratum quoque fuerit, Partem Adversam titulum nullum pro constituendo Primiceriatu in gradu primæ dignitatis elicere posse ex Literis Apostolicis; revulsis propterea hisce solidioribus fundamentis, multò facilius erit præcludere refugium ad observan-
124 tiam, cujus vigore ut similibus officiis, quæ de jure non sunt nomina dignitatis, talis honor quæsitus dici possit, requiritur observantia, seù consuetudo Ecclesiæ probata univocis argumentis, atque actibus, qui necessariò indicant qualitatem primæ dignita-
125 tis, alioquin, resistente Jure, minimè præsumendam, quoties agitur de officiis carentibus omni Bonorum administratione, atque Jurisdictione, ex deductis superiùs.

Tantum verò abest, quod Pars adversa juvari possit consuetudine, ut hæc penitus excludatur ex instituto, moribus, & usu Ecclesiæ nostræ Neapolitanæ, quæ semper gloriata est aliam dignitatem non agnoscere,
126 quàm Archiepiscopalem: Utque planè demonstremus, justâque methodo rem explicemus, sequemur ordinem propositum in nostra luculenta facti Informatione, in qua refertur, Marinum de Januario, in executionem erectionis Jurispatronatus, factæ à Leone X., præsentatum, atque institutum in dicto Primiceriatu, statim de præeminentia contendere cæpisse cum Canonico Joanne Francisco Grammatico primo Diacono: dela-
127 tâque controversiâ ad Sacrum istud, ac Supremum Tribunal super prima dignitate, ac proprio loco, & jure præcedendi, duas contumaciales sententias obtinuit coram Puteo, & Joanne Paulo: sed tandem excitus primus Diaconus, Causamque prosequens coram Mohedano, atque ipsum defendente præclaro Jurisconsulto Thoma Grammatico Patre suo, hic exaravit superius memoratam luculentam allegationem relatam inter ipsius decisiones la 64., in qua validissimis argumentis demonstrato, denominationes factas in Literis Apostolicis Leonis X. Primicerio suffragari non posse, & authenticis documentis probato, præeminentias, quas usurpare contendebat Primicerius, competiisse semper primo Diacono, anno 1541. obtinuit à Mohedano sententiam, quâ revocatis prioribus, definitivè pronunciatum fuit, præeminentiam deberi primo Diacono, perpetuo silentio imposito Primicerio; Hæc autem sententia cum obtinuerit auctoritatem rei judicatæ, frustrà Primicerius obtendit denominationes factas in præfatis Literis Apostolicis, & quidquid ante illam dictum, factumve fuisset: Eanamque virtus est rei judicatæ, ut pro veritate habeatur, & faciat Jus clarum, ac manifestum, post illam servandum, juxtà nota Juris nostri loca.

Eòque fortiùs eadem urgent in nostro casu, nam post dictam sententiam latam à Mohedano, anno 1565. excitatâ à Primicerio simili controversiâ, tum in Synodo coacta à Cardin. Carafa Archiepiscopo, quàm in visitatione primus Diaconus illicò allegavit dictam rem judicatam, &, rescribente Archiepiscopo, ut Partes ordinario jure coram ipso agerent in Judicio coram illo instructo, anno 1566. per aliam definitivam sententiam pronunciatum fuit = *Primum Diaconum esse præferendum Primicerio &c., in omnibus servatá formá sententiæ prolatæ in Curia Romana anno 1544.* =; Utraque vero sententia inserta fuit tum in dicta visitatione, tum in illa facta anno 1582.; Ambigi autem nequit, quin
per sententias, & res judicatas superlativa 128
inducatur probatio status Beneficii, sivè illæ emanaverint ab Ordinario, sivè ab alio Tribunali, *Rota coram Burat. decis. 142. num. 12., in recent. decis. 9*[?]*. num. 13. part. 6., coram san. mem. Alexand. VIII. decis. 224. num. 14., coram Benincasa decis. 239. num. 3., in Mediolanen. Prioratus super qualitate agnatitia 18. Januarii 1703. §. Omnem denique coram Eminentissimo Scotto, & in eadem Mediolanen. super mixtura, & filiis familiae 29. Januarii 1706. §. Quia hujusmodi coram bon. mem. Cassarello, & in Compostellana Beneficii 15. Martii 1717. §. Quapropter coram Eminentissimo D. Card. de Althann*, adeò quidem ut,
sublatâ vi centenariæ, ac ipsius immemora- 129
bilis, præbeant titulum illis potentiorem, *D. Advoc. Piton. in suo tractat. de controv. Patron. allegat. 97. num. 16., Rota in Burgen. Juris visitandi 21. Junii 1714. §. fin. coram R. P. D. Cerro, & in dicta Compostellana Beneficii §. Quapropter, & §. Porrò in fin.*, ubi dici-
tur, istiusmodi sententias in judicatum transa- 130
ctas, & effectum sortitas, tàm in possessorio, quàm in petitorio omninò esse attendendas, donec adversus illas obtineatur restitutio in integrum.

Neque verò pro elidenda vi istiusmodi rerum judicatarum objici potest, quod, cum in sententia Mohedani dicatur, primum Diaconum esse primam dignitatem, indè sequatur, verum non esse, quod in Ecclesia, & Capitulo nulla adsit prima dignitas, ut ratioci-

natur contraria *decisio* in *§. Neque hic sistunt*,
ubi ait, quod in sententia Mohedani non di-
citur, Primiceriatum non esse dignitatem, sed
solummodò definitur, illam non esse primam
comparativè ad *primum Diaconum*, de quo
hodie non disceptatur, sed solum quæritur
in genere, an Primiceriatus sit dignitas nec-
ne? Subditque eadem *decisio*, eò minùs di-
ctam sententiam Mohedani objici posse, quia
effectu, & executione caruit.

Discursus namque iste, eâ sola ratione re-
felli posse videretur, quod videlicet, si re-
verâ subsisteret, suo loco moveret præci-
puum fundamentum à contraria decisione
positum pro tribuenda Primiceratui qualita-
te dignitatis, illam desumendo a Bulla Leo-
nis X. in qua dicitur, quod Primiceriatus
Ecclesiæ Neapolitanæ *inibi dignitas post Pon-
tificalem major existit*, cui denominationi di-
cta contraria *decisio §. Accedit insuper*, ait
consonare Literas Apostolicas Clementis
VII., & Pauli III.; Si igitur in præcedenti-
bus partibus decisionis firmatur, Primiceria-
tum esse dignitatem, quia talis reputata, at-
que asserta fuit in præfatis Literis Apostoli-
cis; inde certè sequitur, quod in *§. Neque
hic sistunt*, *& seq.* malè dicatur, quod ho-
die non disceptatur, an Primiceriatus *sit pri-*
131 *ma, vel secunda, sed dumtaxat in genere
quæritur, an sit dignitas* = Enim verò si *Sacra
Rota* mota auctoritate Literarum Apostoli-
carum, & denominationibus, in eisdem fa-
ctis, declaravit, Primiceriatum esse dignita-
tem, illi tribuere modo nequit solam gene-
ricam qualitatem dignitatis, sed eundem
agnoscere debet *in majorem dignitatem post
Pontificalem*, qualis in dictis Literis Aposto-
licis enunciatur, alioquin enim tribuendo
Primiceratui genericam solummodò qualita-
tem dignitatis, diminueretur, atque inter-
verteretur ejus status, primæ videlicèt di-
gnitatis, in qua vigore Literarum Apostoli-
carum constitutum reperiri, prius dixerat.

Idque profectò agnovit dicta etiam con-
traria *decisio*, quæ in *§. Dignitatis*, in-
quiens, quod ex verbis dispositivis Bullæ
Leonis X. *nitida, & clara emergit declara-
tio, dictum Primiceriatum esse dignitatem, dum
Papa Juspatronatus indulsit in figura veræ,
& propriæ dignitatis*, tum *in §. Et eviden-
tia*, tum etiam in *§. Prætermisso enim* id
confirmavit ex eo, quod, cum Primiceriatui
non competeret mera, atque inanis denomi-
natio dignitatis, propterea *probè noscens
Summus Pontifex obstaculum regulæ quartæ
Cancellariæ reservatoriæ dignitatum majorum
post Pontificalem, adposuit expressam deroga-
tionem*, ibi = *Apostolicis Constitutionibus, &
Ordinationibus, nec non quibusvis de similibus
dignitatibus pro tempore factis reservationi-
bus* = deindèque concludendo argumentum,
ex tali derogatione ductum, immediatè sub-
dit = *Porrò derogatio reservationum circa di-
gnitates versantium, manifestè comprobat, dis-
positionem factam fuisse super dignitate, ean-
demque dignitatem confirmat* =, firmiùsque in-
sistens, validiusque urgens argumentum de-
sumptum ex verbis dictæ Bullæ, atque ex
dicta speciali derogatione facta *Regulæ 4.*
Cancellariæ, rem prosequitur, atque absol-
vit verbis illis = *Verùm in hypothesi penitùs
submotum reddebatur objectum ex peculiari il-
la facti circumstantia, quod præfati Pontifi-
ces non processerunt simpliciter ad relationem
Partium, sed seriò, ut prænotatum est, qua-
litatem dignitatis admiserunt in Primiceria-
tu, in singulis earumdem Bullarum partibus
specificè derogando regulæ quartæ* Cancellariæ
*reservatoriæ PRIMARUM DIGNITA-
TUM; Undè palam fit, quod, quatenùs etiam
Primiceriatus dijudicari non valuisset PRI-
MA DIGNITAS, adhuc ex tot enumera-
tis Bullis TALIS procul dubio effecta est ex
dispositione Textus in Clement. unic. de proba-
tion.* =

At verò, si ex dicta specifica derogatione
Reg. 4. Cancellariæ mox relatis locis con-
traria *decisio* infert, quod Primiceriatus Ec-
clesiæ Neapolitanæ *inibi dignitas post Pontifi-
calem major existit*, vel quod talis effecta
fuit ob illam rationem, quia sola, prima, &
major post Pontificalem in Cathedralium 132
Capitulo dignitas subijcitur istiusmodi regu-
læ reservatoriæ, *Menoch. consil. 190. num. 5.,
& seqq., Garz. de Benefic. part. 5. cap. 1. nu.
264. cum seqq., & cap. 2. numer. 264., Gon-
zal. ad regul. 8. Cancellar. Gloss. 1. num. 7.,
Castropal. oper. moral. tractat. 13. disputat. 2.
punct. 19. num. 3., Barbos. de Offic., & potest.
Episcop part. 2. allegat. 45. num. 16., & part.
3., allegat. 57. num. 100., Rot. in recent. de-
cis. 236. num. 1. part. 7., decis. 240. num. 7.,
& 29. coram Otthobon., & decis. 165. num. 8.
part. 18.*; Reliquæ verò post primam mino-
res dignitates, ab illa immunes, & exemp- 133
tæ sunt, earumque collatio regulatur eo ju-
re, quo cetera Cathedralis Ecclesiæ Benefi-
cia, ac Canonicatus, *Gonzal. ad regul. 8. di-
cta Gloss. 11. dict. num. 7., Barbos. de Offic.,
& potestat. Episcop. dict. allegat. 45. num. 15.*;
Certiùs, quando agitur de Canonicatu, aut
Beneficio aliquo, cui genericum dumtaxat 134
dignitatis nomen convenit, *Rota in recent.
decis. 195. num. 17., & decis. 297. num. 5. part.
17.*; Nemo sanè non videt, quantum suis
invicem pugnantibus ratiociniis sese involvat
contraria *decisio*, dum in *§. Neque hic si-
stunt*, *& seq.* ait, quod in præsenti casu de
Primiceriatu *non disceptatur, an sit prima, vel
secunda, sed dumtaxat in genere quæritur,
an sit dignitas?* Quando in superiùs recitatis
locis eadem *decisio* disertè, expressis ver-
bis profitetur, Summum Pontificem Leo-
nem X., vel invenisse, Primiceriatum tem-
pore reservationis Jurispatronatus in Ecclesia
Neapolitana *dignitatem post Pontificalem ma-
jorem existere*, vel talem effectam fuisse ex
tot enumeratis Pontificiis Bullis.

At

At magis etiam, magisque elucescit insub-
sistentia interpretationis, quâ dicta *decisio*
explicare conatur sententiam Mohedani,
atque eludere efficaciam rei judicatæ indè
promanantem; si animadvertatur, quod
Literæ Apostolicæ reservationis Jurispatrona-
tus editæ fuerunt à Leone X. anno 1521.;
sententia verò Mohedani pronunciata fuit
anno 1544.; quapropter, si in dictis Literis
Primiceriatus denominatur prima dignitas,
& post Pontificalem major cum derogatione
regulæ quartæ reservatoriæ istiusmodi digni-
tatum: quonam pacto contraria *decisio* af-
firmare potest, quod adeò brevi tempore vi-
ginti trium annorum, mutato statu, auctorita-
135 te Apostolicâ firmato, &, ut ipsa ubique pro-
fitetur, in illis asserto, novus inductus fuerit
status, cujus vigore Primicerius, in eisdem
Literis enunciatus prima, & major digni-
tas, suo gradu dejectus, declararetur, quod
ampliùs *non esset prima dignitas comparativè
ad primum Diaconum*, ità quidem, ut, non-
nisi inani, & generico dignitatis nomine de-
coratus remanserit.

Libuit hæc fusiùs exposuisse, ut clarè per-
spici possit, quod contrariæ *decisionis* fun-
damenta, & rationes parùm constantes, con-
trarietate suâ sese invicem collidunt: at, ut
rectè perspici potest tùm ex tenore sententiæ
Mohedani, tùm ex dicta Grammatici alle-
gatione, eâ occasione edita, rectè declara-
tum fuit, Primiceriatum nullâ dignitatis præ-
rogativâ, & gradu potiri, & enunciativas
factas in Bulla Leonis X. emanasse ad sugge-
stionem, & insinuationem supplicantis, falsò
supponentis, Primicerium dignitatis honore
decorari, quando ille qualiscumque honor
jamdudum delatus reperiebatur Primo Dia-
cono, ut pronunciatur in dicta sententia
Mohedani, quæ tamen, dum Primo Dia-
cono tribuit nomen dignitatis, non idcircò
tamen illum agnovit in veram dignitatem,
& in primam post Pontificalem, & majo-
rem. Tale namque nomen non intellexit in
stricta, & propria significatione, sed in la-
136 ta, juxtà quam si dignitatis nomen lato mo-
do sumptum quandoque accipitur pro ipso
Ordine, & quocumque gradu Ecclesiastico,
ut expresè habetur *in Canon. Denique 6.* ubi
Gloss. verb. dignitas litera I, distinct. 4., quan-
to potiori Jure id dicendum erit de Cano-
nicis Cathedralium, qui largo quodam mo-
137 do dignitatem habere dicuntur, ducto argu-
mento à *Textu in cap. Statutum 11. de re-
script. in 6.*, ubi Canonici quoad nonnulla æ-
quiparantur dignitatibus, & ex alio *Textu in
cap. Quamvis 4. de Praebend. in 6., Felin. in
cap. Pastoralis num. 12. de Offic. Delegat., Lu-
dovic. Gomes in cap. Statutum num. 24.*, ibi =
*Æquiparantur dignitatibus, & lato sumpto
vocabulo veniunt appellatione dignitatis, de re-
script. in 6.* =, *Paris. de resignat. lib. 2. quæst. 1.
num. 101., Antonin. Maceraten. lib. 3. reso-
lut. 11. num. 19., Rub. singular. Rot. Roman.
tom. 2. titul. de præcedent. Notarior. quæst. 4.
num. 36., Lotter. de re Benefic. lib. 3. quæst. 5.
num. 10., Barbos. de Canonic., & dignitat.
cap. 19. in princip., idem in repertor. practic.
conclus. verb. dignitas vers. dignitatis appel-
latione, & de appellation. verb. jur. appellat.
72. num. 10., Garz. de Benefic. part. 1. cap. 5.
num. 224., & seqq., Corrad. in prax. Benefic.
lib. 5. cap. 5. num. 30., Rosa de exequut. Liter.
Apostol. part. 2. cap. 3. num. 7., & seq., Rot.
in Augustana summa Custodiæ super secundis
Literis 15. Maii 1716. §. Tum etiam*, ibi = *dum
etiam Canonici Ecclesiæ Cathedralis dicuntur
in dignitate Ecclesiastica constituti, eisque* 138
*propterea Commissiones Apostolicæ delegari so-
lent* = *coram Illustriss. Almæ Urbis Guberna-
tore*.

Ambigi autem nequit, quin sententia
Mohedani primum Diaconum denominando
primam dignitatem, id intellexerit de digni-
tate lato modo accepta, quia prærogativam
dignioris loci, & juris præcedendi illi tribuit,
his verbis = *dicto Joanni Francisco primo Dia-
cono, & Canonicis primis Diaconis in dicta
Ecclesia pro tempore existentibus* =; Quorum
verborum is certè sensus est, quod nempè
Canonicus ille, qui antiquior esset Diaco- 139
nus (quemadmodum sæpè fit ratione anti-
quioris ordinationis, vel majoris ætatis, ad
*Text. in cap. Statuimus de majorit., & obed.,
Barbos. de Canonic., & dignit. cap. 18. num.
10., Pauimoll. in annotat. 8. ad decis. 1. num. 22.,
& seq., Monacell. formular. Eccles. tit. 2 for-
mul. 7. num. 5., & seqq. tom. 3.*) esset primus ex
Canonicis dictæ Ecclesiæ, illique compete- 140
ret dignior locus competens tamquàm ratione
antiquioritatis dignitati largo modo accep-
tæ: nam, cum dignitas, & Canonicatus in
sua propria significatione accepti, nedum 141
nomine, sed etiam re differant, secùs verò,
si impropriè intelligantur, *Oldrad. consil. 150.
num. 3.*, inquiens, quod horum duorum voca-
bulorum, scilicet dignitatis, & Canonica-
tus virtus talis est, quod, si *propriè sumantur*, 142
*neutrum est alterum, licèt, si sumantur largè,
& impropriè, vel sunt synonima, vel conver-
tibilia alterum in altero* = eamque sequitur
Fagnan. in citat. cap. ad hæc, & quoad per-
sonatum, & aliquod officium ecclesiasticum
simili modo benè explicat *Selva de Benefic.
part. 1. quæst. 2. sub num. 43.*; Idcircò, dum
dicta sententia digniorem locum, & Jus
præcedendi attribuit Canonico primo Diaco-
no, certè non intellexit eidem tribuere præ-
rogativam veræ, & primæ dignitatis, illam
distinguendo à Canonicatu, qui, ut dictum est,
re, & nomine ab ea differt, *Fagnan. in cap.
Nullus nu. 41. de election.*, id arguens ex *Sa-
crosancta Tridentina Synodo cap. 6. sess. 25. de
reformat., Ricc. in prax. Car. Neapol. in annot.
ad cap. 69. num. 20., & seqq., Lotter. de re Be-
nefic. lib. 1. quæst. 15. num. 18., Pyrr. Corrad.
in prax. Benefic. lib. 2. cap. 13. nu. 33. & seqq.*;
Certi namque Juris est, ex solo digniori loco,

143 & præeminentia in sedendo suprà ceteros
sui ordinis ejusdem Collegii, desumi non
posse argumentum dignitatis, *Barbos. de Jur.*
Eccles. univ. lib.1. cap.21. nu.25. & 33., Pa-
cian. de probat. lib. 2. cap.27. num. 25., Pani-
moll. dict. annotat. 6. ad decis.1. num. 19., &
26., & præcisè ad rem nostram probat *Phirr.*
Corrad. in prax. dispensat. Apostol. lib.9. cap.
544 *9. sub num.15.*, prærogativa namque hæc tam-
quam conveniens simplici etiam personatui,
nequit esse signum dignitatis, ut ex *Aretino*
consf.23. nu. 5. vers. his breviter præmissis tra-
dit *Barbosa mox citat. cap.21. numer. 26., &*
num.33., ubi id affert pro excludenda quali-
tate dignitatis à Præpositura, & notavit
etiam *Pacian. de probation. lib. 2. cap.27. num.*
23.: non enim ex his dumtaxat constitui po-
test natura, & essentia dignitatis, sed illa
arguitur ex signis, actibus, & exercitiis, quæ
dignitati connaturalia verè sunt, ut pro-
batum est præsertim in fine; proindeque
nil mirum, si primus Diaconatus nunquam
145 collatus, aut provisus reperitur tamquam
prima dignitas, sed in Ecclesia nostra primus
Diaconus appellatus semper fuit is, qui ex
Canonicis Diaconis antiquior esset.

Quæ profectò interpretatio eò certiùs reci-
pienda est, quia in concertatione inter Ca-
nonicos Presbyteros habita anno 1565. pri-
246 mus Diaconus, licèt intentionem suam fun-
daret in dicta sententia Mohedani, disertè
tamen professus fuit, sibi præeminentiam
non deberi ratione dignitatis, aut Ordinis,
sed loci, inquiens = *Sed honor loco, non digni-*
tati, vel ordini delatus, non enim à latere
Archiepiscopi sedemus, & de plenitudine ejus
participamus = Ex quo perspicuum fit, quod,
147 quemadmodum Canonici omnes Diaconi,
quia sedebant à latere Archiepiscopi præfere-
bantur omnibus Canonicis Presbyteris, non
quidem ratione dignitatis, sed loci, sic pri-
mus, & antiquior Diaconus, quia in seden-
do reliquos omnes loco antecellebat, ratio-
ne loci, dignitatis titulum, latè sumpto vo-
cabulo, asserere sibi potuit; Quapropter, si
ex his desumi posse videtur interpretativa
observantia dictæ sententiæ, ex eaque patet,
148 primum Diaconum, nonnisi impropriè, &
latè sumpto vocabulo, dignitatis nomine
nuncupari posse, fas certè non erit recedere
149 ab istiusmodi observantia, quâ si statui, at-
que induci potest substantia ipsa, & essentia
dignitatis; multò magis, ex ea dignosci po-
150 terunt illius gradus, & majoritas, sivè mi-
noritas, ad tradita per *Bald. consil. 387. post med.*
versic. Item illa est major dignitas lib.1., Car-
din. Zabarell. consf.62. num.1. in princip., &
med., Paris. de resignat. lib.2. quæst.1. nu.83.,
Pyrr. Corrad. in prax. dispensat. Apostol. lib.
2. cap.6. nu.14., Barbos. in Jus Eccles. univ.
lib.1. cap.21. nu.16., & seq., & cap.27. nu.
7., Van. Espen. eodem tractat. part.2. tit.18.
cap.2. num.14., Boer. decis. 86. num. 8. circa
med., Rota coram Mantica decis.175. num.3.,
coram Ludovis. decis. 411. nu.1., & in annot.
num.5., & decis.482. num.2.

Quibus denique omnibus robur addidit
solenne factum Cardinalis Jesualdi Archie-
piscopi Neapolitani, qui initio præcedentis
seculi, anno nimirum 1601., auctoritate
Sacræ Congregationis Rituum, immutato
Chori sistemate, præeminentiam abstulit 151
Canonicis Diaconis, illamque contulit Ca-
nonicis Presbyteris, quos à latere Archie-
piscopi, à cornu nempè Evangelii, sedem
deinceps habere statuit: sese his opposuit pri-
mus Diaconus, obtendens, se esse primam di-
gnitatem, Causamque deduxit ad Supre-
mum istud Tribunal, sed agnoscens se inten-
tionem suam fundare minimè posse in sen-
tentia Mohedani, ipsi tribuente abusivum
dumtaxat dignitatis nomen, consistens in sola
prima sessione in Choro, quâ submovebatur
mutato rerum statu, obtemperando idcircò
confirmationi Decreti Sacræ Congregationis
Rituum, editæ à san. mem. Clemente VIII.,
tacitè liti renunciavit, transiens cum ceteris
Diaconis ad latus sinistrum, deindeque pri-
mus Diaconus in Ecclesia nostra prò digni-
tate reputari desiit, quo sanè temporis lapsu, 152
etiamsi in sententia Mohedani re, & nomi-
ne declaratus fuisset prima dignitas, illam
amisisset, prout amitti potest breviori solius
quadragenariæ tempore, quâ firmari, mu- 153
tari, & præscribi posse statum Beneficii, il-
lius naturam, & essentiam mutando, dispo-
nitur per *Text. in cap. cum de Beneficio*, ubi
communiter Scribentes, *Amostaz. de caus. piis*
lib.3. cap.5. numer.35., Gonzal. ad regul.8.,
Cancellar. Gloss. 7. num. 8., Corrad. in prax.
Benefic. lib.1. cap.6. num.324., clar. mem. Car-
din. de Luca de Jurepatron. disc.8. num.4., &
disc.9. num.10., D. Advoc. Piton. de contro-
vers. Patron. allegat.17. num.14., Rota coram
Buratt. decis. 636., & decis. 776. utrobique
num.1., Rota coram Carill. decis.41. num.3.,
ubi vim hanc tribuit etiam tricenariæ, *in an-*
notat. ad decis. Pamphil. 539. sub nu.6. §. Li-
mitatur, Rota coram Duran. decis.244. num.
7. ad ornat. Cardin. de Luca decis.8. num.14.,
& decis.9. num.2. lib.12., in Barchinonen. Pa-
rochialis del Prat. 2. Decembris 1695. §. Ex-
pediti coram bon. mem. Ursino, cum pluribus in
Salisburgen. Vicariæ 16. Januarii 1719. §. Sed
tametsi coram Falconerio Almæ Urbis Guber-
natore.

Ex his sublata videri posset altera contra-
riæ objectionis pars, videlicet, quod sen-
tentia Mohedani executione, & effectu ca-
ruerit, nam, si, ut notatum est, dicta Senten-
tia edita anno 1544. confirmata fuit usque ab
anno 1566. aliâ re judicatâ, solemniter editâ 174
occasione visitationis, in qua dicta præce-
dens sententia relata fuit; si eadem inserta
reperitur alteri visitationi celebratæ anno
1582.; si denique executio, & effectuatio
ejusdem confirmatur ex his omnibus, quæ
hactenus deducta fuerunt, nullâ certè justâ ra-
tione

tione ambigi potest de executione dictæ Mo-
hedani sententiæ, de quo etiam infrà.

Quamobrem frustra pro eludenda vi dictę
rei judicatæ ex illa resultantis afferuntur non-
nullæ provisiones de Primiceriatu, factæ
tamquam de prima dignitate; quarum pri-
ma immediatè post Literas Apostolicas Leo-
nis X. expleta fuit anno 1523. favore Mari-
ni de Januario, quam subsecuta fuit altera
provisio anno 1539. favore Simonis Gattu-
la: quibus denique accessit illa favore Jo: Ja-
cobi Provenzalis facta anno 1553.; Has enim
155 omnes provisiones rejicere possemùs eâ solâ
responsione, quod primæ duæ nullo nume-
ro habendæ sint, utpotè è medio sublatæ re
judicatâ Mohedani, quâ declarando = *Pri-
mam dignitatem, prioremque locum, & Jus
præcedendi competere* = Canonico primo Dia-
cono, & successoribus, *Primicerio fuit im-
positum perpetuum silentium*: ut etiam simili
responsione rejici posset provisio favore, Ja-
cobi Provenzalis, utpotè pariter elisa alterâ
re judicatâ, occasione visitationis editâ anno
1566.; cujus meminimus supra.

Verùm præterea singillatim singulas dd.
156 provisiones examinando, dicimus, primam
dedisse causam liti, ideoque hoc solo titulo
nullam ejusdem rationem habendam esse,
Scribentes *in cap. licèt caussam de probat*, *Ro-
ta coram Manzaned. decis.518. num.5.*, *decis.
220. num.33. part.13.*, *decis.329. num.19.
part.18.*, *& in Cracovien. Plebaniæ 21. Ju-
nii 1717. §. Nec è conspectu in fin. coram
R. P. D. Corio*; Certiùs in casu nostro, quia
157 in dicta collatione præservata fuerunt Jura
tum dignitatis Archiepiscopalis, tùm etiam
Ecclesiæ, & Capituli Neapolitani, quæ
porrò præservatio efficit, ut præjudicium
nullum Capitulo ex ea irrogatum dici queat,
*Marta de Clauf. part.1. clauf.158. num.1.,
& seqq.*, *Gratian. discept. forens. cap.980.
num.8.*, *Fattinell. resp.2. num.40. post tract.
de translat. Pension.*, *Rot. córam Puteo decis.
6. num.1., & seq.*, *& in rec. decis.540. n.9.
part.4. tom.2.*; Altera provisio anni 1539., si,
158 utpotè facta lite pendente in Rota, probatio-
nem nullam statumque nullum inducere pos-
set, *Rota in recent. decis.192. nu.17. part.14.*,
quantò minùs Parti Adversæ prodesse poterit
in casu nostro, quia Simon Guttula, non
solùm minimè adeptus fuit possessionem di-
cti Primiceriatus, tamquam primæ dignitatis;
159 sese namque opponente Canonico primo
Diacono, solemni Instrumento declaravit,
quod capere intendebat *possessionem Primice-
riatus sine præjudicio primæ dignitatis, & pri-
mi loci primi Diaconi*; Verùm etiam, & qui-
160 dem multò magis, quia vis omnis talis pro-
visionis perempta fuit re judicatâ Mohedani:
quemadmodum etiam, ut diximus, simili re
judicatâ Ordinarii sublata legitur novissima
provisio facta favore Jo. Jacobi Provenzalis;
Cùm itaque nulla exadverso allata fuerit pro-
visio, cui non resistat auctoritas rerum judi-
catarum, Sapientissimi Patres pro eorum sa-
pientia, ac religione agnoscere poterunt,
quàm malè Pars Adversa confingat, Mohedani
sententiam executioni minimè demandatam
fuisse: è contrario autem, quàm justâ ratione
nos dixerimus, enunciativas primæ dignitatis
factas in literis Apostolicis effectu omni ca-
ruisse, quia agnitum, ad suggestionem sup-
plicantis processisse.

Fundamentum à nobis positum in dd. re-
bus judicatis firmiùs constabilitum comperie-
tur, si animadvertatur, tàm Primicerios pro
tempore, quàm Patronos acquiescentiâ suâ
illarum auctoritatem agnovisse; nàm, licèt,
in superius relatis tribus provisionibus Primi-
ceriatus enunciatus fuerit prima dignitas;
nihilominùs vitâ functo Jo. Jacobo Proven-
zali, contrà quem ab Ordinario lata fue-
rat d. sententia, immutata fuit forma præ-
sentationis, & collationis; ab anno 1592.
usque ad annum 1716. præsentationes omnes
à Patronis factæ fuerunt *ad Canonicatum præ-* 161
bendatum, Primiceriatum nuncupatum, ut
etiam correspectivæ provisiones cum simili
expressione peractæ leguntur; At verò, si
spatio centum triginta annorum Primiceria-
tus provisus numquam fuit tamquam prima
dignitas, sed semper collatus reperitur tam-
quam *Canonicatus præbendatus, Primice-
riatus nuncupatus*, ambigi sanè nequit, quin
ex tot collationibus vetustissimi temporis, 162
longè centenariam excedentis, plenè pro-
batus dici debeat status Beneficii, quando
ad hunc effectum exuberaret sola quadra-
genaria, ad *Text. express. in cap. cum de
Beneficio de Præbend. in 6.*, uti jam dixi-
mus; eòque certiùs hæc procedunt, quia, 163
istiusmodi statu desumpto ex adeò diutur-
na observantia, fit reditus ad primævam 164
naturam Beneficii magis conformem Juris
dispositioni, ducto argumento à *Text. in Can.
ab exordio distin.35.*, *Felin. in cap. In nostra
num.4. de rescript.*, *Staphil. de liter. grat. in
decima form. expectativ. num.3.*, *Gomez de
expectativ. sub num.106.*, *Marescott. var.
resol. lib.1. cap.55. num.70.*, *Gonzal. ad reg.
8. Cancell. Glos.7. num.9., & seqq.*, *Rota
in nov. de Præbend. decis.2. num.1., & 3. vers.
at ubi ultimus status*, *& in Salisburgen. Vica-
riæ 16. Januarii 1719. §. Sed tametsi coram
Illustrissimo Almæ Urbis Guber.*

Quamobrem jure, meritòque Sac. istud
Tribunal ex collationibus Beneficii factis spa- 165
tio quadraginta annorum cum expressione,
quod esset *dignitas*, hanc prærogativam illi at-
tribuit, ut apud *Buratt. decis.473. num.9.,
& seq.*, *coram Bich. decis.313. num.8.*, *in
recent. decis.315. part.2.*, *decis.465. num.2.
part.4. tom.2.*, *decis.331. num.5. part.12.*,
decis.556. num.4., & seqq. part.14., & vice-
versa ex eo, quod idem simili temporis spatio
collatum minimè fuerit tamquam *dignitas*, 166
hanc prærogativam amiserit, benè in proposi-
to docuit *Fagnan. in cap. ad hæc nu.45. §. Idem
dicendum de Præben.*, id tribuens vi, & ef-
ficaciæ consuetudinis, aut communis repu- 167
tatio-

rationis, juxtà quàm Præstimonium, aut Beneficium, alioquin habens hanc simplicem qualitatem, hac mutatâ, acquirit essentiam, & qualitatem dignitatis, *Rota coram Pen. decis.715. num.1., coram Priola decis.469. nu. 3., & seqq., & per tot. coram Buratto decis. 473. post Tamburin. decis. 4. §. 1., & in rec. decis.331. num.5., & seqq. part.12.*, & in specie, quod in nostra Ecclesia *Cimiliarcatus* non esset *prima dignitas*, quià, juxtà ultimum statum, qui perduraverat quadraginta annis, collatus minimè reperiebatur tamquam *dignitas*, benè respondit *Rota in Neapolitana Cimiliarcatus coram Bichio decis.312.*, quan-
168 to itaque potiori Jure in casu nostro dicendum erit, Primiceriatum, qui spatio centum triginta annorum collatus fuit tamquam *Canonicatus prabendatus*, reputari ampliùs non posse dignitatem, tot enim, tantisque collationibus, & præsertim illis proximis reser-
169 vationi Jurispatronatus, optimè probata dicitur illius natura, & qualitas, juxtà consilium *Oldradi* 229. pluries receptum à Sacra Rota, ut apud *Seraph. dec.291. nu.1., Ludovis. dec. 711. num.1., ibique Adden., Carill. decis.41. num.4., in rec. decis.216. num.2. part.2., in Mediolanen. Prioratus super qualitate agnatitia 18. Junii 1703. §. Consonat, §. Ulterius, & §. Confirmatur coram Card. Scotto, in Mediolanen. Prioratus super mixtura, & filiis familias 5. Jun. 1705. §. Clariorque, & §. Seq. coram Card. Priola, & in Imolen. Beneficii 14. Junii 1720. §. Et quatenus coram Marymon*, Idque locum sibi vindicat, tametsi ali-
170 ter ex fundatione res se haberet, ipsi enim fundationi prævaleret adeo diuturna observantia, cujus virtute præsumeretur supervenisse alium novum titulum, *R. P. D. Ansald. in addit. ad decis.38. n.15., & seqq., in Salernitana Jurispatronatus 13. Januar. 1719. §. finali coram Crispo*, aliisque relatis, *Rota in Imolen. Beneficii 14. Junii 1720. §. Sed quatenus coram Marymon*.

At cur in re non dubia testibus utimur non necessariis? Enim verò, tùm auctoritate, tùm longioris temporis diuturnitate, om-
171 nium præstantissima est probatio exclusiva dignitatis respectu Primiceriatus, desumpta ex relationibus status Ecclesiæ Neapolitanæ, spatio centum quadraginta annorum transmissis ad Sedem Apostolicam, ex actis namque extractis ab Archivio Sacræ Congregationis Concilii, primo loco sese offert relatio facta anno 1581. ab Archiepiscopo Annibale de Capua, quam *Ughellius* in sua *Italia Sacra*, refert, & in qua post multa de statu Ecclesiæ, & Diœcesis suæ memorata, rem
172 ordiens à primæva illius institutione, juxtâ quàm in Ecclesia aderant quatuordecim solummodò Canonici, septem Præsbyteri, inter quos *Cimiliarcu*, & septem Diaconi; deindeque deveniens ad sua tempora, quibus Canonicorum numerus excreverat, sic ait = *Verò nostris temporibus omnes Canonici tantùm nuncupantur, sed quatuordecim illi primi appellantur Canonici Prabendati, & inter illos &c. habetur tantùm Cimiliarcu, & Primicerius* = relationem denique concludendo verbis illis = *Nulla dignitas in Capitulo, nullum officium, solùm Cimiliarcu praeest Hebdomadariis* = eisdemque præcisis verbis loqui-
tur in alia relatione exarata anno 1590., quibus 173
denique consonat relatio ab eodem Archiepiscopo transmissa ministerio Anelli Ruffi, ubi legitur = *Nulla dignitas in Capitulo, verùm Cimiliarca praeest Hebdomadariis* =.

Huic similis est relatio à Cardinali Jesualdo facta anno 1605., ubi pariter dicitur = *nulla dignitas est in Capitulo: Verùm Canonicus Cimiliarca praeest Collegio Hebdomadariorum prædictæ Ecclesiæ* = id quoque testati fuerunt tum Cardinalis Boncompagnus in relatione edita anno 1628., & in alia anni 1631., tùm etiam Cardinalis Ascanius Filomarinus, qui in tribus relationibus peractis tempore, quo ipse regebat Ecclesiam Neapolitanam, retulit, in illa adesse *triginta Canonicos, inter quos Cimiliarcu, & Primicerius*; Et deniquè antiquis hiscè relationibus conformes sunt posteriores, illa videlicet anno 1690. facta de mandato Cardinalis Cantelmi, ubi nullam in Ecclesia Neapolitana dignitatem esse, ait illis verbis = *Non vi sono dignità, nè maggioranze, essendo tutti egualmente degni per denominazione; solo vi è il Primicerio* = Et denique his omnibus cohæret modernus Eminentissimus Archiepiscopus, idemque in relatione transmissa ad Sacram Congregationem Concilii super memoriali porrecto à D. Adversario, ita loquitur, nimirum, *quod D. Vespoli reperiebatur in possessione Canonicatus, Primicerialis nuncupati de ordine septem Canonicorum Presbyterorum prabendatorum suæ Ecclesiæ* = .

Profectò, si ex tot uniformibus relationibus, spatio centum quadraginta annorum editis ab Emis Archiepiscopis Ecclesiæ Neapolitanæ, habemus, nullam in ea esse dignitatem, quodque, ut inquit *Pyrr. Corrad. in prax. dispens. Apost. lib.9. cap.3. num.15., præcipuè*
redundat in maximum honorem Capituli tàm 174
insignis Cathedralis Ecclesiæ, ubi nulla major ipsius Capituli dignitas est, quàm non habere in Ecclesia dignitatem præter Pontificalem, si præterea ex eisdem relationibus constat, Primiceriatum talem nunquam fuisse, *sed esse simplicem Canonicatum præbendatum, nuncupatum Primiceriatum* = quonam colore ei-
dem hodie attribui poterit dignitatis præemi- 175
nentia, exclusa tot solemnibus, atque reiteratis testimoniis Archiepiscoporum, quibus potissimè deferendum est, *Card. de Luc. de benef. disc.90. num.12., & in Miscell. Eccles. disc.7. num.16., Bertacchin. in suo voto decis. 100. num.16., & passim firmavit Sacra Rota coram Carill. decis.41. num.5., & seqq., cor. Card. Cerro decis.685. num.9., in recent. decis.234. num.16. part.16., decis.305. nu.12., & seqq. part.18., coram Ansaldo decis.14. num.17.*,

num.17., & *in Herbipolen. Monasterii 10. Junii 1707. §. Constare coram Cassarello*, & *in Tranen. Praeminentiarum super reservatis 3. Junii 1715. §. Enunciativa coram Scotto*:
Ob eam quidem rationem desumptam, ne-
176 dum ex verisimili notitia, sed ex illa præci-
sa, & necessaria scientia, quam acquirunt
occasione visitationis Ecclesiarum, & præ-
sertim suæ Cathedralis, cujus Beneficia, of-
ficia, & dignitates, si quæ in illa adsint,
eorum semper subjecta sunt oculis fidelibus,
ut, præter mox allegatas auctoritates, nota-
runt *Fagnan. in cap. Ego N. Episcopus nu.1.*,
& *seqq.*, & præcipuè *num.75.*, *Rota in una Bituntina Jurispatronatus 1705. §. Nec dicti coram Card. Priola*, *in Eugubina Praeminentiarum 20. Februarii 1702. §. Validitas coram eodem*, *in Melevitana Praeminentiarum 2. Decembris 1705. §. final. coram Ansaldo*, *in Augustana Summa Custodia 15. Maii 1716. §. Quæ omnia*, ita arguens *ex Canon. Nobilissimus distin.97. cor. Alma Urbis Gubernatore*,
177 quis enim nè mente quidem cogitare poterit,
tot Archiepiscopos nedum omnium supere-
minenti dignitate præclarissimos, sed longè
præstantiores sapientiâ, integritate, & vigi-
lantiâ, quà suam Ecclesiam rexerunt, er-
rasse in re tanti momenti, in dignoscenda vi-
delicet natura, statu, & qualitate Benefi-
ciorum Ecclesiæ Metropolitanæ, in qua quo-
tidie versabantur, ad tradita per *Rotam in nullius, seù Senogallien. 13. Junii 1695. §. Nec hujusmodi coram Muto*, *in Legionen. Parochialis 11. Januarii 1705. §. Istaque coram Kaunitz.*, & *in Bituntina Jurispatronatus 15. Februar. ejusd. anni §. Nec dicti cor. Card. Priola*, & *in Curien. Præpositura 26. Junii 1720. §. Eòque clariùs coram Falconerio*, & *in Pampilonen. exemptionis 6. Decemb. 1706. §. Quid offandum*, & *in Pampilonen. Juris sedendi 28. Januarii 1708. §. final. coram Ansaldo*: Et eo quidem potiori jure tot relatio-
nibus deferendum est, quia concordant, tùm
cum primæva Ecclesiæ, & Capituli nostri
institutione, tùm etiam cum sententiis, &
rebus judicatis, tùm denique cum provisio-
nibus spatio centum triginta annorum de d.
Canonicatu factis, & Literis Apostolicis su-
per talibus provisionibus expeditis, in quibus
Primicerius minimè enuntiatur *dignitas* sed
178 simplex *Canonicatus Præbendatus*: Hæ nam-
que enunciativæ Summorum Pontificum si
per se spectatæ plurimi faciendæ essent, *Rota coram Carill. decis.41. num.5.*, *cor. fan. mem. Alexandro VIII. decis.224. num.3.*, & *num.10.*, & *decis.240. num.15.*, *coram Ubago decis.24. num.3.*, & *seqq.*, *coram Emerix Junior. decis.395. num.6.*, multò certè ma-
gis urgebunt in casu nostro, in quo tot aliis
concludentibus probationibus fulcitæ repe-
riuntur.

Notatum superiùs fuit, tùm Patronos usque
ab anno 1591. præsentasse ad Primiceriatum,
tamquam *ad Canonicatum Præbendatum*, *Primiceriatum nuncupatum*, & Præsentatos ac-
ceptasse sententias, & institutiones, tamquam 179
de Canonicatu Præbendato, non tamquam de
dignitate, rectè ex ejusmodi actibus usque in
hæc postrema tempora continuatis eliciendo
nedum agnitionem, sed plusquam implici-
tam confessionem exclusivam dignitatis;
Verùm illi prætereà addimus explicitas con-
fessiones emissas ab ipsis Primiceriis, atque 180
copiosè relatas à D. Causæ Patrono, quas sa-
nè confessiones plurimùm valere pro digno-
scenda qualitate Beneficiorum, probatur per
Text. in leg. Precum Cod. de liberal. caus. Amat. decis. Marchiæ 50. num.25., *Rot. coram Pamphilio decis.225. num.6.*, & *dec.438. num.3.*, & *4.*, *coram Bichio decis.378. nu.5.*, *coram Manzaned. decis.254. num.6.*, & *in recent. decis.395. vers. quia fuit responsum*, & *num. seqq. part.4. tom.1.*: eædemque fortiùs
urgent in casu nostro, quia coadjuvantur ar-
gumentis desumptis ab ipsa prima Capituli
nostri institutione, aliisque documentis, &
probationibus hactenus deductis, ad tradita
per *Rotam in recent. decis.198. nu.3. p.1.*, *decis.209. num.7. part.6.*, *decis.263. num.8. part.7.*, *decis.397. num.5. part.13.*, & *decis.302. num.5. part.18.*, atque etiam, quia
agitur de confessionibus, deliberatè emissis 181
nedum à Præsentatis, de quorum tantum-
modo temporario præjudicio agebatur, sed
à Patronis præsentantibus, quorum sanè plu- 182
rimùm intererat, quod Primiceriatus con-
servaretur in statu veræ, & propriæ dignita-
tis, si talis revera fuisset, quo sanè casu ple-
nius probant istiusmodi confessiones; quæ 183
alioquin tantopere nocerent confitenti, *Rota coram Buratt. decis.183. num.6.*, *coram Dunoz. Jun. decis.395. num.5.*, & *7.*, *in rec. decis.194. num.8.*, *decis.354. nu.18. part.19.*, & *in Mediolanen. Prioratus super qualitate agnatitia 18. Junii 1703. §. Quinto comprobatu coram Card. Scotto*, ubi concordantes, & *in Bituntina Jurispatronatus 28. Novembris 1704. §. Convincitur coram Card. Caprara*.

Non desunt enunciativæ resultantes tum
ex privilegiis Summorum Pontificum, tum
ex instrumentis antiquis, quæ, quoties sunt
plures, & à diversis personis proficiscuntur, 184
legitimam proculdubio faciunt probationem,
præsertim, quando versamur in antiquis, ut
tradit *Felin. in cap. Causam num.4. de probat.*, *Lotter. de Re Benefic. lib.1. quæst.28. n.106.*, *Rota in Rec. decis.151. num.6.*, & *decis. 196. num.2. part. 19.*, *in d. Mediolanen. Prioratus super qualitate agnatitia 18. Junii 1703. §. Deficiente* & *seqq. coram Scotto*, & passim
alibi.

Sed pergo ad visitationes, ex quibus certè
elicitur omnium validissima probatio exclu-
siva dignitatis à Primiceriatu, dum idem in
illis agnoscitur solummodo tamquam sim- 185
plex *Canonicatus præbendatus*; Actus namque
visitationis tamquam omnium maximè so-
lem-

lemnis, in quo Episcopi præcipuè inquirunt
186 statum suarum Ecclesiarum, & Beneficiorum
in eisdem existentium, ut illorum qualitatem,
& naturam assequantur, plenè proculdubio illam probant, *Rota cor. Seraphin. decis.780. num.1., coram Merlin. dec.501. n.10., cor. Cavaler. dec.266. num.5., cor. Carill. dec. 41. nu.5., & seq., in rec. dec.210. n.1. part.10. dec.181. nu.6., & seq., & dec. 204. n.10. part.18.*

Nil itaque mirum, quod, si in Ecclesia Neapolitana nulla aderat dignitas, absente, vel impedito Archiepiscopo, functiones per-
187 agebantur à quatuor Canonicis dignioribus,
prout in d. Ecclesia servatum semper fuisse, testantur Diaria Magistrorum Cæremoniarum; ex illis autem justam probationem desumi, firmatur per *Rotam post Monacell. tom.4. decis. 7. num. 53., 57., & 59., & decis. 18. num.18., & seqq.*

Nec etiam desunt testimonia classicorum Historicorum, qui asserentes, in præclarissima Ecclesia Neapolitana, neminem prærogativâ dignitatis alios antecellere, *Primicerium* referunt inter *Canonicos præbendatos*. Omitto referre dictorum Historicorum loca, quia id præstitit D. Causæ Patronus, quibus cum Sa-
188 cra Rota plurimùm semper deferre consueve-
rit, ut apud *Ubag. decis.24. num.8., & seqq., coram Dunoz. jun. decis.502. num.2., coram Ansaldo decis.55. num.6., coram Emerix. sen. decis.19. num.4., & dec.77. sub n.2. §. Secundò quia historici coram bon. me Emerix jun. decis. 295. num.9., in rec. decis. 353. num. 23., & seq. part.5., & decis.237. num.9. part.13., in Placentina Cathedralitatis 22. Junii 1703. §. Quamvis enim coram bon. mem. Molines, in Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis 27. Aprilis 1705. §. Denique, & 1. Junii 1718. §.92. cum seq. coram bon. mem. Ansaldo*; Eò certius assumptum nostrum probant in casu præsenti quia confirmantur auctoritate *Grammatici d. decis.64., Pyrr. Corrad. in prax. dispens. Apostol. lib. 9. cap. 3. num. 15., Novar. in Summ. Bullar. tom. 2. tit. de Benefic.*, qui qualitatem, naturam, & essentiam dignitatis, plenè examinantes, illamque statuentes, tum ex Juris principiis, tum ex signis, & facti circumstantiis concurrentibus in casu, de quo agebatur, argumentis luce clarioribus demonstrant, Primicerium in hoc præinsigni Capitulo, nullo unquam dignitatis honore eluxisse, ideoque tum ex his, tum ex testi-
189 monio præstantiorum Historicorum, qui pro
Capitulo afferuntur, perspicuum fit, nullo numero habeodum esse id, quod asserit Bartholomæus Chioccarellus, & modernus Author Carolus de Lellis, quia, præter palmares errores, de quibus redarguuntur à D. Causæ Patrono, iidem cum minimè tenerentur callere Juris principia, seu qualitates, & signa, ex quibus dignoscitur natura, & essentia veræ dignitatis, decipi fortè potuerunt abusivo illo, & ventoso nomine dignitatis, cujus aliàs meminimus, vel tale nomen lato sumpto vocabulo intellexerunt.

At, si decipi illi potuerunt, decepti certè minime fuerunt undecim Canonici, qui an-
no 1615. testati, ac professi fuerunt, Primi- 190
cerium in Ecclesia Neapolitana nullum primæ dignitatis gradum obtinere; quæ quidem attestatio, uti ab *Lotterio* animadversum est, tanti valuit in dicta Causa, anno 1620. agitata coram Damasceno, ut Sacra *Rota* agnoverit, nullam in Ecclesia Neapolitana Dignitatem adesse. Conformes his sunt plurimæ aliæ attestationes præclarissimorum Episcoporum, qui antequam ad Episcopalis dignitatis culmen ascenderent, Canonicatus in Ecclesia nostra obtinuerunt. At verò, si in subje-
cta materia plurimùm deferendum est Testi- 191
bus verisimiliter informatis de re, quam testantur, *Menoch. de præsumpt. lib.6. præsumpt. 35. num. 14., Rot. divers. part. 4. decis. 422. num. 2., coram Ludovis. decis. 471. num. 3., coram Dunozet. jun. decis.343. num.4., in Rec. decis.156. num.5. part.17., decis. 301. num. 3. part.18.*, quale certe censendum est testimo-
nium Capituli, & Canonicorum respectu re- 192
rum ad ipsos, eorumque Ecclesiam pertinentium, circa quas tale testimonium invincibilis probationis efficaciam habere dicitur, *Rota coram Seraph. dec. 792. nu. 3., coram Buratt. decis.910. nu.8., coram Dunoz. jun. dec. 318. num. 7., in rec. decis. 427. num. pariter 7. part.18., in Colonien. Canonicatus primæ Gratiæ 16. Decembris 1709. §. Quantum enim cor. Lancetta Decano, in Augustana Canonicatus 15. Februarii 1717. §. Prædictamque coram Crispo Archiepiscopo Ravennaten.*, præsertim, quando eorum præcisa, & signata depo-
sitio aliis fulcitur adminiculis, *Rot. cor. Ac-* 193
chill. de Graff. decis. 10. num. 3. de Præbend., coram Cavaler. decis. 266. sub num. 5. §. Testes autem, coram Carill. decis. 41. num. 17., & seq., quaota profectò fides adhibenda erit Testibus, adeò eximio charactere, & sublimi
dignitate insignitis, ut de testimonio Epi- 194
scoporum tradit *Rota coram Dunoz. jun. dec. 122. num.3., in rec. decis.391. num.6. par.17., decis.360. num. 9., & 10. part. 18., & decis. 106. num. 21., & seqq. part. 19., & in Curien. Præpositura 26. Junii 1720. §. Eòque clariùs coram Falconerio*: magis verò, quia eorum dicta magis conformia sunt cum dispositioni Juris, *Rota in rec. decis. 560. num. 1. versus finem, & in d. Augustana Canonicatus loco mox citat., in Osnabrugen. Canonicatus 10. Junii 1718. §. Tantum autem abest coram eodem Crispo*; ut enim probatum est, Primiceriatui nulla inest dignitas; Et sanè, si, quo-
ties agitur de officio rerum Ecclesiæ, admini- 195
stratione, & jurisdictione carente, si quoties deficit fundatio, idem, nonnisi ex Ecclesiæ consuetudine, & communi existimatione assequi potest nomen, & gradum dignitatis, quonam pacto ex Ecclesiæ nostræ consuetudine, & Capitularium existimatione *Primiceriatus* officium, reputari poterit *prima dignitas*, quando Archiepiscopi in solemnibus acti-

actibus relationum, & visitationum, Canonici omnes, aliique superiùs relati seriò sem-
196 per professi fuerunt, nullam in Capitulo nostro adesse dignitatem; Ex *Alexandro* enim in superiùs relato *Cons. 77. num. 5. lib. 2.*, oportuisset, ut ipse loquitur, *quod communi opinione majoris partis iste Primiceriatus sit dignitas*: An fortè, deficiente communi opinione, atque existimatione omnium Archiepiscoporum, atque Capituli, communis
197 isthæc reputatio desumi posset ex fallaci, atque erronea vulgi opinione, quæ nec etiam in casu nostro concurreret?

Neque verò tot, tantæque supereminentes, atque superlativæ probationes exclusivæ dignitatis, ulla ex parte debilitatæ videri possunt duplici illâ animadversione, quod nempè inverisimile sit, in inclyta hac Ecclesia, adeòque insigni Capitulo nullas adesse digni-
198 tates, quodque præterea, si verum id esset, adversaretur sententiæ, & rei judicatæ *Mobedani*, in qua primo Diacono tribuitur prærogativa primæ dignitatis.

Præventivè enim utraque hæc contraria animadversio sublata reperitur: Ut enim supra notatum est, nedum inverisimile non est, sed potiùs est conforme antiquis moribus, qui in Ecclesia nostra servati semper fuerunt, quod nulla in Capitulo adsit dignitas, quæ reliquos antecellat: abhorrebat enim vetus disciplina dignitates, quæ re & nomine offen-
199 sionem afferrent fratribus, qui Ecclesiæ Senatum constituentes, pares erant, & velut Consiliarii, Assessores, atque administri Episcopi, ut dictum est, exequebantur ea, quæ ab illo ipsis demandabantur, nemine inter illos præcipuam ullam prærogativam, atque præeminentiam affectante, ad *Text. in cap. novit, & cap. quantò de his, quæ fiunt à Prælatis*, plenè *Francesc. de Eccles. Cathedr. cap.*
200 *14. num. 92.*, sed tota tunc dignitas tam quoad præeminentialia, quàm etiam quoad Jurisdictionalia, residebat penès ipsum Capitulum, à quo diffundebatur in Canonicos, qui
201 propterea habitu dignitatem habere dicebantur, ut ex *Lotter. de Re Benefic. lib. 1. quæst. 14. num. 85., & 97.*, & plenè in sua Juris allegatione anno 1620. exarata in Causa *Neapolitana Cimiliarcatus*; Licèt vero, ut initio
202 prænotatum est, institui deinde cœptæ sint dignitates; nihilominùs adeò verum est, quod inverisimile minimè sit, nullam in Capitulis adesse, atque præeminere dignitatem,
203 ut potiùs eædem à Capitularium cætu discretæ noscantur, proptereàque de Jure minimè sunt de Capitulo, quoties illis canonicalis
204 Præbenda annexa non est, per *Text. in cap. Cum olim de re judicat.*, & disponitur à *Sacro Concilio Tridentino sess. 25. cap. 6. de Reform.*, plenè *Abb. in cap. dilecti 13. de majorit., & obedien. notab. 1.*, *Azor. instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 11. quæst. 18. vers. quæres*, *Sebast. Cæsar. in relect. de Eccles. Hierarch. disput. 12. §. 1. num. 18.*, *Barbosa de Canonic., & Dignit. cap. 17. nu. 14., idem de offic., & potest.*

De Re Ecclesiast.

Episcop. part. 1. tit. 1. cap. 3. num. 18., *Saravia de adjunct. quæst. 21. num. 4., & seq.*, vel quoties privilegio, Statuto, aut consuetudine
Ecclesiæ, aliove speciali Jure effectæ minimè 205
fuerunt de Capitulo, *Gemin. in cap. final. num. 5.*, ubi etiam *Franch. num. 6. de Præbend. in 6.*, *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 45. num. 56.*, *Rub. singular.*, *Rota Romana tomo 7. part. 2. circa stylum verb. Capitulum §. 1. pag. 29.*, *Barbosa loca mox citat.*, *Rota coram Seraphin. decis. 98. num. 1. apud Posth. de Mant. decis. 201. num. 4.*, Jure propterea, meritòque Ceremoniale Romanum, à san. mem. Clemente VII. editum sub initium præceden-
tis seculi supposuit, hodie dum extare Capi- 206
tula, in quibus, juxta veteres Ecclesiæ mores, atque institutionem, nulla adesset dignitas, quam sanè primævam institutionem, ac mores hactenus retentos custodire deinceps intendit nostrum Capitulum, neque id-
circò Capituli forma, atque essentia destrue- 207
retur, juxta doctrinam *Innocentii*, aliorumque tum veterum Canonistarum, tum modernorum Auctorum alibi relatorum.

Demonstravimus etiam ex probationibus, quibus hactenus statuimus, in Ecclesia Neapolitana nullam adesse primam, & veram dignitatem, nihil elici posse, quod adversetur sententiæ, & rei judicatæ *Mobedani*, in qua primo Diacono tribuitur prærogativa dignitatis potioris illâ, quam Primicerius sibi arrogabat: quippe in dicta sententia *dignitatis* nomen non in stricta, & propria significatione, sed lato sumpto vocabulo acceptum fuisse, probavimus; ostendimusque, sententiam, & rem judicatam *Mobedani* executioni demandatam fuisse; Quoniam verò contraria *Decisio §. Eòque fortiùs* ait, quod, introducto judicio coram Blanchetto super pertinentia Jurispatronatus, decisum coram eo fuit, sententiam *Mobedani* non habuisse effectum, quodque hæc Decisio in hodierna controversia supponi debeat, idcircò non pigebit paucis explicare, in quo sensu *Sacra Rota* locuta fuerit in controversia, quæ tunc agebatur super pertinentiâ dicti Jurispatronatus.

Opposuerat Promotor Fiscalis, Literas Leonis X. esse subreptitias, eò quod in illis narratum esset, Primiceriatum esse primam dignitatem, quando contrarium definitum deinde fuit per sententiam, à *Mobedano* latam anno 1544.; Istiusmodi exceptionem defensor Patronorum sublatam penitùs dicebat ex eo, quod ante dictum annum 1544. usque videlicet ad annum 1539. Primicerius habitus fuisset tamquam prima dignitas, utque talis declaratus per sententiam *Putei*, & aliam *Joannis Pauli*, cui responsioni adhærens etiam *Sac. Rota*, ait, quod autè sententiam *Mobedani* ob alias præcedentes *Putei*, & *Joannis Pauli*, satis erat, quod ista obreptionis exceptio turbida redderetur, ex quo us-
que ad annum 1539. Primiceriatus reputatus 208
reperiretur prima dignitas; nemo autem non videt, ex hoc minimè probari, quod re-

verà Primiceriatus extiterit prima dignitas;
sed quod pro tali reputatus fuerit pro exclu-
denda videlicet obreptione.

Ut etiam obesse nequit id, quod subditur
in eadem *Decisione Blanchetti*, quòd nimi-
rùm hæc exceptio redderetur magis turbida,
ex quo non constabat de effectuatione senten-
tiæ *Mohedani*; Nam fortè tunc *Sacra Rota*
dicere rectè potuit, non constare de effectua-
tione, & executione sententiæ *Mohedani*;
quià id probatum, aut deductum minimè
fuit, vel ex incuria Defensorum, vel ex igno-
209 rantia Jurium deindè repertorum, prout sæpè
accidere solere, notavit *Sacra Rota coram*
bon. mem. Benincasa decis.360. & seqq., rectè
idcircò firmans, hoc casu laudabilem stylum
210 Sac. Auditorii supponendi decisiones locum
non habere, ubi, *immutatâ facti serie, corruit*
suppositum, cum quo emanarunt decisiones, ut
in *num. 5.*, ubi alias allegat decisiones, qua-
propter, si sententia Mohedani executioni de-
mandata reperitur per aliam rem judicatam
Archiepiscopi, cujus supra meminimus, &
post dictam sententiam præsentationes ad
Primiceriatum, & provisiones illarum vi-
gore peractæ, expletæ semper fuerunt, non
cum expressione qualitatis *primæ Dignitatis*,
neque tamquam *Dignitatis*, sed cum sim-
plici expressione *Canonicatus præbendati*,
Primiceriatus nuncupati, quonam pacto am-
bigi amplius poterit de executione dictæ sen-
tentiæ; Eoque certiùs quià primus Diaconus,
tamquam dignitas, in sententia Mohedani
211 prælatus Primicerio, hac prærogativâ gavisus
fuit usque ad annum 1602., in quo, Decreto
Sac. Congregationis Rituum, confirmato
Brevi sanct. mem. Clementis VIII., consue-
tudo Ecclesiæ Neapolitanæ, cujus vigore
Canonici Diaconi præeminebant Canonicis
Presbyteris, declaratus fuit abusus, ut supe-
rius animadverti.

Omitti sanè poterat decisio *coram Bichio*
la 312. allegata in contraria decisione *§. Ita-*
que adnegatur, quia illa undequaque favet
Capitulo Principali nostro, dùm statuit,
quod dignitatis prærogativa, quam sibi arro-
gare contendebat Cimiliarca Ecclesiæ Nea-
politanæ, tribuenda fuisset primo Diacono,
qui per sententiam *Mohedani* illâ impertitus
legebatur; quem tamen dum firmat digni-
212 tatis gradu decidisse, quia ex ultimo statu,
qui duraverat quadraginta annorum spatio,
Cimiliarcatus minimè collatus reperiebatur
tamquam *prima Dignitas*, expresse Causam
nostram decidit; quo enim colore, aut quà
justâ ratione hanc primæ dignitatis præemi-
nentiam sibi asserere poterit Primicerius,
qui, ut superiùs notatum est, non solo qua-
dragenario tempore, sed ab illo, post senten-
tiam *Mohedani* elapso, usque in hodiernam
diē provisus reperitur tamquam simplex *Ca-*
nonicus Præbendatus, nuncupatus Primicerius.

Quæ cum ità sint, & tot, tantisque argu-
mentis planè demonstratum fuerit, quod,
inspectâ intrinsecâ naturâ Primiceriatus,
idem reputari certè nequeat prima dignitas 213
in Capitulo, quia hæc qualitas ipsi indita
non fuit ullo ex iis legitimis titulis, quibus
eamdem de jure acquiri posse, diximus, con-
traria decisio, illum tali prærogativâ orna-
tum censendum esse, arguit ex pluribus ex-
trinsecis circumstantiis, atque indiciis, quibus
ceteris Canonicis præeminere ait. Talia
autem argumenta, atque indicia desumit ex
retentione primi stalli in Choro, ex duplicata 214
emolumentorum perceptione, ex prioritate
denique ordinis in subscribendo, & quasi
possessione Pontificalia celebrandi absente,
vel impedito Archiepiscopo; Verùm enim
verò frustra ex his favore Primicerii statui
contenditur prærogativa primæ dignitatis,
quia signa, & argumenta elicita ex dd. acti-
bus, de jure illam tribuere minimè possunt,
atque etiam quia Primicerius revera non gau-
det prærogativis hisce, prout supponit con-
traria decisio.

Prima nostri assumpti pars probatur ex eo,
quod, si, ut dictum est, non ex qualicumque
prærogativa, quà quis inter Canonicos poti-
tur, elici potest justum argumentum, quod
veræ dignitatis gradum obtineat, sed id argui 215
solummodò potest ex signis, effectibus, &
exercitiis, quæ sint connaturalia primæ di-
gnitati: Si sola aliqualis præeminentia sinè
Jurisdictione non sufficit ad illam probandam,
Aretin. consil. 23. num.5., *Pucion. de probat.*
lib. 2. capit.27. num.23., *Barbos. de Canonic.*
& Dignitat. cap.4. num.21., *Pignatell. con-*
sultat. Canonic. tom.4. consultat.36. num.16.,
Barbos. in Jus Ecclesi. univers. lib. 1. cap.21.
num.26., & 33., *Pyrr. Corrad. in prax. dis-*
pensat. Apostol. lib. 9. capit. 3. sub num.15.,
ubi loquitur de nostro Capitulo, *Panimoll.*
in annotat.6. ad decision.1. n.19., & 26. allegat.
1. §. Ambigi: Si denique, nec etiam sufficit
exercitium alicujus ministerii spectantis ad 216
aliquam dignitatem, quotiès deficit consue-
tudo, & reputatio Ecclesiæ, quod sit digni-
tas, juxtà theoricam *Innocentii in Cap. de*
multa de præbend., quam uberiùs expli-
cans *Geminian. in cap. 1. num. 8. de consue-*
tud., docet, quod, licèt aliquis habeat præ-
rogativas in Choro, Capitulo, optionibus, 217
Processionibus, & vocibus dandis; nihilomi-
nùs, quotiès deficit Jurisdictio in illos de Capi-
tulo, aut Ecclesiæ consuetudo, quæ talem
dignitatem agnoscat, ex talibus signis, sive
prærogativis, Dignitas non constituitur *Fa-*
gnan. supra relatus in Cap. Ad hæc num.
45. de Præbend., inquiens = *Idem dicen-*
dum in casu converso, nàm, si quis exerceat
ministerium spectans ad aliquam Dignita-
tem, tamèn, si in Ecclesia non reputatur pro
Dignitate, non erit Dignitas secundùm Inno-
cent. = dicendum sanè est, quod, cum Primi-
cerius, nedùm re careat dignitate, admini-
strationè nempè rerum Ecclesiæ cum Jurisdi- 218
ctione, sed careat etiam nomine, quod de
Jure

Jure sonet in dignitatem, cumque praetereà
pro gradu primae dignitatis adipiscendo pro-
desse illi nequeat Ecclesiae consuetudo exclusa
ex iis, quae abundè superiùs attulimus, ubi ex
uniformibus Episcoporum relationibus proba-
vimus, nullam majorem esse Capituli nostri
219 dignitatem, quàm non habere in Ecclesia di-
gnitatem ullam praeter Pontificalem; quonam
pacto contraria Decisio qualitatem hanc Domi-
no Adversario carenti nomine etiam, quod sit
dignitatis, non fulcito Ecclesiae consuetudine,
nullâque praedito Jurisdictione, aut praehemi-
nentiâ, quae sit propria, ac connaturalis verae
dignitati, deferre, & attribuere potest ex acti-
bus, qui non sunt univoca signa dignitatis,
quodque magis est, reverâ privativè ab illo tam-
quam dignitate exerceri non probantur.

Perpaucis attingam singula, quae in contra-
ria Decisione afferuntur, non sanè quia ex illis
inferri posse vereamur, Primiceriatum esse Ca-
pituli nostri primam dignitatem, sed ut evite-
mus ea praejudicia, quae alioquin eidem Capi-
tulo nostro gigni possent ex eo, quod Primice-
220 rius privativè illa sibi asserat. Et sanè initium
facientes à prima sessione, & loco, quem in
Choro sibi competere contendit, licèt, quotiès
deficit communis Ecclesiae reputatio, & agitur
de officio habente nomen, quod de Jure non est
nomen Dignitatis, praerogativa istiaec ex tali
sessione, & loco statui minimè valeat, ut di-
221 ctum est *§. praecedenti*; Certiùs, quando talis
praerogativa primae sessionis, & stalli vicinioris
Archiepiscopo, sive Episcopo competere re-
periretur ratione alicujus officii, necessariò ta-
lem locum efflagitantis, quale est illud Primi-
222 cerii, ad quem tamquam Cantorem, pertinet
directio Chori, & recta Divinae Psalmodiae or-
dinatio, indè sequitur, quod ille, etiamsi ta-
tione istiusmodi muneris, & officii hunc locum
retineret, non idcircò tamen dignitatis gra-
dum assequeretur; careret namque communi
Ecclesiae reputatione, & exercitio aliorum
actuum, qui sunt connaturales primae dignitati,
*Pacian. de probat. lib. 2. cap. 27. sub numer. 48.
§. Nec refragari, Barbos. in Jus Eccles. univ.
lib. 1. cap. 28. num. 26., & plurib. seqq., Pigna-
tell. consult. Canon. tom. 4. consult. 36. num. 16.*,
& confert *Rota post Tamburin. de Jur. Abbat.
decis. 7. num. 1.*, ubi post relata plura signa di-
223 gnitatis, concludit, eam minimè adesse, quando
deficit vera, & formalis Jurisdictio, atque
superioritas.

Verùm praetereà in casu nostro quaestio omnis
cessare videtur ex facto, nam primum stallum,
quod antea occupabatur à primo Diacono, con-
cessum non fuit Primicerio, sed ex Decreto
Sacrae Congregationis *Rituum*, confirmato per
Breve San. Mem. Clementis VIII. munitum
224 Decreto irritante, definitum fuit, quod *Ca-
nonici Presbyteri in posterum non à sinistris, ut
anteà, sed à dextris Archiepiscopi &c., juxtà
cujusque receptionis, & admissionis gradum re-
spectivè sedeant*: Neque verò huic Decreto
continenti clausulam, contraria omnia irritan-

tem, ulla ex parte derogatum dici potest ex eo,
quod anno 1606. Bernardinus de Januario Pri-
micerius primum stallum occupaverit, quia
Capitulum morem gerendum esse, censuit, Car-
dinali Acquavivae Archiepiscopo, qui pro ea 225
dumtaxàt vice id indulgere optavit Primicerio,
ideoque, veluti actus urbanitatis, & honorifi-
centiae tributae personae, praejudicare nequivit
Juribus Capituli, quod non praesumitur id fe- 226
cisse animo suum Jus remittendi, *Gratian. di-
scept. forens. cap. 298. sub num. 8., vers. Cum
etiam, Pignatell. consultat. Canon. tom. 4. con-
sult. 88. num. 4., & in Gerunden. Capituli 9.
Martii 1703. §. Magisque coram bo. mem. Oman-
na Episcopo Giennen.*

Ut etiam si in sequelam occupationis primi
stalli, suadente Archiepiscopo, &, ex urbanitate,
annuente Capitulo, factae à Bernardino de Janua-
rio, deinceps Primicerius tale stallum inva- 227
sisset, atque ità primam thurificationem exce-
pisset; primus intonasset Antiphonas, aliaque
his similia peregisset, non idcircò tamen, ut
supra dictum est, dignitatis qualitatem assecutus
fuisset; praesertim verò inspectis protestationi- 228
bus opportunè emissis, quarum vigore praeser-
vata fuerunt quaecumque Capituli Jura, ad *Text.
in Leg. Si Debitor §. 1. ff. quib. mod. pign., vel
hypoth. solvat., Bartol. in Leg. penultim. num. 4.,
Cod. de deposit., Surd. decis. 246. num. 11., Rot.
coram Cels. decis. 79. num. 8., coram Benincasa
decis. 364. num. 6.*, ità quidem, ut ex eisdem
impedita remanserit quaecumque observantia, 229
sive praescriptionis species, *Monet. de Decim.
capit. 5. sub num. 11 2. versus fin. vers. Item in-
terrumpitur, Rota coram Bichio decis. 563. nu-
mer. 13., & in Colonien. Pastoratus 20. Junii
1718. §. ultimo versus finem coram R. P. D. meo
Cerro*; Certius verò haec procedunt in nostro
casu, quia Primicerius contendens privativè
exercere istiusmodi actus, licèt in primo stallo
non sederet, id obtinere non valuit à S. Con-
gregatione Rituum.

Omitto argumentum desumptum ex perce-
ptione duplicata emolumentorum, quia id ve- 230
rum non est, ut etiam non subsistit, quod Pri-
micerius reperiatur in quasi possessione cele-
braudi Functiones Pontificales, absente Archie- 231
piscopo, nàm talis quasi possessio commentitia
prorsùs est, postquam clar. memor. Cardin.
Acquaviva, excepto oraculo Sacrae Congregatio- 232
nis Rituum, determinavit, hasce Functiones,
absente, vel impedito Archiepiscopo, esse ce-
lebrandas per Turnum à septem Canonicis prae-
bendatis, Cardinalibus nuncupatis; Cumque 233
id luculenter probetur a D. Causae Patrono, ad
eum me refero.

*Sac. Rota Tribunal die Veneris 11. Decem-
bris 1722. coram bo. me. Lancetta rediit ad primo
loco decisa, ut patet ex Decis., desuper evulgata,
quae inter illius impressas est decis. 1354. vol. 6.*

Romana Collegii Nazareni.

Jus eligendi Rectorem Collegii, quod Testator ex Bonis hereditariis erigi jussit pro Adolescentibus, ad pietatem, & literas instituendis sub curâ, & regimine Religiosorum certi Ordinis, & in quo iidem Religiosi tamquam in Domo Conventuali regularem disciplinam servant, spectat ad Superiores ejusdem Ordinis, etiamsi Testator Collegium ipsum aliorum tutelæ commendaverit, iisque facultatem dederit exposcendi rationes administrationis ipsius Collegii: Jus autem recipiendi Convictores in Collegium, corrigendi Adolescentes, administrandi Bona Collegii, aliaque similia ad Rectorem pertinent: Quod si idem Religiosorum Ordo supprimatur, ac deinde ad pristinum statum restituatur, an primæva Collegii jura recuperet, hic accuratè discutitur.

DISCEPTATIO II.

1 *Plus juris nemo sibi arrogare potest, quàm quod ab homine, vel à Lege datum est*, & num. 32., & 121.

2 *Argumentum à magis probabili ad minùs probabile, sive à majori ad minus non valet, quando illo utimur ad adfirmandum.*

3 *Ex testamento nemo plus sibi vindicare potest, quàm quod Testator dederit.*

4 *Collegii cura, à Testatore alicui demandata, omnia complectitur, quæ Testator alteri non concessit.*

5 *Jus eligendi & removendi Rectorem Collegii Administratoribus ejusdem datum censetur, si ademptum non fuit.*

6 *Jus alicui ex Legis dispositione competens, faciliùs Testator reliquisse censetur, si non ademit.*

7 *In Collegio Nazareno Urbis, Religiosi Scholarum Piarum conventualiter vivunt sub disciplinâ Rectoris*, & num. 11.

8 *Et potiuntur jure Capitulari juxta proprii Ordinis regulam.*

9 *Et, adveniente tempore peragendi Comitia Provincialia, Rector unà cum aliis Religiosis eligit Vocalem, seu Discretum, suffragii jus obtinentem in electione duorum Vocalium.*

10 *Conventualis domus non ex rebus constitui dicitur, sed ex personis sub certo instituto viventibus.*

12 *Collegii Nazareni Rector, aliique Religiosi, ibidem degentes, eligi nequeunt, nisi ab iis, qui sunt de gremio Religionis*, & num. 46., & 55.

13 *Jus eligendi Prælatos spectat vel ad Collegia, cujus Prælati eligi debent, vel ad eos, quibus ex municipali Lege id jus tribuitur*, & num. 16.

14 *Jus eligendi Rectores cujusque domus Patrum Scholarum Piarum spectat ad Præpositum Generalem cum voto decisivo Adsistentium.*

15 *In electionibus municipales Leges religiosè servandæ sunt.*

17 *Abbas Monasterii per Episcopum, aut alium extraneum eligendus non est.*

18 *Electio facta cum interventu eorum, qui carent eligendi potestate, non valet.*

19 *Jus eligendi Rectorem Collegii Nazareni spectat ad Præpositum Generalem Scholarum Piarum*, & num. 24.

20 *Jus eligendi Superiores Domorum Conventualium spectat ad Religiosos, vel eorum Prælatos juxta proprii Ordinis Statuta.*

21 *Jus eligendi Superiores Domorum Conventualium adquiri nequit ex fundatione, aut dotatione*, & num. 56.

22 *Nisi id à Summo Pontifice concessum fuerit in limine fundationis.*

23 *Fundator Collegii quoad jus eligendi Rectorem se conformare voluisse præsumitur juris communis, & Legum municipalium dispositioni.*

25 *Fundator jubens*, Rectorem Collegii ex Religiosis Scholarum Piarum eligendum, *non solùm in sensu passivo, sed etiam activo personas eligendas, & eligentes designasse censetur.*

26 *Dictio* = ex = *in sensu tàm passivo, quàm activo accipi potest.*

27 *Electio passiva Rectoris suàpte naturâ magis latè patet, quàm activa.*

28 *Jus activum eligendi Fundator eidem personarum cœtui reliquisse præsumitur, quibus jus passivum reliquit.*

29 *Jus activum, ac passivum eligendi mutuò sibi respondent, & penes idem personarum genus resident, nisi aliter speciali jure cautum sit.*

30 *Res novæ fæliciter augeri non possunt, nisi potentiorum tutelâ confirmentur.*

31 *Res omnes, licet maximæ, imminutis opibus, dilabuntur.*

33 *Jus eligendi Rectorem consultò omisisse censetur, qui plura alia nominatim concessit.*

34 *Præsertim, si nominatim etiam concesserit electionem Scholarium.*

35 *Discretivus loquendi modus quoad electionem Rectoris, & quoad electionem Scholarium diversam etiam voluntatem significat.*

36 *Discretivus loquendi modus plurimùm valet, quando agitur de simili specie actuum.*

37 *Præsertim, si adsit ratio, cur Testator diverso modo disposuerit.*

38 *Quoad electionem Rectoris Religiosi, Collegio præficiendi, non congruit ratio prudentiæ, humanaque rerum experientiæ, ob quam Fundator electionem Scholarium alicui commisit.*

39 *Juvenum ad civilem usum instituendorum habilitatem meliùs, quàm Religiosi, norunt ii, qui rerum publicarum administrationi assiduè vacant.*

40 *Superioribus Generalibus Ordinis magis quàm aliis, spectata esse potest probitas, & prudentia Rectoris*, & num. 65.

41 *Executorum testamentariorum declarationi deferendum est.*

Exe-

Executores testamentarii optimè novisse præsumuntur voluntatem Testatoris.
42 Executorum testamentariorum declaratio pro Testatoris voluntate habenda est.
43 Præsertim, si Testator amplissimam declarandi facultatem iis dederit.
44 Et declaratio edita fuerit tempore proximo morti Testatoris, & à præstantissimis viris.
45 Collegium Nozarenum accensendum est Religiosis domibus Ordinis Scholarum Piarum.
47 Executorum testamentariorum declarationi, quæ juris communis dispositioni cohæreat, faciliùs credendum est.
48 Credendum tamen etiam est eorum declarationi, quæ sit præter juris dispositionem.
49 Jus eligendi Rectorem Collegii consuetudine adquiri potest.
50 Observantia fida interpres dispositionum omnium.
51 Interpretatio sequenda illa est, quam confirmavit subsecutus usus, licèt fortassè minùs cohæreat sensui, & verborum proprietati.
52 Immo, etiamsi sensus ab usu comprobatus, de jure recipiendus non esset.
53 Observantia validior est, quæ juris ratione, ac Testatoris voluntate adjuvatur.
54 Observantia declarans benignum exposcit interpretem.
57 Tacita voluntas, in iis, quæ sunt contra juris regulas, non eamdem vim habet, ac expressa.
58 Tacita hominis voluntas erui debet ex argumentis, necessariò eamdem evincentibus.
59 Ex commendatione Collegii sub alicujus tutelâ inferri nequit jus eligendi Rectorem ejusdem Collegii.
60 Præsertim, si Collegii dumtaxat Scholares commendati fuerint alicujus tutelæ.
61 A protectione Collegii inferri nequit ad ejus administrationem.
62 Jus eligendi Rectorem Collegii desumi nequit ex facultate dispungendi rationes, & inquirendi in administrationem gestam à Rectore.
63 Administratores Locorum piorum non subjectorum Regularibus tenentur rationes reddere Ordinariis.
64 Jus electionis, aut remotionis Officialium, Locorum piorum administrationem gerentium, adsciscere sibi nequit Ordinarius.
65 Superioribus, non extraneis noti esse præsumuntur mores Subditorum.
67 Religiosorum cupiditati aditus aperiretur ex jure eligendi ex iis Rectorem Collegii, alteri, quàm eorum Superioribus demandato.
68 Idque repugnat menti Fundatoris, qui voluit, Religiosos, in Collegio degentes, vivere debere juxta sui Ordinis regulas.
69 Religiosus, si eligendus esset ab aliis, quàm Ordinis Superioribus in Rectorem Collegii, non Superiorum, sed Eligentium imperio obtemperare cogeretur.
70 Religiosis Superiores proprii, non verò laxioris Instituti præesse debent.
71 Regularium excessus ita puniendi sunt, ut offensionem non adferant iis, qui sunt extra septa.
72 Religiosorum famæ non benè consultum esset, si potestas removendi Rectorem, aliosque Religiosos Collegii conferretur extraneis.
73 Regularium delicta secretò deferuntur ad aures Superioris, qui tamquam pater corrigat, non verò puniat ut judex.
74 Ordo Clericorum Scholarum piarum ab Innocentio X. redactus fuit in statum merè secularem.
75 Sed postea restitutus fuit ad statum regularem, & num. 80.
76 Jus eligendi Rectorem Collegii Nazareni, quo usi sunt Sacræ Rotæ Auditores ex voluntate Fundatoris, ad alium titulum postea referri nequit.
77 Sacræ Rotæ Auditores in enuntiando sui juris titulo errasse, credendum non est.
78 Jus eligendi Rectorem Collegii consolidari cum facultate eligendi Alumnos, congruum est.
79 Collegium, quod secundùm mentem Fundatoris exemptum esse nequit ab jurisdictione Ordinarii, congruit Viris, dignitate & authoritate præstantibus, subjici.
81 Ordo Regularium primævo statui restitutus recuperat omnia primæva jura.
82 Locus reædificatus recuperat omnia privilegia.
83 Castrum reædificatum quoad jura & privilegia censetur idem, ac primum.
84 Restitutio facta a Principe reponit omnia in pristinum statum.
85 Præsertim, quando restitutio pristinam faciem & naturam non mutat.
86 Veluti, si Ordo aliquis Regularis, non immutatâ pristinâ sui facie, restitutus fuerit ad primævum statum.
87 Restitutio faciliùs operatur reintegrationem primævi juris, manentibus adhuc reliquiis antiqui status.
88 Ut dicantur mansisse reliquiæ veteris status, satis est, ut eædem perdurent, vel in materia, vel in ratione.
89 Restitutio facta à Principe reponit omnia in pristinum statum etiam quoad jura illa, quæ alteri quæsita fuerunt.
90 Præsertim, quando constat, ipsum plenissimè restituere voluisse.
91 Restitutio, ad fruitionem omnium privilegiorum, immunitatum, facultatum, exemptionum, aliarumque gratiarum, & indultorum, amplitudine suâ comprehendit jura omnia, quæ ante privationem restituto competebant.
92 Itaut etiam censendum sit restitutum jus eligendi Rectorem in Collegio, in quo, ut antea, tamquam in domo Conventuali manent Religiosi, & n. 102.
93 In restitutionibus Principum venire solent illa, quæ ex juris dispositione competunt.
94 Restitutio data à Principe, vel adversus privationem secutam ex alia causa, quàm ex de-

delicto restituti, vel non ob ejus peculiarem gratiam & favorem, sed ex justitiâ, aut publico bone, semper reddit jura omnia, etiam in tertium translato, & n. 105.

95 *Redintegrationem Patrum Scholarum piarum od primævum statum regularitatis tamquom ex justitia, & ob publicum bonum concessit Clemens IX.*

96 *Ex derogatione Literarum Apostolicarum suppressionis Ordinis titulus suppressionis reducitur ad non titulum.*

97 *Restitutio Ordinis suppressi cum derogatione Literarum suppressionis redintegrat etiam jura, per suppressionem in alium translata*, & n.103.

98 *Restitutio delinquentis ad primævum statum, prævià cassatione præcedentis processus, & sententiæ, tribuit restituto jura omnià, etiam in præjudicium tertii.*

99 *Excipe quoad ea, quæ tertius ex novo aliquo jure, & causa superveniente adquirit.*

100 *Non verò quoad ea, quæ, delinquente è medio sublato, tamquam remoto impedimento, alteri ex Legis, vel hominis dispositione deferuntur.*

101 *Jus eligendi Rectorem Collegii regularis, ad statum secularem redacti, od Ordinarium devolvitur.*

104 *Restitutio Collegii ad statum regularem tribuit Superioribus regularibus pristinum jus eligendi Rectorem, aliis interea concessum, ut mens Testatoris, quàm meliùs posset, adimpleretur.*

106 *Restituto Collegio ad statum regularem, restituitur jus eligendi Rectorem Superioribus regularibus, etiamsi nulla hujus juris mentio fiat in restitutione.*

107 *Prælatus primævæ dignitati, absque ejus culpâ suppressæ, restitutus eam recuperat absque novâ concessione, vel possessione.*

108 *Per quoscumque actus à Superioribus Ordinis permissos præjudicium nullum universo Ordini inferri potest.*

109 *Religiosorum Ordinum jura facilè perimerentur, si ex facto Superiorum minui possent.*

110 *Observantiam nullam constituunt actus æquivoci & clandestini, vel ignorati ab eo, contra quem profertur.*

111 *Ex actibus gestis tempore, quo suppressum erat Collegium, observantio induci nequit pro tempore, quo, primævo statui regulari restitutum fuit.*

113 *Ex actibus gestis, inscio eo, cujus interest, præjudicium nullum infertur.*

114 *Deputatio Rectoris facta ad commendationem alicujus, probat, ei non competere jus deputandi.*

115 *Literæ patentes deputationis in Rectorem secretò obtentæ & retentæ ab eo, quem jam alter deputaverat, nullum jus possunt statuere.*

116 *Non sufficit unicus actus deputationis Rectoris ad præscribendum jus deputandi*, & num.118.

117 *Actus gestus ex quadam reverentia, propriis juribus nocere nequit.*

119 *Observantia interpretativa in dubiis tantùm dispositionibus locum habet.*

120 *Observantia ex paucis actibus non probatur, ubi agitur de jure deputandi Rectorem, aliosque Officiales obedientiarios, & triennales.*

122 *Collegii Fundator jus corrigendi mores Adolescentulorum in eo degentium iis concessisse censetur, quorum regimini & disciplinæ Adolescentes subjecit.*

123 *Quibus potestas data est condendi Leges, competit etiom potestas corrigendi eos, qui iisdem Legibus non parent.*

124 *Ad Superiores regulares pertinet animadvertere in excessus Religiosorum degentium in Collegio, quod subest eorumdem Regularium curæ.*

125 *Collegii Fundator declarans, Religiosos in eo degentes vivere debere juxta Ordinis regulam, eos correctioni suorum Superiorum subesse voluit.*

126 *Administratio redituum Collegii præsumitur concessa Rectori, cui cura data est exigendi eosdem reditus, & in familiarem codicem referendi.*

127 *Item ei, cujus arbitrio relictum est pretium Bonorum implicandi in censibus, aut Bonis stabilibus.*

128 *Etiam si ejus arbitria relictum id fuerit cum scientio & consensu alterius.*

129 *Consensus alterius non raró adhibendus est pro solemnitate actus, etiamsi actus non pertineat ad illum, cujus consensus requiritur.*

130 *Consensus alicujus ad pecuniæ investimentum adhibendus, non probat, administrationem ad eum pertinere.*

131 *Administratio Bonorum Collegii ad ejus Rectorem pertinet.*

132 *Administratio domus Conventualis ad ejus Superiorem pertinet.*

133 *Beneficii Rector est legitimus ejus administrator.*

134 *Administratio ad eum pertinet, cui incumbit onus reddendi rationes.*

135 *Administratio Collegii non pertinet ad eum, cui ratio reddenda est de administratione.*

136 *Administratio ad eum spectare censetur, cui Executores testamentarii illam dimiserunt.*

137 *Administratio Collegii, ad quem pertineat, plurimùm declarat subsecuta observantia.*

138 *Plenaria restitutio Collegii ad statum regularem restituit etiam pristinam restitutionem.*

139 *Verbum* = relinquimus = *significat quemcumque disponendi modum.*

140 *Nec solùm refertur ad conservandum jus pristinum, sed etiam ad adquirendum jus novum.*

141 *Verbum* = relinquo = *in ultimis voluntatibus institutionem, vel Legatum significat.*

142 Ex-

142 *Extra ultimas verò voluntates significat donationem , aliumque similem actum inter vivos .*

143 *Institutio , Legatum, aut donatio novum jus tribuit , non autem vetus conservat .*

144 *Alumni Collegii Nazareni Urbis eligendi sunt ab Sacræ Rotæ Auditoribus , prævia examine , & relatione Patrum Scholarum piarum .*

145 *Jus invitandi , ac recipiendi Viros Magnates in Academiis , & functionibus Collegii , pertinet ad eos , quos Testator præfecit ipsius regimini .*

146 *Ad Rectorem Collegii , qui indicit Academias, & publicas functiones, à Collegialibus peragendas , spectat Magnates invitare & excipere ad eas convenientes .*

147 *Rectori Collegii competit præeminentia in iis , quæ ad Collegium pertinent .*

148 *Onus reddendi rationes de administratione fructuum suæ hereditatis in Collegium collectæ non extenditur ad menstruas præstationes , quas Convictores persolvunt* , & num. 160.

149 *Facultas ad unum casum restricta , nonnisi eo in casu exerceri potest .*

150 *Facultas vendendi non trahitur ad facultatem permutandi, vel obligandi .*

151 *Adnotatio facta per errorem non nocet .*

152 *Error, & negligentia Rectorum Collegio non nocet .*

153 *In re habente tractum successivum , jus alicujus ex facto proprio non læditur, nisi quoad præteritum tempus .*

154 *Privilegio immunitatis non cadit , qui vectigalia solvit etiam per plures annos .*

155 *Accessorium , quod potest per se subsistere , non sequitur naturam principalis .*

156 *Beneficia æquè principaliter unita retinent proprium nomen , propriaque jura .*

157 *Unio æquè principalis res unitas unum & idem non efficit .*

158 *Aggregatio Convictorum in Collegio potest esse discreta à cœtu Alumnorum .*

159 *Collegii Alumni , & Convictores quomodo inter se differant ?*

161 *De toto , ac de parte , quoties inter utrumque diversa intercedit ratio , diversum fertur judicium .*

162 *Convictorum electio & admissio pertinet ad Rectorem Collegii , licèt ad alium pertineat electio & admissio Alumnorum .*

163 *Jus nominandi puellas in Monasterio educandas non pertinet ad Fundatorem , qui sibi reservavit jus nominandi Moniales .*

164 *Præsertim , si ita declaraverit subsecuta observantia .*

165 *Timendum non est , ne ex receptione Convictorum in Collegio quidquam detrimenti capiant Alumni .*

166 *Præsertim , si hactenus iis nihil detrimenti obvenerit .*

167 *Præsumendum est, eos , quorum fidei Testator commisit receptionem Alumnorum in Collegio, eâdem fide usuros esse in recipiendis Convictoribus .*

168 *Convictores nobiles bonis moribus , ac civilis vitæ officiis prælucere censentur .*

ETsi in præsenti , quæ suboritur , disceptatione inter RR. PP. Clericos Regulares Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum Principales nostros, ac Sacræ Rotæ Auditorium , si qua in nobis dicendi , scribendique exercitatio , si quis civilis facultatis est usus , iis potiùs præstandus videretur sapientissimis viris , penès quos sanctimonia , & reverentia Legum , tamquam in sacra Justitiæ sede, custoditur , atque etiam quia , si quid in ejusdem civilis disciplinæ ratione profecimus , & ad forensem usum attulimus , ex eo cœtu, veluti perenni fonte , deduximus , quo sanioris Juris prudentiæ responsa, ac Judicia promanant, unde , ut loquamur cum *Cicerone* prò *Archia Poeta*, nostram quamcumque operam à nobis repetere Jure suo deberet : tamen ad nostrorum Principalium Jura tuenda descendere inverecundum esse minimè duximus : Nàm, si Supremi Principis imperio, nec jussis, illorum patrocinium detrectare integrum nobis esset ; exemplo statim amplissimi , atque integerrimi Ordinis , qui favorem, & gratiam procul semper habens , præcelsâ mentis , animique altitudine, ac constantiâ potentibus , & pusillis æqualiter Jus dicit , admoneremur , ex instituto muneris nostri, quod publicum est , sinè cunctatione , & impavidè opem præbendam esse iis, qui illam implorant . Demandatam itaque nobis dictorum Patrum defensionem suscipientes , plura examinanda offerimus , quibus , veluti statuendo Jurisdictionis fines , sapienti Eminentissimorum Patrum Judicio , & oraculo , tùm Reverendissimis DD. Sacræ Rotæ Auditoribus , tùm etiam Patribus Scholarum Piarum Jus suum tribuatur . Utque cuncta faciliori ratione definiri queant , tota Causa in plura Dubia dividetur . Et primo quidem loco illud disceptandum proponetur , nempè

Ad Quem

Spectet electio , & respectivè remotio Rectoris , aliorumque Ministrorum Collegii Nazareni .

Cum in Dubii hujùs disputatione quæri primo loco possit , cuinam vel ex Lege , in ipsa Collegii institutione sancita à clar. mem. Card. Tonto , illius Fundatore , vel ex Juris censura spectare debeat facultas eligendi , & removendi Rectorem , ceterosque Collegii Ministros ? Et rursùs , probato , quod tàm ex voluntate Fundatoris , quàm ex mente Legis , istiusmodi Jus pertineat ad RR. PP. Scholarum Piarum , eorumque Patrem Præpositum Generalem , & Assistentes Generales , inquirendum se se secundo loco offerat , an ex aliquo peculiari titulo , deindè supervento , illud translatum dici queat in Reverendissimos DD. Sacri Auditorii Patres ?

quum

quum scilicèt, mutato rerum statù, Regularis Ordo dictorum Patrum ab Innocentio X. redactus fuit in cœtum Clericorum secularium, relicto regimine, & gubernio Collegii Nazareni omnimodæ dispositioni Reverendissimorum Patrum; idcircò, ut expeditiori methodo quæstio hæc decidi valeat, illius examen in duas, quas mox innuimus, dividemus partes; Quarum primâ probabimus, quod

Tùm ex voluntate Fundatoris, tùm etiam ex Sacrorum Canonum dispositione, Jus eligendi, & removendi Rectorem, ceterosque Collegii Nazareni Patres, pertinet ad P. Præpositum Generalem, ejusque Assistentes Generales.

Rem itaque ab illa ordiendo, pro recta ejusdem decisione, ea præcipuè spectanda, retinendaque videtur Juris nostris regula, quâ edocemur, quod, quum agitur de eo, quod nobis competit, quatenùs ab homine, vel à Lege
1 datur, nemo potest sibi arrogare plus eo, quod ipsi datum est, ut, hanc regulam pluribus exornando, docuit *Cujac. in tit.16. de divers. regul. Jur. fol. mihi 721. litt. A. & seq. tom.4. oper. Posthum. part.2., & in appendic. ad lib.4. Cod. fol.767. litt. A., & seqq., & fol. seq.*, concordantibus Juris nostri locis probans, in his regu-
2 lariter nec etiam valere argumentum à magis probabili ad minùs probabile, quod nostri vocant: à majori ad minùs, quando illo utimur ad affirmandum; Quamobrem, cum Jus omne, Reverendissimis DD. Sacri Auditorii Patribus competens in præfato Collegio, veluti sua ex origine, proveniat ex testamento clar. mem.
3 Card. Tonti, id dumtaxat Juris vindicare sibi poterunt, quod Testator ipsis dederit, ad *Text. in Leg. in Fideicommissi 3. §. Nonnunquam versic. Cum Pollidius ff. de usur., Leg. Quoties 13. Cod. de hered. institut., Gloss. in Leg. Cum quis 3. §. Mulier verb. cogetur ff. de Dot. prælegat., Arnold. Vinn. in Instit. titul. de hered. instit. §. Etsi plures 8. ad fin. tit. quib. mod. Testam. infirm., & in §. Si quis 9. in princ. Instit. de fideicomm. hered., Rot. ad ornat. clar. mem. Cardin. de Luca de Testam. decis. 58. num. 37.*; cetera autem, quæ eisdem concessa non reperiuntur, relicta dicenda erunt Patribus nostris
4 Principalibus, quibus ipse, de eorum Instituti sanctitate planè confidens, commisit curam Adolescentulorum, Religione, & bonis artibus instituendorum in Collegio, in quod hereditatem suam contulit, & heredem universalem nuncupavit, per *Text. in dicta Leg. Cum quis in fin. ff. de Dat. prælegat., Bald. in dicta Leg. Fideicommissi 3. num.2. ff. de usur., Tondut. resol. civil. cap.77. num.15. & seqq., Rota coram bon. mem. Emerix Jun. decis. 889. num. 3., & ad ornat. clar. mem. Cardin. de Luca de Testamen. dicta decis. 58. num. 39.*; hac igitur retentâ regulâ, si Reverendissimis Dominis Patribus istiusmodi
5 Jus attribui nequit, nisi quatenùs ab alio eis datum reperiatur, sique eisdem datum non apparet, remansisse fatendum est penès Patrem Præpositum Generalem, & Patres Scholarum Piarum Principales nostros, quibus omne id, quod eis ademptum non fuit, relictum de Jure censetur, ad *Text. in Leg. Fundi Instrumento 25. §. final. ff. de fund. instruct., Rosa consult. 36. num.37., Gobb. consultat. 55. num.18. & sequen., clar. mem. Cardin. de Luca de Legat. discurs. 52. num. 16., Rota Lucana inter collect. à Palm. Nepot. decis. 60. num. 23. & seqq., latè Rota Januen. apud Balducc. in collect. decis., & rer. Judicat. tit. de legat. decis. 58. num. 48.*

Quod argumentandi genus plurimum valens, etiamsi versaremur in re prorsus indifferente, quia nempè ageretur de Jure, quod nemini, tamquam suum, à Lege attributum, vel ex aliqua peculiari causa cuipiam competens, æquè, congruâ, ac justâ ratione, sivè Reverendissimis DD. Sacri Auditorii Patribus, sivè P. Generali, & Patribus Scholarum Piarum à Fun- 6
datore impartiri potuisset, magis sanè urgebit in nostra hypothesi, in qua Lex ipsa tale Jus, tamquam ipsis præcipuum, defert RR. PP. Principalibus nostris, illudque eisdem non ademit, sed incolume reliquit Collegii Fundator: Et demùm eorum favore constabilivit subsecuta observantia.

Porrò, si spectemus Juris dispositionem, in dubium revocari nullo pacto poterit, quin electio Rectoris, qui Collegii regimini præesse, & Patrum, qui Adolescentulorum institutioni, atque educationi incumbere in illo debent, facienda sit à P. Generali; In dicto namque Col-
legio sub disciplinâ Regulari P. Rectoris con- 7
ventualiter vivunt Religiosi, qui ad præsens sunt numero quatuordecim, iidemque in eo, ut in ceteris Domibus Conventualibus dicti Ordinis, juxtà sui Regularis Instituti Leges, po- 8
tiuntur jure Capitulari; quippè, adveniente tempore peragendi Comitia Provincialia, Rector, unà cum aliis Religiosis, in Collegio degenti- 9
bus, eligunt Vocalem, seu Discretum, insimul cum ipso Rectore suffragii jus obtinentem in electione duorum Vocalium, seu Discretorum cum P. Provinciali ascendentium ad Capitulum Generale pro celebranda electione P. Generalis, & Generalium Assistentium; Quamobrem, si Conventualis Domus non ex rebus, sed consti- 10
tui dicitur ex personis, sub certò Instituto, ac Lege viventibus, ut post *Cald. consil. 6. versic. Non obstat titul. nè sede vacante* ait *Rota in una Augustana Canonicatus Provinciæ Moguntinæ 12. Junii 1711. sub initium coram R.P.D. Falconerio*, sanè, cum Patres in hoc Collegio juxtà sui Ordinis Regulas, ac disciplinam conven-
tualiter degentes constituere proculdubio di- 11
cantur cœtum, ac Religiosam Domum, *Gloss. in Cap. Nobis 25. in verb. in conventuali de Jurepatronat., Rota in Recentior. decis. 234. num.10. part.16., in dicta Augustana Canonicatus Provinciæ Moguntinæ 26. Januarii 1711. §. Communes coram R. P.D. Falconerio, confirmata 12. Junii ejusdem anni §. primo coram eodem*, indè sequitur, quod Rector, qui tamquam caput eidem

eidem domui præfici debet, ceterique Pa-
12 tres, qui tùm ex sui Ordinis, tùm ex Collegii
Instituto injuncta ipsis munera exercere tenen-
tur, eligi nequeant ab alio, qui non sit de
gremio Religionis; Jus namque canonicè eli-
gendi Prælatos, & locales Superiores spectare
13 dicitur, vel ad Collegium, sivè cœtum ipsum,
cujus Prælatus est eligendus, *Canon. Sacrorum
34. distinct.63., Canon. Abbas 2. cum duobus seq.
caus.18. quæst.2. cap.1., Cap. cum in veteri 52.,
& Cap. cum in Genesi 55. de elect., Cap. cum Ec-
clesia Sutrina 3.de caus. possession., & proprietat.,
& Cap. Monachi 2. §. Priores de Stat. Mona-
chorum, Butr. in Cap. cum dilectus in 2. lectur.
num.23., de consuetudin., Moron. respons.72. n.4.,
Barbos. de Jur.Eccles.univers.lib.1.cap.10.n.44.,
Tamburin. de Jur. Abb.tom.1. disputat.5. quæst.
8. num. 1., Passerin. de elect. cap. 10. quæst. 1.
num.3., Samuel. de Canon. elect. tractat. primo
controv.14. num.2., D. Advocat. Piton. in suis
disceptat. Eccles. discept.25. num.5., Rota coram
Pen. decis.436. num.2. & 3.,* vel ad eos, quibus
vigore Legum municipalium, sivè Ordinis sui
Statutorum tale Jus impartitum reperitur, ut
benè advertunt *Soarez de Religion. tom.4. tra-
ctat.8. lib.2. cap.34. num.16. in fine, & cap.22.
num.2., Samuel. de Canon. elect. tractat.1. con-
trov.14. conclus.2. num.12. conclus.4. num.13.,
& conclus.6. num.18., à Bononia de form. canon.
elect. part.1. cap.1. dub.7. num.2., & de elect.,
& potest. definit. part.3. cap.4. dub.108. num.2.
& 3., dub.114. num.5., & dub.120. num.4. 5. &
7., Castellin. de elect. canon. cap.11. num. 41.;*
Proùt in nostra hypothesi ex Constitutionibus
14 Ordinis PP. Scholarum Piarum, quæ in forma
specificâ confirmatæ reperiuntur à San. Mem.
Paulo V., Gregorio XV., Alexandro VII., &
Clemente IX., electio Rectorum præficiendo-
rum domibus, & Collegiis ejusdem Ordinis
expressè commissa dignoscitur P.Præposito Ge-
15 nerali cum Voto decisivo Assistentium, quas
sanè municipales Leges religiosè servandas esse,
omissis generalibus, ad rem nostram notant
*Samuel. de Canonic. elect. tractat. 1. conclus. 9.
controv.8. num.24., Castellin. eodem tractat. cap.
5. num. 38., Lezzan. oper. moral. tom. 1. cap. 4.
num.13. & 15., Bonet. in Viridar Stat.Regular.
dub.6. per totum, Mirand. in Manual. tom. 1.
quæst. 26. artic. 10. per totum, Donat. in prax.
Regular. tom.2. tractat.3. de temp. elect. quæst.1.
num.8., Barbos. Vot. decis.106. num.9., Pignat-
tell. consultat. Canon. tom.10. consult.82. num.1.
& 2., R. P. D. Petra ad Constitut. Apostol. t.1.
fol.546. num.45. & seq., Rota in Recen. decis.
19. num.2. par.7.*

At verò, si electio Superiorum domorum
conventualium adeò pertinere dicitur ad eos,
16 quibus ex censura sacrorum Canonum, vel Le-
ge municipali Ordinis Jus eligendi defertur, ut,
rejectis prorsus extraneis, ex *Canon. Abbas 2.
caus.18. quæst.2.,* verbis illis = *Abbas in Mona-
17 sterio non per Episcopum, aut per aliquem extra-
neum ordinetur* =, ubi Glossa verbum illud *ordi-
netur* explicat, *idest eligatur, cap. Nullus in
Ecclesia de elect. & elect. potest., Castellin. de ca-
nonic. elect. cap.5. de legit. elector. & eor. quali-
tat. num. 5. 47. & 52.,* & passim apud alios,
electio facta cum interventu eorum, qui non 18
sunt de gremio habentium potestatem eligendi,
nulla, & irrita sit, *ad Text. in cap. Si Religiosus
27. de elect. cap. final. de relig. Domib., cap. Cum
singula de Præbend. in 6., Gloss. in cap. Consti-
tutis 47. in verb. quo Jure,* ibique etiam *Abb.
num.1., & Anan. in princ. de elect., Butr. in
cap. Cum dilectus in secunda lectur. num.38.,* ibi-
demque *Fagnan. num.3. de consuetud., Castel-
lin. de elect. canon. cap. 5. num. 3. & 37.,* Rmi
DD. Sacri Auditorii Patres colore nullo ven- 19
dicare sibi poterunt Jus eligendi Rectorem
Collegii, de quo agitur, sed illud privativè per-
tinebit ad P. Generalem, cujus est prò sua pru-
dentia, ac religione eligere Superiores locales,
quos præficiat regimini domorum, & Colle-
giorum, sub ejus potestate, & disciplinâ regulari
viventium.

Idemque, ut libero istiusmodi sui Juris exer-
citio frui queat, nullo eget adminiculo volun-
tatis Fundatoris Collegii, quippe illud non
pendet à potestate hominis, sed, veluti ex suo
fonte, procedit à Pontificio Jure, ut passim tra-
dunt Doctores *in cap. Nobis de Jurepatr., Tam-
burrin. de Jure Abbat. tom. 1. cap. 4. num.34.,
Lotter. de re benefic. lib.1. quæst.26. num.39., &
lib.2. quæst.6. ex num.54. ad 64., R. P.D. Petra
ad Constit. Apostol. tom.1. fol.546. num. 43. &
tom.3. fol.62. n. 14.,* quod œconomicâ dispen-
satione, constitutâ ex Sacrorum Canonum cen- 20
sura, ità distribuitur, ut respectu domorum
conventualium, statim ac illæ fundatæ, & ere-
ctæ sunt, jus activæ electionis Superioris earum-
dem adeò spectat ad illarum Religiosos, vel
Prælatos Regulares, quibus ex Statutis Ordinis
electio competit, ut Jus omne Fundatoris ex- 21
clusum censeatur, in hisce namque domibus
locum sibi vindicare nequit regula, quod ex
fundatione, aut dotatione Fundatoris quæra-
tur Juspatronatus, sivè Jus eligendi, aut no-
minandi, *ad Text. in cap. Nobis,* ubi magistra-
lis *Gloss. verb. nisi aliter de Jurepatr., Lam-
bertin. de Jurepatr. lib.2. part.1. quæst.5. n.11.,
Piton. discept. Eccles.4. num.73., R.P.D. Petra
ad Constit. Apostol. tom.1. fol.545. num.43., &
tom.3. fol.61. num. 6. & 7., Rota coram Mohe-
dan. decis.10. num.5., de Jurepatr. apud Gurz.
de Benefic. part.5. cap.9. num 98., benè coram
Pen. decis.436. num.1. & seqq., decis. 53. n.1.
part.1., decis.421. n.2. part.2.,* nisi aliter fuerit in
limine fundationis à Summo Pontifice conces- 22
sum, *Lotter. de re benefic. lib.2. quæst.6. n.58.,
Vivian. de Jurepatr. part.1. lib.3. cap.1. num.
44., Tamburin. de Jur. Abbat. tom.1. disput. 7.
quæst. 5. num.2., D. Advocat. Piton. discept. 4.
num.73., R. P. D. Petra ad Constitut. Apostol.
fol.62. ex nu.14. ad seqq. tom.1., Rot. decis.268.
num.7. part.1. divers., in rec. decis.53. num.1.
part.1., coram bon.me. Emerix. Jun. decis.1271.
num. 8., & in Placentina Jurispatronatus 10.
Martii 1704. §. Præter quam coram Rmo Molines.*

Verum enim verò, quoties spectanda etiam
esset Fundatoris voluntas, & Patres Scholarum
Piarum hoc egerent adminiculo, illa prorsus
eisdem faveret, non autem Reverendissimis
23 Patribus, si namque Patres Principales satis
quidem juvari viderentur tacito illius judicio
desumpto ex eo, quod dispositionem suam con-
formare voluisse præsumatur dispositioni tùm
Juris communis, tùm etiam Legum municipa-
lium Ordinis, per ea, quæ tradunt *Lotter. de
re benefic. lib.2. cap.47. num.36., Vivian. de
Jurepatr. part.2. lib.6. cap.6. num.33., R.P.D.
Petra ad Constit. Apostolic. tom.3. fol.62. n.16.,
Rota in Buxen. Beneficii 20. Januarii 1713. §.
Semperque in fin. coram Eminentissimo D. Card.
Scotto*, quarum utraque Jus electionis privati-
24 vè impartitur P. Generali, potiori certè Jure
illos communiri, dicendum erit, clarâ eisdem as-
sistente Fundatoris voluntate. Ille enim in suo
testamento nedum voluit, Collegium Schola-
rium, nuncupandum *Nazarenum*, erigi in suo
Palatio, idemque *permanere debere sub curâ,
& regimine RR. PP. Religiosorum Scholarum
Piarum Urbis* moderandum Regulis, & Con-
stitutionibus ab Executoribus testamentariis,
unâ tamen cum dd. RR PP. condendis: Verum
deveniendo ad administrationem redituum
Collegii, illam exerceri mandavit *per Rectorem
pro tempore ejusdem Collegii, ex prædictis RR.
PP. Religiosis Scholarum Piarum eligendum,
25 & deputandum* = Porrò hic Fundator non solum
in sensu passivo indigitavit cœtum persona-
rum, ex quo Rector eligendus esset, at etiam
in sensu activo designasse, sive supposuisse visus
26 est personas eligentium; in utroque enim sensu
rectè accipi dictionem illam = *ex* =, tradit *Barbos.
de diction. usufreq. dict.5. num.13. & num.19.*;
itaque interpretatio eò certius accipienda est in
casu nostro; nam, si electio passiva Rectoris,
27 suâpte naturâ magis latè patens, quam electio
activa, ad notata *per Imol. in cap. Cum dilectus
num 1., & Butr. num.8. & 26., in prim. lectur.,
& num.25. & 45., in secunda lectur. de consue-
tud.*, idemque *Butr. in cap. Cum inter il terzo
num.11. de elect., Faguan. in dicto cap. Cum dile-
ctus num.13., Rota in rec. decis.65. nu.7. part.1.,
in Colonien. Decanatus 3. Julii 1711. §. Mini-
mè obsistente coram R. P. D. Falconerio, & in
Comen. Archipresbyteratus 17. Junii 1715. §.
Jam verò, & §. seq. coram eodem*, ex volun-
28 tate expressa Fundatoris fieri debet ex cœtu
Religiosorum Scholarum Piarum, ad eosdem
pariter pertinebit Jus activum electionis, cum
utrumque Jus mutuâ quadam relatione sibi in-
vicem respondeat, & penes idem personarum
29 genus resideat, quoties ex præscriptione, vel
ex peculiari concessione, aut privilegio aliter
constitutum esse minimè reperitur, per *Text. in
Canon. quum sit §. Defuncto caus. 18. quæst. 2.,
Butr. in cap. cum dilectus num.7. in prima lectur.,
& num.38. & 45., in secunda lectur.*, ibique *Fa-
guan num. 14. de consuet.*, benè *Rota decis. 65.
num.3. & 5. part.1. rec., in Colonien. Decana-
tus 3. Julii 1711. §. Minime coram R.P.D. Fal-
conerio*.

Clariùs id elucescet, si perpendamus ceteras
dispositionis partes, ex quibus viceversâ perspi-
cuum fiet, quid Reverendissimis DD. Patribus,
quoad regimen Collegii, concessum fuerit;
prudens namque Testator novum hoc opus bo-
nis auspiciis condere cupiens, sciensque, res
novas incrementis feliciter augeri non posse, nisi
potentiorum tutelâ, ac præsidio confirmentur, 30
rogavit Reverendissimos DD. Sacri Auditorii
Patres, ut illud *sub eorum singularem protectio-
nem recipere, & conservare dignarentur*; Quo-
niam verò fructus omnis, ex hoc opere capien-
dus, præcipuè pendebat ab electione Adolescen-
tulorum, qui in Collegio Religione imbui, &
liberalibus disciplinis excoli debebant, uti de-
claravit verbis illis = *& quia electio hujusmodi
Scholorium summæ sibi videtur consequentiæ, &
importantiæ, uti principale hujusmodi piæ operæ
fundamentum* = idcirco animo secum reputans,
summâ animadversione rem hanc pertractan-
dam esse, illam commisit Reverendissimis Pa-
tribus, subdens rationem, ob quam eosdem
ad hujusmodi electionem peragendam destina-
bat = *ideò ipse Illustrissimus D. Cardinalis, con-
fisus in Reverendissimorum DD. Patrum Sacræ
Rotæ Urbis nunc, & pro tempore Auditorum
sapientia, & integritate, humanarumque rerum
experientia, illis hujusmodi electionem destinavit,
atque concessit* = Immò verò quanto majori cum
solemnitate, & plurium consilio celebrata,
oculisque eadem spectata fuisset, cum tanto
minùs locum ullum relinquendum nosceret
gratiæ, ac favori, quem penitus ab ea procul
esse voluit, solemnem præscripsit modum,
quo, prævià, tam diligenti investigatione qua-
litatum, & morum, tùm etiam experimento
habilitatis eligendorum, faciendo à Patribus
Scholarum Piarum, præficienda erat; ait enim =
*Et in hujusmodi electionibus ita procedi voluit,
ut omnes prædicti RR. DD. Auditores insimul
juncti tàm hac primâ vice, quàm deinceps &c.
illum in Scholarem dicti Collegii eligant, & præ-
sentent, quem pauperiorem, melioremque, &
egregioris indolis, ingenii, & morum, ac aliis
qualitatibus, & conditionibus, juxta præscriptam,
ut supra, firmandam Constitutionem, prædictorum
tamen RR. PP. Religiosorum Piarum Schola-
rum, à quibus primo loco examinari debeant,
relatione dotatum invenerint, & cum majori
parte votorum agnoverint, & declaraverint,
literasque patentes hujusmodi electionum, & præ-
sentationum per eosdem Reverendissimos DD. Au-
ditores pro tempore confici, & saltèm ab eorum
majori parte subscribi, Rectorique pro tempore
ejusdem Collegii, qui illum incontinenti recipere
ibidem teneantur, dirigi, & in eisdem actis
mei &c. exhiberi, & registrari, mandavit* =.

Denique non ignorans, res omnes, licèt ma-
ximas, imminutis opibus, dilabi, ut Colle- 31
gium à se institutum, nedùm perpetuò conser-
vari posset, sed novis in dies augesceret incre-
mentis, præcipuam curam, studiumque in id
etiam contulit; quamobrem, ut id assequeretur,
quod ardentissimis exoptaverat votis, ex ratio-
ne

ne illâ, quâ plurimùm confidere declaraverat in sapientia, & integritate, humanarumque rerum experientiâ, effulgente in Reverendissimis Patribus, præcepit etiam, ut singulis annis à Rectore Collegii coram illis ratio redderetur accepti, & expensi, quodque iidem omnibus contractibus, permutationibus, atque investimentis, ex Collegii pecuniis faciendis, auctoritatem suam impartirentur, feliciter omnia cessura sperans, si eorum consilio gererentur.

Hæc est summa eorum, quæ ex Fundatoris Judicio, & sententia Reverendissimis DD. Sacri Auditorii Patribus permissa leguntur; Tantum verò ab est, quod ex eisdem resultet justa ulla conjectura, quâ illis tributa dici queat facultas, & Jus eligendi, ac removendi Rectorem, ceterosque Patres, Collegii regimini, & Scholarium educationi præficiendos, ut potius ex eisdem gravissima consurgant argumenta, quibus apertum redditur, Testatorem, nulla ex parte immutatâ Juris communis dispositione, talem potestatem præservasse Patribus Scholarum Piarum: Enim verò, si, ut dictum fuit *§. Rem*
32 *itaque*, quando agitur de eo, quod nobis competit, quatenus ab alio datur, nemo sibi arrogare potest plus, quàm datum sibi fuerit, id certè locum sibi vindicabit in casu nostro, in quo Testator non indiligenter, & inconsultò, non sub involucro dubiorum verborum, sed perspicuâ oratione, nullam ambiguitatem habente, nominatim declaravit, & expressit cuncta ea, quæ Reverendissimis Patribus concedere volebat, quibus profectò, quatenus id sibi licuisset,
33 si in electione quoque, atque amotione Rectoris, & Patrum Collegii Jus aliquod elargiri voluisset, id dicere scivisset, quemadmodum disertis verbis, longâque oratione explicavit cetera omnia, quæ eisdem pro feliciori Collegii regimine concedenda esse, reputavit: *Cur non enim* (ut loquitur *Anton. Faber. de errorib. pragmatic. decad. 28. error. 8. num. 7. in fin.*) *cur non enim sic loqui Testator potuisset, si id voluisset?, Bursat. cons. 131. num. 49., Spad. cons. 52. num. 4. & seq. lib. 1., Rota coram Coccino decis. 1125. num. 9., coram Priol. decis. 318. num. 10., & in rec. decis. 80. num. 16. par. 19., in Mantiss. ad clar. mem. Card. de Luc. de Jurepatr. dec. 45. num. 6., & in Ferentina Legati pii 26. Junii 1713. §. Hinc extraneum in fin. coram R. P. D. Falconerio.*

Quæ ratio magis urget, si animadvertatur, quod Testator, agens de non absimili materia, electionis videlicet Scholarium, ità illam commisit prudentiæ, & integritati Reverendissi-
34 morum Patrum, ut tamen non excluserit Patres Scholarum Piarum, quos diligenti examinè explorare voluit Adolescentulorum eligendorum mores, indolem, & habilitatem, deque his referre ad Reverendissimos Patres, ut delectum facerent de eis, quos *egregioris indolis, ingenii, & morum, ac aliis qualitatibus, & conditionibus* præditos reperiissent. Pari itaque ratione, quum egit de Rectore præponendo regimini Collegii, si voluisset, illius electionem, aut remotionem pendere à judicio, & arbitrio Reverendissimorum Patrum, loquutus minimè fuisset verbis illis = *per Rectorem pro tempore ejusdem Collegii ex prædictis RR. PP. Religiosis Scholarum Piarum eligendum, & deputandum* =; relinquentibus actum electionis sub dispositione Juris communis, eam privativè concedentis Patribus Scholarum Piarum, sed, quemadmodum disposuit in electione Scholarium, illam etiam Rectoris vel commisisset plenæ potestati, & arbitrio Reverendissimorum Patrum, vel eandem cum eorum interventu celebrari, præcepis- 35
set. Quamobrem, cum in interpretandis humanis dispositionibus, ex diverso disponendi modo, quo Testator usus est in una testamenti parte, justa capiatur interpretatio ejus, quod ab illo in alia parte ordinatum invenitur, *Peregr. consil. 159. nu. 13. lib. 5., Honded. cons. 90. num. 39. lib. 1., Mantic. de conject. lib. 3. tit. 13. num. 10., Mans. consult. 582. num. 27., & consult. 710. nu. 15., Rota coram Dunoz. Jun. decis. 827. num. 5., in Mantis. ad clar. mem. Cardin. de Luc. de Jurepatr. decis. 41. num. 11., in Baren. Beneficii 20. Januarii 1713. §. Non relevante coram Eminentissimo Scotto*; plurimùm ea certè valebit in casu nostro, in quo diversimoda ista dis- 36
positio versatur in simili specie actuum, per ea, quæ tradit *Rota in Ravennaten. Beneficii 20. Martii 1712. §. Quin relevet coram clar. mem. Card. Caprara, in Majoricen. Beneficii 11. Maii 1705. §. final. coram bon. mem. Muto, & in Frisingen. Decanatus 12. Junii 1711. §. Præsertim coram Rmo Molines.*

Eademque eò certiùs sequenda, accipiendaque erit, quia coadjuvatur validissimâ ratione, quâ Testator ad ità diversimodè disponendum 37
se motum fuisse, declaravit; Reverendissimis namque DD. Sacri Auditorii Patribus facultatem eligendi Scholares concessisse professus fuit, quia summoperè confidebat in eorum sa- 38
pientia, & integritate, humanarumque rerum experientia, quæ sanè ratio benè congruens electioni Scholarium, ab illis faciendæ, eosdem excludere videtur ab electione Rectoris, nam, si ob eam rationem, quod illi, tamquam rerum publicarum administrationi assiduè vacantes, meliùs, quàm Religiosi, humanis curis abdicati, 39
novisse poterant idoneitatem Juvenum, ad civilem usum, & humanæ societatis negotia instituendorum, ità etiam ex simili contraria ratione electio Rectoris, non illis, sed committenda erat Religiosis, & judicio Superiorum Generalium Ordinis, quibus spectata esse poterat pro- 40
bitas Rectoris, qui prudentiâ regere, & sanctimoniâ, atque exemplo virtutum prælucere posset inter Patres, sub quorum disciplinâ Scholares, christianâ pietate instituendi, & politiori literarum genere excolendi erant, teste *Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. Gloss. 4. num. 117. & seq., Samuel. de elect. Canon. tract. 1. conclus. 9. n. 29., & conclus. 10. num. 30., Castellin. eodem tract. cap. 5. tit. de legitim. Elector., & eorum qualit. n. 52., Rot. decis. 166. in princip. part. 1. divers., & in Recent. decis. 365. n. 6. & 7. part. 4. tom. 2.*

Quamquam verò, inspectâ tùm mente Juris, tùm tenore dispositionis testamentariæ clar. mem. Cardioalis Tonti, plenè constabilitum dici posse videatur, Jus eligendi Rectorem, & Patres Collegii pertinere ad P. Generalem, nihilominùs, si quæ adhuc in re non dubia quæstio suboriri posset, illa penitus sublata videretur ex facto Executorum testamentariorum, qui, postquam, ex demaodato ipsis munere, Collegii admioistrationi aliquandiù vacaverant, anoo 1628., dum sese hoc officio abdicantes, omnia Jura, omnesque facultates, à Fundatore eis impartitas, cesserunt, atque renuntiarunt favore Patrum Scholarum Piarum, apertè etiam declararunt, electionem Rectoris, aliorumque Officialium dicti Collegii, ex forma testamenti spectare debere ad P. Generalem, aliosque Patres Scholarum Piarum.

41 Undè, si in casu dubio, atque etiam omisso summoperè deferendum est declarationi Executorum, qui optimè novisse præsumuntur voluntatem Testatoris, ut admoneot *Rub. de Testament. cap.81. num.79. & seqq., Rocc. disput. Jur. select. cap.44. num.1. & num.3. cum seqq., Rota in Recent. decis.299. num.11., & decis. 327. num.7. part.15., in Mantiss. ad clar. mem. Cardin. de Luc. de Jurepatron. decis.41. n.12.*, ibi = *Nulla autem melior interpretatio voluntatis Testatricis dari valet illâ desumptâ ex facto Executorum, qui illius optimè conscii præsumuntur* =, *& decis.45. num.9., & in Baren. Beneficii 20. Januarii 1713. §. Demùm, & §. Parvipendentes coram Eminentissimo Scotto*: illorumque declaratio, perinde, ac si emanasset ab
42 ipso Testatore, prò illius voluntate reputatur, juxtà theoricam *Bartol. in leg. Theopompus ff. de Dot. prælegat., Bald. cons. 259. num. 1. lib. 4., Simon. de Pret. de interpret. ultim. voluntat. lib. 1. solut.1. per tot., Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.3. tit.1. num.20., Mierez. de majorat. part.1. quæst.44. n.114., Rub. de Testam. cap.82. num.379., Rosa consult. Jur. consult. 36. nu.30. & seq., Rocca dicto cap.44. num.3. & seqq., Bonden. collect. legal. 50. num.221. lib.1., Adden. ad Pamphil. decis. 442. num. 7. versic. Executor, alter ex scribentibus in suis disceptat. Eccles. part.1. disceptat.15. num.83. & seqq., Rot. in Recent. decis.263. num.21. part.15., decis.152. num.14. & seqq. part.17., ad ornat. clar. mem. Cardin. de Luc. de legat. decis.16. num.5., in Terulen. Beneficii 25. Junii 1696. §. Omnemque coram bon. mem. Muto, & in Perusina Canonicatus 27. Junii 1714. §. Neque ambigendum coram Eminentissimo Scotto*; Profectò istiusmodi declaratio nullum amplius dubitationi locum
43 relinquet in nostra hypothesi, ob amplissimam facultatem declarandi ab ipso disposita, suis Executoribus concessam à Testatore, in pluribus testamenti locis eosdem constituente voluntatis suæ fidos interpretes, atque declaratores, ut notarunt *Panzirol. cons. 131. num. 10. & seq., Monet. de commutat. ultim. volunt. cap.5. n.59. & seq., Galeot. controv.32. num.15. lib.2., Rocca disput. Jur. select. cap.44. nu.4., Rota ad ornat. clar. me. Cardinal. de Luc. de legat. decis.16. n.1.*

Agens quippe de Legato sacræ suppellectilis suæ Cappellæ, relicto Collegio, erigendo, mandavit, quod, si quæ super dicti Legati executione quæstio emergeret, eadem definiretur illorum declaratione. Id etiam servari præcepit in distributione Legatorum inter domesticos, juxta qualitatem, & antiquitatem famulatus faciendam, & denique eorum potestatem ad hos dumtaxat casus minimè restringens, neque in his solummodò ipsorum fidem sequens, plenam eisdem, & generalem impartitus fuit potestatem peragendi ea omoia, quæ ad voluntatis suæ executionem conferre quoquo modo possent = *licèt talia forent, de quibus specialiter, & expressè esset facienda mentio* = quo ergo colore, aut quâ justâ ratione abire nobis licebit à declaratione facta ab Executoribus, tantâ potestate à Testatore donatis in expediendis iis, quæ pertinent ad feliciorem administrationem Collegii, ut, præter auctoritates mox allegatas, de Executoribus simili amplissimâ facultate præditis, docuerunt *Mart. de success. legal. part.5. quæst.15. art.1. num.12., Arias de Mesa lib.2. cap.26. n.11., Rosa consult. 36. n.36. vers.4., Carpius de Executor. Testament. lib.3. cap.2. n.36.*

Certiùs, quia eisdem fides additur nedum ex
eo, quod talis declaratio edita fuit tempore 44
proximo morti Testatoris, & quidem à præstantissimis viris, qui ab omni causa gratiæ, aut favoris prorsus alieni, præsumi nequeunt voluisse quidpiam amplius tribuere Patribus Scholarum Piarum, quod ex judicio Testatoris non haberent, vel aliquid Reverendissimis DD. Sacri Auditorii Patribus adimere, quod ipsis competeret, sed fidum obsequium præstantes Testatori, qui tantoperè ipsorum integritati coofiderat, declarasse, atque expressisse censentur id, quod in suo germano, naturali, & obvio sensu litera testamenti præseferre ipsis videbatur, vel à Testatore, cujus mentem, consiliumque callebant, communicatum eisdem fuerat, ut de similibus declarationibus, tempore, ut diximus, morti Testatoris proximo, minimèque suspecto, ab integerrimis Executoribus factis, antequam ulla prævideri posset controversia super interpretatione illius voluntatis, ratiocinatur *Rota in Tridentina Beneficii 20. Junii 1712. §. Solummodò coram R. P. D. Ansaldo*. Verùm prætereà hæc ipso-
rum declaratio conformis est dispositioni Juris, 45
nam, si, ut probavimus *in §. Porrò & seq.*, Collegium, de quo agitur, accensendum est regula-
ribus, & religiosis Domibus Ordinis Patrum 46
Scholarum Piarum, si, juxtà Juris communis dispositionem, & ejusdem Ordinis Constitutiones, istiusmodi Domorum Superiores eligi debent à cœtu ipso eorumdem Religiosorum, in dubium venire non poterit, quin attendenda omninò sit declaratio Executorum, qui asserendo, electionem, & deputationem Rectoris Collegii ex voluntate Testatoris spectare ad
P. Generalem, aliosque Patres Scholarum Pia- 47
rum, dixerunt id, quod consonat dispositioni

. . . Juris

Juris communis, & Legum municipalium Or-
dinis, & congruit universali disciplinæ omnium
Coetuum regularium, *juxtà doctrinam Bartoli
in leg. quem num.2., ibique etiam Castrens. nu.5.,
ff. de reb.dub., Carpius de Exequutor. Testament.
lib.3.cap.2. num.34., Rota in Recent. decis.294.
num.23. & 24. part.14., & in Perusina Canoni-
catus 27. Junii 1714. §. Neque ambigendum co-
ram Eminentissimo Scotto*; Quando alioquin si-
48 miles Executorum declarationes plurimùm
valent, licèt sint præter Juris communis dispo-
sitionem, *Molin. de Primogen. Hispan. lib. 2.
cap.5. ex num. 2. ad plures seqq., Guttierez.
practic. quæst. lib.2. quæst.67. num.3., Carpius de
Executor. Testamen. lib.2. cap.3. num.8.*

Nil ergo mirum, si Jus P.Generali competens
ex Legis dispositione, agnitum à Testatore,
adscitum ab Executoribus testamentariis, con-
49 stabilitum denique reperiatur subsecutâ etiam
observantiâ, quæ sola, si cetera deficerent, prò
illo adquirendo exuberaret, ad *Text. in cap.cum
Ecclesia Sutrina de caus. possess., & proprietat.,
Lambertin. de Jurepatr. lib.2. part. 1. quæst. 3.
artic.17. num.9., & lib.2. quest.2. art.16. nu.2.,
Marant. respons.22. num.49. part.3., Rot. coram
san. mem. Gregor. XV. decis.517. num.5., in rec.
decis.174. num.3. & 4. part.2., post Vivian. de
Jurepatr. decis.110. num.7., in Comen. Archi-
presbyteratus 17. Junii 1715. §. Contrà hanc
coram R. P. D. Falconerio, confirmata 16. Junii
currentis anni coram eodem*; Electiones namque
omnes, atque deputationes tàm Rectorum,
quàm Ministrorum omnium Collegii, instar
ceterarum electionum Superiorum aliarum
Domorum d. Ordinis, celebratæ reperiuntur
à P. Generali cum collegiali interventu PP. As-
sistentium. Hæc itaque observantia, tamquam
50 fida interpres dispositionum omnium, juxtà
communitèr tradita à Doctoribus in *Leg. mini-
mè ff. de leg.*, cum aliis apud *Rot. coram Zarat.
decis.119. num.10., coram san. mem. Alexan-
dro VIII. decis.175. num.9., coram R.P.D. An-
saldo decis.79. num.33.*, adeo quidem ut inter-
51 pretatio illa sequenda, amplectendaque sit, quam
confirmavit subsequutus usus, tametsi contraria
intelligentia magis consentanea esset verborum
52 proprietati, immò, etiamsi sensus, ab observan-
tia comprobatus, malus esset, & de Jure non
recipiendus, ad notas Juris nostri regulas, de
quibus apud *Soccin.Sen. cons.145. num.2. lib.1.,
Adden ad Ludovis. decis.184. num.8., Rot. co-
ram Dunozzet. Jun. decis.829. num.9., coram
Priol. decis.392. num.7., coram bon. mem. Eme-
rix Jun.decis.24. num.9., & decis.242. num.11.*,
hæc, inquam, observantia magis profectò urgebit
53 in casu nostro, quia coadjuvatur Juris ratione,
& voluntate Testatoris, *Abb. in cap. auditis
num.15. de præscript., Gratian. discept.546.num.
48., Rot. in recen. decis.66. num.12. part.6., co-
ram bon. mem. Emerix Jun. decis. 789. num. 8.,
coram bon. mem. Benincasa decis.82. num.3. vers.
tùm quia*; Atque etiam quia non affertur ad ef-
fectum præter vel contrà mentem Juris, & Te-
54 statoris voluntatem præscribendi istiusmodi ele-
ctionis Jus, sed allegatur solummodò prò inter-
pretanda Fundatoris dispositione; Hoc namque
casu tàquam merè interpretativa, non rigidum,
sed benignum exposcit interpretem, *Butr. in
cap. final. num.47. de consuetud., Dec. in cap.
cum M. Ferrariensis num.26. de constit., Rot. co-
ram Card. Cels. decis.102. num.7., coram bon.
mem. Emerix Jun.decis.118. num.14., in rec. de-
cis. 174. num.21. part.11., in Interamnen. Juris-
patronatus 10. Decembris 1706. §. final. coram
Emo Scotto, & in Placentina Cappellaniæ 25.
Junii 1714. §. Validius cum seq. cor. eodem.*

Quæ cum ita sint, & plenè his omnibus de-
monstratum dici possit, Reverendissimos DD.
Sacri Auditorii Patres nullo pacto ex voluntate
expressa clar. mem. Cardin. Tonti Fundatoris
Collegii Nazareni assumere sibi posse Jus eli-
gendi Rectorem, aliosque Patres, illius regimi-
ni præponendos, frustrà recurritur ad tacitam
ejusdem voluntatem; Prò elidenda namque vi
cujuscumque similis argumenti, satis esset ani-
madvertere, agi de domo conventuali, cujus 55
Superioris electio, si, ut firmatur *§. Porrò & duob.
seqq.*, ex Juris communis censura ita pertinere
dicitur ad ejusdem Ordinis Religiosos, ut ex- 56
traneo, qui non sit de eorum gremio, nec etiam
ex lege fundationis competere possit, quonam
pacto Reverendissimis Patribus, qui non juva-
rentur expressâ, prodesse poterit tacita Funda- 57
toris voluntas, quæ in iis, quæ sunt contrà Juris
regulas, tantæ non est potentiæ, quantæ est
expressa? *Cravet. consil.200. n.7. & seq., Card.
Tusch. comm. conclus. lit.T.conclus.7. n.41., Tho-
bor.axiom.Jur.l.18.cap.2.axiom.2. in fin.*: Verum
enim verò, ut pleniùs Causæ satisfaciamus, brevi-
bus perstringendo conjecturas tacitæ voluntatis,
quæ exadverso afferri possunt, non pigebit de-
monstrare, easdem tales non esse, ut ex illis elici
possit tacita isthæc, & præsumpta voluntas Fun-
datoris.

Etenim, si, quoties contrà Juris rationem, &
mentem Legis aliquid statui contenditur ex taci-
ta hominis voluntate, oportet, ut eadem eli-
ciatur ex argumentis, necessariò eandem evin- 58
centibus, atque ex conjecturis, quæ ad alia
referri, aliumque effectum operari nequeant,
*Rot. coram san. mem. Gregorio XV. decis. 452.
num.7., coram Coccino decis.738. num.5., & de-
cis.2342. n.41. & seq., coram Ubald. decis.138.
num.16., coram Carillo decis.14. num.20., in
Mantiss. ad cla. mem. Card. de Luc. de Jurepatr.
decis.10. num.9., & decis. 33. num.25.*, hujus
profectò generis non sunt conjecturæ illæ, quæ
in nostra facti specie adduci queunt.

Quippè ex eo quod Collegii Fundator roga-
verit Reverendissimos DD. Patres de illorum
tutela, & protectione, argui nullo pacto potest,
in eosdem transferre voluisse Jus eligendi Re- 59
ctorem, & Patres, qui Collegio præesse debe-
rent, quia protectio ista, à Testatore efflagitata,
respicit solummodò ipsos Scholares, ut expresse
legitur in testamento, ibi = *Et singulos ejusdem* 60
*Collegii pro tempore Scholares sub eorum singula-
rem protectionem recipere, & conservare dignen-
tur* =

tur: Prout etiam quis, tametsi patrocinio Reverendissimorum Patrum totum Collegium commendatum diceretur, non idcircò tamen ex hoc inferri posset, eosdem, contrà mentem Juris, ipsis resistentis, vice autem versâ faventis nostris Principalibus, tributam fuisse facultatem eligendi illius Rectorem, ut, omissis generalibus, benè ad rem nostram clar. mem. *Card. de Luc. de regular. disc.23. num.4., R.P.D. Petra ad constit. Apostol. tom.4. fol. 299. num. 6.*, & prius dixerat *num.3.*, *Rota coram bon. mem.*
61 *Emerix. Jun. decis.*1204. *num.*20., inquiens, à protectione Collegii inferri non posse ad disputatum effectum gubernii ejusdem, ibi: *Et viceversâ resistit Card. Protectori, cujus Jus sonat in defensionem, seu protectionem, non autem in gubernium seu administrationem*.

Ut etiam non urget argumentum desumptum ex facultate singulis annis dispungendi rationes,
62 & inquirendi in administrationem redituum Collegii gestam à Patre Rectore; Nimis enim familiaria sunt contraria exempla, quibus edocemur, Administratores Bonorum Confraternitatum, aliorumque Piorum locorum, non subjectorum Regularibus, & Canonicos admi-
63 nistrantes Bona Fabricæ Ecclesiæ, ex præscripto Sacrosanctæ Tridentinæ Synodi *sess.* 22. *cap.* 9. *de reformat.*, rationem reddere teneri Locorum Ordinariis, qui tamen adscisceré sibi nequeunt Jus electionis, aut remotionis Officia-
64 lium, administrationem gerentium, ut apud *Fagnau. in cap. de Xenodochiis num.17. & seqq.*, *de Relig. Domib.*, *Gratian. disceptat. 395. nu.5. & seqq.*, *Capon. disceptat.396. num.6. & seqq.*, *clar. mem. Card. de Luca de Jurisdict. disc. 43. num.6.*, *Monacell. in formular. legal. part.1. titul.11. formular.14. num.3. & seqq. fol. mihi 237.*, *Rot. coram Card. Cerro decis.193. num.7. & seqq.*

Propterea, si ex protectione istâ Collegii, imploratâ à Fundatore, si ex facultate dispungendi rationes administrationis rerum Collegii, ab eodem demandata Reverendissimis DD. Sacri Auditorii Patribus, utpotè ordinatis ad alium finem, concessum eisdem dici nequit Jus eligendi P. Rectorem, quantò minùs id ex illis argui poterit in nostra hypothesi, in qua longè potentiora argumenta evincunt, hoc penitus aberrasse ab illius verisimili mente; Pius enim ille, ac prudens Fundator eum unum sibi finem proposuit, ut nempe in Collegio, ex ejus dispositione erigendo, eâ feliciori, magisque perfecta ratione, quâ poterat, Adolescentuli, in illo educandi, religione imbuerentur, & liberalibus disciplinis, optimisque artibus excolerentur; Nemo autem non videt, præcipuè ad id valere sanctimoniam, prudentiam, & solertiam tùm P. Rectoris, tùm Præceptorum, ceterorumque Ministrorum, Quibus Collegii administratio, & Scholarium cura demandanda erat; hæc autèm non Reverendissimis DD. Sacri Auditorii
65 Patribus, sed perspecta esse poterant P. Generali, ceterisque Superioribus Ordinis, sub quorum regulari disciplinâ vivunt Religiosi, in Collegium inducendi; quippe ipsi, non extranei, 66
Subditorum mores, & qualitates callere præsumuntur, per ea, quæ notantur apud *Layman. oper. moral. lib.1. tract.4. cap.13. num.2. & seq.*, *Vasq. part.2. disput.158. cap.4.*, *Bonaccin. in tract. de legib. disput.1. quæst.1. punct.7. §. 4. num.21.*, *Pusserin. de elect. canon. cap.2. nu.17.*: Præterea quis credat, sapientem Testatorem, concedendo Reverendissimis DD. istiusmodi Jus 67
activæ electionis, amplissimum aperire voluisse aditum cupiditati Religiosorum, vel honorem ambientium, vel sese Superiorum potestate, ac disciplinâ emancipare curantium? Quod sanè repugnaret menti Fundatoris, qui voluit, Reli- 68
giosos, in Collegio degentes, *vivere debere juxtà sui Ordinis regulas*, quarum vigore iidem jurisjurandi religione se ab ambitione perpetuò remotos fore pollicentur. Dissolveretur etiam vinculum regularis obedientiæ; Rector enim Collegio præpositus, posthabitis Ordinis sui Superioribus, obsequi cogeretur nutibus, & servire imperio Reverendissimorum Patrum, qui 69
Collegii regimini illum præfecerunt, quod adversatur Sacrorum Canonum censuræ, & damnatur Summorum Pontificum Constitutionibus, declarantibus, *æquum, & rationi consonum non esse, ut, qui arctioris regulæ observantiam sectantur, Superioribus eorum, qui in laxiori degunt, subjaceant, sed Superiores habeant pro- 70
prii sui Instituti*, ut instaurando constitutiones fan. mem. Gregorii XIII., & Urbani VIII., à Sanctissimo Domino Nostro feliciter regnante sancitum refertur apud alterum ex Scribentibus in suis *disceptat. Ecclesi. part. 2. discept. 20. ex num.43.*, Religiosi verò in Collegio viventes soluti quodammodò videri possent omni regularis obedientiæ nexu; Non enim subessent Superioribus Generalibus Ordinis, à quibus non eliguntur, justâque etiàm ratione obtendere possent, se emancipatos esse potestate Superioris localis, utpotè contrà Ordinis Constitutiones, non ab illorum Superiore Generali cum Voto Assistentium, sed ab extraneis electi, ut animadvertit *Donat. rer. regular. tom.4. tract.17. de vot. obed.quæst.15. per tot.*: Cuique itaque patet, quantum à recta ratione aberret, quod Religiosi arctioris Instituti subsint extraneæ potestati, ab eaque illorum pendeat electio.

Non minora denique sunt mala, quæ in remotione tùm Rectoris, tùm ceterorum Ministrorum obvenirent, si fortè in illos, tamquam in officio suo delinquentes, animadvertendum esset: Regularium namque excessus, secundùm eorum Constitutiones, corrigendi, ac puniendi 71
sunt, illorumque delicta ità plectenda, ut pœna eisdem inflicta, offensionem non afferat iis, qui sunt extra septa Religionis, parcendo semper famæ delinquentis, & Religionis decorem, dignitatemque tuendo; At quomodo Religiosorum famæ, aut Religionis honori æquè benè 72
consultum esset, si potestas removendi, aut plectendi Rectorem, aliosque Patres, officium suum prodentes, conferretur in extraneos? præcipuè verò, cum receptum laudabiliter sit,

ut

73 ut Regularium delicta secretâ denunciatione
deferantur ad aures Superioris tamquam ad Pa-
trem, ut reum secretò, ac charitativè corrigat,
non autem tamquam ad Judicem, ut illum ju-
dicialiter puniat, ut benè distinguit *Passerin.
in Tribunal. Regular. quæst.9. num.43.*, cum
aliis apud alterum ex Scribentibus in suis *Insti-
tution. criminal. lib.1. titul.5. num.29.*

Probatur, Reverendissimos DD. Sacri Auditorii Patres Jus activæ electionis P. Rectoris, ceterorumque Patrum Collegii Nazareni sibi asserere non posse ex Brevi Innocentii X., quo, suppressâ regularitate Ordinis PP. Scholarum Piarum, regimen, & Gubernium dicti Collegii relictum fuit omnimodæ ipsorum dispositioni.

Prima pars Dubii confecta jam est; Inqui-
rendum modò erit, an Jus illud eligendi Re-
ctorem, ceterosque Collegii Nazareni Patres,
quod Sacrum Auditorium nec ex Juris disposi-
tione, nec ex voluntate Fundatoris tribuere
sibi potest, vendicare queat ex mutatione sta-
tus Ordinis Patrum Scholarum Piarum, quum
nempè, ut suprà etiam indigitavimus, Inno-
centius X. speciali Brevi, ab ipso edito anno
74 1646., sublatâ regularitate d. Ordinis, illum
redegit in statum merè secularem, & subjicien-
do domos, & personas Ordinariis Locorum,
regimen, & gubernium Collegii Nazareni re-
liquit Reverendissimis DD. Sacri Auditorii Pa-
tribus, ut ex verbis Pontificii Brevis, quæ ità
se habent = *Regimen autem, & gubernium Col-
legii Nazareni de eadem Urbe, dilectorum filio-
rum Causarum Palatii Apostolici Auditorum
omnimodæ dispositioni relinquimus, ità tamen
ut, quantum fieri possit, menti bon. mem. Mi-
chaelis Angeli Cardinalis, Nazareni nuncupati,
prædicti Collegii Institutoris, & Erectoris satis-
fiat* =, indè enim inferri dicebatur, quod, licèt
ex primæva origine Jus eligendi, ac removendi
Rectorem, ceterosque Collegii Patres pertineret
ad P. Generalem, & Assistentes Ordinis, nihi-
lominùs, mutatis rebus, dictoque Ordine aboli-
to, cum vigore specialis tituli desumpti ex
75 Pontificio Brevi, istiusmodi Jus quæsitum dein-
dè fuerit Reverendissimis Sacri Auditorii Patri-
bus, quibus, eodem Ordine ad statum regulari-
tatis postmodum restituto, tale Jus non solum
minimè ademptum, sed, quod magis est, re-
tentum ab ipsis fuit, eligendo, & removendo
tùm Rectores, tum ceteros Ministros d. Colle-
gii, prout ratio temporum, vel rectum illius
regimen exposcebat; Ex his, veluti ex necessa-
rio antecedenti, sequebatur, quod hujuscemodi
Jus, justo titulo aliquando ipsis quæsitum, &
subsequutâ observantiâ confirmatum, nullâ
justâ ratione eisdem adimi, aut imminui possit.

Facilè nos ab his expedire possemus, dicen-
do, vim omnem contrarii discursus elidi facto
Reverendissimorum Patrum, qui in iis actibus
deputationum Rectorum, aliorumque Mini-
strorum Collegii, quos fecisse asserunt, titu-
lum, ex quo sibi tale Jus vendicant, non refe-
runt ad Breve Innocentii X., sed illum, veluti
ex sua causa, desumunt ex testamento clar. me.
Card. Tonti, ut luculenter declararunt in de-
putatione P. Theodosii, ultimo loco remoti,
facta die 5. mensis Decembris anni 1704.; In
Decreto namque Rotali, in quo illum in Recto-
rem deputarunt, nullâ factâ mentione Brevis,
sed habitâ relatione ad d. testamentum, ità le-
gitur = *Illustrissimi, & Reverendissimi DD. Jo-
seph Molines Decanus &c. omnes Sacræ Rotæ
Auditores, quibus protectio, cura, & admini-
stratio Collegii Nazareni à clar. mem. Cardinali
Angelo Tonto, Cardinali Nazareno nuncupato,
commissa extitit &c.* =, ut etiam in literis pa-
tentibus, præfato P. Theodosio concessis, non nisi
ad voluntatem Fundatoris tale Jus refertur,
ibi = *Cum nuper, attento obitu P. Antonii à
S. Francisco vacaverit Rectoratus Officium Col-
legii Nazareni, cujus protectiò, cura, & admi-
nistratio à clar. mem. Card. Angelo Tonto Card.
Nazareno nuncupato, Fundatore nobis commissa
extitit* =; Ac proinde si Reverendissimi Patres, 76
enunciando titulum, cujus vigore Rectoris
electionem explebant, illum ex sola voluntate
Fundatoris desumpserunt, frustra hodiè, pro
illo confirmando, afferunt d. Breve. Quis enim
ne mente quidem cogitare poterit, sapientissi-
mos, Jurisque peritissimos Patres errare po- 77
tuisse in agnoscendo, atque enunciando sui
Juris titulo, ut admonemur à clar. mem. *Card.
de Luc. de Feud. disc.120. num.7.*, & *Rot. in
Mantiss. ad eundem de fideic. dec.75. num.16.*

Verùm prætereà dicimus, quod discursus iste
plurimum satisfacere, ac planè constabilire vi-
deri posset Jura Reverendissimorum Patrum,
si Ordo noster in statum secularem redactus,
in illo adhùc permaneret; hoc namque inspe-
cto statù, cum Collegium Nazarenum, juxtà
Fundatoris mentem, regi, & administrari am-
plius non posset à Regularibus viris cum plena
exemptione à Jurisdictione Eminentissimi Car-
dinalis Vicarii, providè Summus Pontifex,
qui, quantum fieri poterat, mentem Instituto-
ris, & Fundatoris Collegii secundare cupiebat,
illius regimen, & gubernium demandavit Re-
verendissimis DD. Sacri Auditorii Patribus: 78
Congruebat enim, ut cum facultate eligendi
Alumnos, seù Scholares, quam jam habebant,
consolidaretur Jus etiam eligendi Rectorem,
ut etiam consentaneum erat, quod, si ex præ-
cepto Testatoris Collegium exemptum esse de- 79
bebat à superioritate, & Jurisdictione Eminen-
tissimi Cardinalis Vicarii, idem subjiceretur
Tribunali, quod tantâ elucet prudentiâ, tantâ
coruscat dignitate, tantâ denique pollet au-
ctoritate.

At deindè Summi Pontifices Alexander VII.,
& Clemens IX. noscentes, quantum ad Chri-
stianæ Reipublicæ utilitatem conferret impen-
sum studium, atque sollicita cura, quà, juxtà
sui Religiosi Instituti regulas Patres Scholarum 80
Piarum pueris, atquè adolescentulis, pietate,
& literis informandis, vacabant, cum eorum
Ordi-

Ordinem primævo ſtatui reſtituere decreverint,
cum omnimoda derogatione Literarum Apo-
ſtolicarum Innocentii X., ut ſtatuitur in Brevi
ſan. mem. Clementis IX., edito die 28. menſis
Octobris anni 1669., in quo, relato ſimili Brevi
Prædeceſſoris ſui ſan. mem. Alexandrii VII.,
Summus Pontifex ſalubritèr providere cupiens
proſpero, felicique ejuſdem Congregationis ſtatui
&c., loquitur his verbis: Eandem Congregatio-
nem Secularem Clericorum Pauperum Matris
Dei Scholarum Piarum ad ſtatum regularem,
& titulum Religionis &c., ac ad fruitionem om-
nium, & ſingulorum privilegiorum, Immuni-
tatum, facultatum, exemptionum, aliarumque
gratiarum, & Indultorum &c. in omnibus, &
per omnia ad limites ſupradictarum binarum
Gregorii Prædeceſſoris literarum, & juxtà
illarum ſeriem &c. auctoritate Apoſtolicâ tenore
præſentium reducimus, reſtituimus, & reinte-
gramus, deindèque, demandatâ per eumdem
Summum Pontificem obſervantiâ Literarum
Apoſtolicarum Alexandri VII., expreſsè dero-
gatum apparet illis Innocentii X.

In dubium idcircò venire nequit, quin, in-
ſpectâ reſtitutione Ordinis Patrum Scholarum
81 Piarum primævo ſtatui, à Summo Pontifice fa-
ctâ, idem reſtitutus etiam cenſendus ſit omni-
bus primævis Juribus, ità quidem ut vigore
talis reſtitutionis, Pontificiâ auctoritate decretæ,
recuperaverit omnia ea, quæ anteà ipſi compe-
tebant, ut docuerunt Fagnan. in cap. cum ex in-
juncto num.11., ibi = Niſi tamen locus poſteà
82 reædificetur, nam reædificatum auctoritate ſupe-
rioris, recuperat omnia privilegia = De nov.
oper. nunciat., Gratian. diſceptat.396. num.24.,
inquiens, Caſtrum auctoritate Principis reædifi-
83 catum, quoad primæva Jura, & privilegia
cenſeri idem Caſtrum cum primo jam deſtru-
cto, quem ſequitur Antonell. de loc. legal. lib.
1. cap.3. quæſt.6. nu.88., idem Gratian. diſcept.
845. num.18. & ſeqq., & num.27. & ſeqq., Ric-
ciull. variar. lucubrat. lib.4. tit.20. de Confra-
ternit. num.4., Pellizar. in manual. regul. tract.8.
cap 5. ſect.5. ſub n.279., R.P.D. Anſald. in ſuis
annotat. ad deciſ.25.n.34.& ſeqq., Rot. in Nullius,
ſeù Capataquen. Juriſdictionis 26. Junii 1711.
§. Quod ſi actus coram eodem, qui omnes moven-
tur veruntamen illa Juris ratione, quâ præcipitur,
84 quod reſtitutio facta à Principe, utpotè omnia
reponens in priſtinum ſtatum, locum, & gra-
dum, tantum reddere ipſa debeat, quantum
abſtulit læſio, ſuppreſſio videlicèt prioris ſta-
tus, ut, præter mox allegatos, generaliter tra-
dunt Jaſon. in leg. Gallus §. Et quid ſi tantum
num.67., ibique Fortunat. Garz. num.241. ff. de
lib. & poſth., Simon. de Pret. conſ.97. num.16.,
Surd. conſil.203. num.1., Boſſ. de remed. ex ſol.
clem. Princip. num.11., benè Gratian. d. diſcept.
8 5. num.19., Mart. Medic. examinat.25. n.15.,
Rota coram Merlino deciſ.125. num.45., in Ro-
mana Primogenituræ, & Fideicommiſſorum de
Corſinis 16. Maii 1710. §. 34. in fin. coram Re-
verendiſſimo Aldrovando, & 17. Aprilis 1711.
§. 29. coram eodem, quæ ratio magis urget
quando reſtitutio non dat aliter eſſe, quàm pri- 85
mum, & priſtinam faciem non mutat, nec
naturam, ut inquit Bald. in cap. cum acceſſiſ-
ſent 8. num.38. de Conſtit., ibi= Et videtur, quod
funditus eradicatum, & tandem reparatum, dica-
tur de novo creatum, quia habet eſſe poſt non eſſe,
& hoc certum eſſet, ſi haberet aliter eſſe, quàm
primo &c.; ſed ſi priſtinam faciem non mutat, nec
naturam, conjunguntur tempora eſſentiæ, &
interim dicetur potiùs dormiſſe, quàm expiraſſe =
Prout contingit in caſu noſtro, in quo nulla ex 86
parte mutatâ priſtinâ facie, primævo nempè
ſtatù noſtri Ordinis, idem reſtitutus fuit ad idem
eſſe, eumdemque ſtatum, quem habebat ante-
quam ab Innocentio X. ſolveretur regularitas,
ut conſiderat Gratian. diſcept.845. num. 21.;
Imò verò, dum adhùc Patres manebant in ſtatu
ſecularitatis, reſpectù Collegii, retinuerunt
reliquias aliquas antiqui ſtatus, quippè ſemper 87
in illo permanſerunt præpoſiti regimini, & edu-
cationi Scholarium, in eo degentium, proinde-
que hoc caſu reſtitutio faciliùs operatur primæ-
vorum Jurium reintegrationem, ut proſequitur
Bald. in d. cap. cum acceſſiſſent nu.44., inquiens,
quod, ut dicantur manſiſſe reliquiæ veteris ſta- 88
tus, ſatis eſt, ut eædem perdurent vel in ma-
teria, vel in ratione, ibi = Sunt autem reliquiæ
quædam particulæ interdùm in materia, interdum
in ratione perdurantes =, & in cap.1. num. 8. de
elect., Felin. in cap. cum dilecta num.22. verſ. Et
dicit de reſcript., Lotter. de re benefic. lib. 3.
quæſt.4. num.65. juncto num.60. & ſeqq.

Nilque turbat, quod reſtitutio primævo ſta-
tui, licèt reddat quantum abſtulit læſio, nihil-
ominus id non procedat in præjudicium Tertii, 89
videlicet quoad Jura illa, quæ alteri quæſita
fuerunt, nam contrarium verius eſt, quando
agitur de reſtitutione facta à Supremo Principe,
ut communiter aſſerunt Odd. de reſtitut. in in-
tegr. part.2. art.12. quæſt.99. nu.108., Farinac.
in prax. crimin. quæſt.6. num.38. & 40., Pere-
grin. de Jur. Fiſc. lib.5. tit.2. num.55., Menoch.
de præſumpt. lib.5. præſumpt.46. num.10. & 11.,
Rocca diſput. Jur. ſelect. cap.71. num.2., Rota
coram Mohedan. de reſtit. ſpoliat. deciſ.6. nu.2.,
coram Merlin. deciſ.125. num.2. & 31., in Ro-
mana Primogenituræ, & Fideicommiſſorum de
Corſinis 16. Maii 1710. §. Taliſque 9. coram
R. P. D. Aldrovando; Certiùs, quando conſtat,
ipſum plenissimè reſtituere voluiſſe, vigore 90
enim iſtiuſmodi reſtitutionis venire jura omnia,
anteà competentia, docuerunt Andr. de Iſern.
de feud. tit. de Vaſſall. decrep. ætat. pagin.107. à
terg. & 108., Bero conſ.60. nu.19. lib.3., Natt.
conſ.471. num.41., Odd. de reſtit. in integr. p.2.
quæſt.99. art.10. nu.80. & ſeqq., Manſ. conſult.
361. num.12., Bellamer. deciſ.742., Rota coram
Cavaler. deciſ.255. nu.11., coram Merlin. deciſ.
125. num. 49., in Romana Primogenituræ, &
Fideicommiſſorum de Corſinis 10. Decembris
1710. §. 10. & 11., coram Reverendiſſimo Aldro-
vando, & in Nullius, ſeù Forolivien. Caſtro-
rum 26. Februarii 1714. §. 33. coram R. P. D.
Anſaldo. Proùt certe Summos Pontifices Ale-
xan-

xandrum VII., & Clementem IX. plenissimam
restitutionem primævis omnibus Juribus con-
cessisse patet ex eo, quod in omnibus, & per
91 omnia reintegrarunt *ad fruitionem omnium, &*
singulorum Privilegiorum, Immunitatum, fa-
cultatum, exemptionum, aliarumque gratiarum,
& Indultorum &c.; quæ verba amplitudine suâ
proculdubio comprehendunt Jura omnia, quæ
antè privationem restituto competebant, *Peris.*
cons.1. num.37. lib.4., Roland. cons.45. num.30.
& 32. lib.4., Odd. de restit. in integr. part. 2.
quæst.93. num.10., Farinacc. d. quæst.6. num.28.
vers. limita primò, Peregrin. de Jur. Fisc. lib.5.
tit.2. num.22., Guazzin. de confiscat. conclus.28.
num.9. & 14., Barra practic. observ. centur.3.
observ.91. num.10., Rocca disput. Jur. select.
cap.71. num.5., Rota coram Merlin. decis.125.
num.6., coram Mazzaned. decis.892. num.5., in
Romana Primogenituræ, & Fideicommissorum
de Corsinis 16. Maii 1710. §.10. & 11. coram
R. P. D. Aldrovando, & 10. Decembris ejus-
dem anni §.3. coram eodem, & in Nullius, seù
Forolivien. Castrorum 26. Februarii 1714. §.32.
coram R. P. D. Ansaldo, ità quidem, ut, cum
Summus Pontifex restituerit nedùm ea, quæ
competebant de Juris communis censura, ve-
rùm etiam reddiderit illa, quibus vigore spe-
cialis gratiæ, atque Indulti antè suppressionem
92 status Regularis PP. Scholarum Piarum frue-
bantur, nullâ propterea ratione in dubium re-
vocari possit, quin in nostro casu reintegratâ
regularitate Ordinis, P. Generali, ejusque
Assistentibus restitutum censendum sit Jus eli-
gendi Rectorem in Collegio illo, in quo, ut
anteà, manent tamquàm in domo conventuali,
cujus sanè Superioris electio non ex speciali
gratia, non ex Indulto, aut peculiari aliquo
privilegio, sed ex Juris communis censura, ad
ipsos pertinere debet; Semper enim in simili-
93 bus restitutionibus, veluti eisdem consectaria,
venire solent illa, quæ ex Juris dispositione
competunt, *Andr. de Isern. d. tit. de Vassall.*
decrepit. ætat. pag.107. à terg. & 108., & Af-
flict. eodem tit. pag.146. nu.8., Natta cons.471.
num.4. & seqq., Intrigl. de Feud. cent.2. art.1.
num.322. vers. contrariam sententiam, Lavar.
eodem tract. pag.114. n.25., Rota coram Merlin.
decis.525. num.45. & seqq.

Certòque certiùs quando non agitur de priva-
tione; sive suppressione alicujus Universitatis
secuta ex ejus delicto, sed ex causa nullam
94 ipsius culpam involvente id evenit, & quod
magis est, non ob peculiarem gratiam, & pri-
vatum favorem restituti, sed vel ex justitia, vel,
quod illi æquiparatur, ob publicum bonum re-
stitutio à Principe conceditur; Hoc namque
casu restitutio semper reddit Jura omnia, tamet-
si in tertium translata, prout de restitutione facta
per viam justitiæ tradunt *Giurb. cons.44. n.55.,*
Maresca de legib. public. judic. Gloss.8. num.55.
pag.242., Staiban. resol.105. num.16. & seqq.,
Bottilier. de successión. theorem.110. n.23. vers.,
verùm si fuerit, Capon. discept.395. num.28. §. Qui
verò fuit, Franch. decis.213. num.52., ibique

Carol. Anton. de Luc. num.8., Adden. ad Rovit.
decis.17. num.16., Rota in Romana Primogeni-
turæ, & Fideicommissorum de Corsinis 10. De-
cembris 1710. §.23. & seqq. coram Reverendis-
simo Aldrovando, in d. Nullius, seù Forolivien.
Castrorum 25. Februarii 1714. §. 12. coram
R. P. D. Ansaldo, & de restitutione facta ob
bonum publicum notarunt *Bartol. in leg. quam-*
cumque in fin. Cod. de fid. Instrum., & bast. Fiscal.
lib.10., Ruin. cons.71. num.7. lib.5., Natt. cons.
11. num. 34., Antunez. de Donat. Reg. lib.2.
cap.29. num.75., Maresca loc. citat. num.69 pag.
246., Torr. var. Jur. quæst. tit.2. quæst.37. num.
24. lib.1., & Rota in d. Nullius, seù Forolivien.
Castrorum d. §.12.

Ità sanè res se habet in casu nostro, nàm, ut
diximus, Summus Pontifex Clemens IX. rein- 95
tegrationem Patrum Scholarum Piarum ad pri-
mævum statum regularitatis, tam juàm ex ju-
stitia debitam, & ob publicum bonum concessit,
idcircòque agnoscens, eamdem exposcere, ut
plenarie illis redderetur quidquid ademptum
fuerat suppressione regularitatis facta ab Inno-
centio X., abolevit, & expresè derogavit illius
literis, aliisque Constitutionibus *Non ob-*
stantibus prædictis Innocentii &c. literis, aliis-
que Constitutionibus, & Ordinationibus Aposto-
licis &c., Privilegiis quoque, Indultis &c. quo-
modolibet concessis, confirmatis, & innovatis.
Quibus omnibus, & singulis &c. expressè deroga-
mus, ceterisque contrariis quibuscumque &c.;
Undè consurgit aliud validissimum argumen-
tum prò constabilienda amplitudine plenariæ
restitutionis; Ex istiusmodi namque derogatio- 96
ne, & abolitione Literarum Apostolicarum
Innocentii X., cum titulus suppressionis reda-
ctus dicatur ad non titulum, subsecuta deindè
reintegratio proculdubio restituisse censenda est 97
Jura, etiam vigore suppressionis in alium tran-
slata, ut benè inquit *Gratian. discept.845. nu.*
18. & seqq., ibi = *Et quatenus etiam omnia præ-*
dicta cessarent &c., fuit exhibita Constitutio Pau-
li Papæ IV., in qua conceditur restitutio in
integrum Præceptoriæ S. Spiritus adversùs sup-
pressionem contentam in literis Julii III., quæ
quidem restitutio ponit omnia in pristinum statum,
locum, & gradum =, & infra *num.21. & 22.*, quo
loci cum dixisset, quod Papa restituit, ac ple-
nariè reintegravit Hospitale S. Spiritus adver-
sus suppressionem, & extinctionem cum annul-
latione, revocatione, & cassatione Literarum
d. suppressionis, subdit = *Ex quibus verbis potet,*
constare de mente Principis volentis, quod resti-
tutus recuperet locum, & omnia, quæ priùs
obtinebat, quamvis medio tempore essent aliis ac-
quisita = exemplo restitutionis, sive reintegra-
tionis, quæ in fortiori casu fit de delinquente;
hæc enim si fiat prævià cassatione præcedentis 98
processus, & sententiæ ob eam rationem,
quod titulum redigat ad non titulum, efficit,
quod restitutus recuperet, etiam in præjudicium
Tertii, ea omnia, quæ vigore sententiæ priva-
tionis amiserat, tantum ei reddente restitutione,
quantum abstulerat ademptio, ut communi-

ter tradunt Doctores omnes, & præcipuè *Roland. conf.45. num.25. lib.4., Odd. de restit. in integrum part.2. quæst.99. num.75., Peregrin. de Jur. Fisc. lib.5. tit.2. num.53., & seqq., Rocca disput. Jur. select. cap.71. nu.11., Cepparell. resol. fiscal. 70. num.17., Rota coram Cavaler. decis.155. num.11., coram Merlin. decis. 125. num.46. & seqq., in Romana Primogenituræ, & Fideicommissorum de Corsinis 16. Maii 1710. §. 23. coram R. P. D. Aldrovando, & 10. Decembris ejusdem anni §.10. & seqq. coram eodem, in Nullius, seù Forolivien. Castrorum 26. Februarii 1714. §. 49. coram R. P. D. Ansaldo;* iidemque illam solum adhibent moderationem, nimirum, quod, quoties Tertio ex novo
99 aliquo Jure, & causa superveniente aliquid quæsitum est, tunc ei minimè noceat subsecuta restitutio, utpotè adimere non valens id, quod non vigore privationis, sed ex alio Jure, ab eo independente, & quod medio tempore supervenit, quæsitum fuit, ut benè distinguunt *Andr. de Isern. de Feud. tit. de Vassal. decrep. ætat. fol. 108.*, & melius *fol.109. colum.1., Bursat. conf. 187. num.3. & 13., Fail. de pac. public. lib.2. cap.19. num.16.17. & 20., & num.31., post med., Roland. conf.47. num.25. lib.4., Surd. conf.203. num.39. vers. nèc monet, Cabal conf.74. num.24. & seqq., Rosenth. de Feud. cap.10. conclus.38. num.74., Peregrin. de Jur. Fisc. lib.5. tit.2. n. 53., Odd. de restitut. in integr. part.1. quæst.1. art.4. num. 49. in princ. vers. ad tertium respondetur, Mans. consult.361. num.13., Torr. variar. Jur. quæst. tom.1. tit.2. quæst.37. num.26., Rota post Merlin. de legit. decis.27. num.7. & 8., & decis. 28. num. 18., §. Minùs obstat coram san. mem. Gregor. XV. decis.114. num.6. & 7., in Romana Primogenituræ, & Fideicommissorum de Corsinis 10. Decembris 1710. §. 38. coram R. P. D. Aldrovando, confirmata 17. Aprilis 1711. §.21. & 23. coram eodem.*

Cùm igitur Reverendissimi DD. Sacræ Rotæ Auditores post secutam suppresionem regularitatis PP. Scholarum Piarum Jus eligendi Rectorem, & deputandi Ministros Collegii Nazareni adepti minimè fuerint ex nova aliqua superveniente causa, aut ex Jure ex propria persona ipsis competente, prorsusque independente à d. suppresione, sed illius vigore, veluti ex immediata causa, illud adquisiverint, secutâ idcircò restitutione dd. Patrum, istiusmodi Jus eisdem Principalibus redditum censeri debet, juxtà mox relatas auctoritates. Idque si procedit etiam in casu, in quo per ademptionem ali-
100 cujus Juris, uni factam, idem Jus veluti suum deferri deberet illi, cui, altero è medio sublato, tamquam remoto impedimento, ex Legis dispositione debitum censeretur, exemplo eorum, qui, per sententiam condemnationis è medio sublato delinquente, uti ex propria persona vocati, succedunt in fideicommissis, quod tamèn, post obtentam reintegrationem, eidem illud restituere tenentur, eò magis certè procedere asserendum erit in nostro casu, in quo, suppressâ Religione PP. Scholarum Piarum, Jus, de quo agitur, non ex Legis, non ex hominis dispositione, nullo denique ex peculiari titulo pertinere poterat ad Reverendissimos DD. Sacri Audito-
rii Patres, cùm imò potius devolutum fuisset 101
ad Eminentissimum Urbis Vicarium, tamquam Ordinarium, quemadmodum ceterorum Ordinariorum jurisdictioni subditæ effectæ fuerunt Conventuales Domus Ordinis tunc suppressi;
quamobrem Jus ex mera Principis indulgentia 102
illis concessum, post restitutionem, rediisse dicendum est ad Patres Scholarum Piarum, quibus anteà illud competebat, & quibus Summus Pontifex plenariè restituere voluit omnia Jura, quocumque ex titulo ad ipsos antea pertinentia;
id enim necessariò operatur abolitio quarum- 103
cumque contrariarum Constitutionum, Privilegiorum, & Indultorum, derogatis in specie Literis ipsis Apostolicis Innocentii X., quarum vigore controversum jus Reverendissimis Patribus indulgebatur, ut notarunt *Gloss. in Canon. ab exordio litt. L. distinct. 35., Solorzan de Jur. Indiar. tom.2. lib.3. cap.23. num.16. & 17., & in Politic. Indiar. lib.4. cap.23. fol. 692., Jacobat. in tractat. de Concil. art.2. num.1. tom.15. fol. 308., Frances de Eccles. Cathedral. cap. 32. num. 54.*

Quæ rationes majoris momenti sunt in nostra Facti specie, quia regimen, & gubernium Collegii Nazareni non simpliciter, sed causativè concessum fuit Reverendissimis DD. Sacri
Auditorii Patribus, nimirum *ut quantum fieri* 104
possit, sunt verba Brevis alibi relata, *menti bon. mem. Michaelis Angeli Card., Nazareni nuncupati, prædicti Collegii Institutoris, & Erectoris satisfiat*. Concessio itaque dicti regiminis, & gubernii, veluti facta ex correspectiva causa, ut nempè impleretur voluntas Testatoris, quæ, dissoluto statu regularitatis Ordinis Patrum Scholarum Piarum, adimpleri nequibat, tamquàm cessante causâ, resoluta censenda est, restituto statu regularitatis, in quo Testatoris voluntas plenum exitum habere poterat, ut benè in casu omninò simili argumentatur *Rota cor. bon. mem. Emerix jun. dec. 1025. num. 27.*, inquiens, quod, quoties similis suppressionis causa *postmodum vel cessavit, vel inanis apparuit*,
sunt verba decisionis, *& sic fuerit restituta ex* 105
justitia, nàm in his terminis restitutio tribuit omnia primæva Jura, ac præcedentius, etiam in præjudicium tertii, cui in medio tempore fuerunt acquisita. Eadem namque ratio adimplendi mentem Testatoris, quæ, suppressâ regularitate Ordinis, movit Summum Pontificem ad impartiendum Reverendissimis Patribus Jus eligendi Rectorem, exposcit, quod, restituto dicto Ordine primævo statui, in quo plenè, omnique ex parte illa adimpleri potest, etiam quoad Jus eligendi Rectorem idem Jus Patribus nostris Principalibus restitutum censeatur, ut secumfert natura restitutionis, & exigit ratio Juris præcipiens, ut non sint cassa judicia defunctorum, ut loquitur *Imperator Constantinus in leg. 1. Cod. de Sacros. Eccles., Simon. de Pret. de interpret. ultim. volunt. lib. 5. dub. 2. nu.68.,*

Ro-

Rota coram Royas dec. 293. num. 8., cum con-
cordantibus allegatis ab altero ex scribentibus
discept. Eccles. par. 2. discept. 31. num. 9., &
seqq.

Neque verò ut, secutâ plenâ reintegratione
Ordinis nostri cum ceteris suis Juribus, illud
etiam, de quo agitur, restitutum cenendum
106 esset, requirebatur specialis ejusdem mentio:
nam, cùm illud, tum ex Juris communis dispo-
sitione, tum ex mente Fundatoris pertineat ad
Patrem Generalem, hinc sequitur, quod, sta-
tim ac Ordo Patrum Scholarum Piarum reddi-
tus fuit primævo statui regularitatis, ipso jure
recuperavit ea omnia, quæ eidem super dicto
107 Collegio competebant, ita quidem ut, nec
etiam novæ possessionis apprehensione indigue-
rit, Bald. in dicta cap. Cùm accessissent num. 48.
de Constitut., ibi = Nam & Prælatus suppressa
Dignitatis sinè culpâ Prælati, eâ reintegratâ,
suam recuperat Prælaturam sinè aliâ novâ Inve-
stiturâ, adeo quod etiam ipso jure recuperat na-
turalem possessionem = & in simili respondit Rota
in Nullius, seu Forolivien. Castrorum 26. Februa-
rii 1714. ex §. 32. usque in finem coram R. P. D.
Ansaldo, quemadmodum idem Ordo absque
aliâ declaratione recuperavit Jura omnia, quæ
ipsi competebant respectu ceterarum Domorum
Regularium, licèt illæ vigore Brevis suppressio-
nis expresè subjectæ fuissent jurisdictioni Ordi-
nariorum.

Hæc igitur cùm ita se habeant, & abundè his
omnibus comprobatum dici posit, Jus eligendi
Rectorem Collegii Nazareni, non de Juris
communis censura, non ex voluntate Funda-
toris Reverendisimis Patribus competere va-
lens, eosdem illud asserere sibi minimè posse
ex particulari titulo desumpto, ex Brevi Inno-
centiano, superfluum sanè putandum esset as-
sumere examen nonnullorum actuum, qui ex
adverso afferuntur. Per quoscumque enim con-
108 trarios actus sive tacitè, & per meram conni-
ventiam, sivè etiam expresè à Superioribus no-
stri Ordinis permissos, præjudicium nullum in-
ferri potuit Juri quæsito universo Ordini, juxtà
opinionem constantèr receptam à Sacra Rota,
in una Hispalen. Quartæ funeralium coram
Cardinali Pamphilio Sen. impress. apud Dian.
Oper. coordinat. tom. 8. decis. 25. §. Neque fol.
mihi 86., coram Coccino dec. 2070. num. 15., co-
ram Royas decis. 179. num. 6., & sequen., coram
Carill. decis. 97. num. 19., & seq., coram Car-
dinali Cerro decis. 10. num. 2., & sequen., in
Recent. dec. 63. num. 10. par. 5., dec. 44. num. 11.,
& sequen. par. 7., in Trojana Delationis Crucis
super bono Jure 21. Martii 1708. §. final. coram
R. P. D. Lancetta, quibus adhæsit tum Sacra
Congregatio Concilii in una Lauden. secunda
Maji 1711. ad primum Dubium, tum etiam Sa-
cra Congregatio Episcoporum, & Regularium
in una Senogallien. 23. Decembris 1707., Po-
nente claræ memoriæ Cardinali Gabriellio; Ne-
109 mo enim non videt, quàm facilè Religiosorum
Ordinum status, & Jura perimerentur, si illa
Superiorum, qui frequenter mutantur, conni-
ventiâ, & facto imminui possent, juxtà concor-
dantes auctoritates, ab altero ex scribentibus cu-
mulatas in suis discept. Eccles. part. 1. discept. 8.
num. 21., & par. 2. discept. 28. num. 129., quæ
idcircò opinio si procedit, etiamsi ageretur de
actibus expresis, nullàque contrariâ observan-
tiâ turbatis, quanto magis in casu nostro locum
habebit, in quo, ut probavimus §. Nil ergo mirum,
concurrit contraria observantia, &, quod magis
est, actus omnes, qui in contrarium enumerari 110
possunt, vel æquivoci sunt, vel tamquàm clande-
stini, & ignorati à P. Generali, nullam adver-
sus eum constituere possunt observantiam, sivè
interpretativam, sive præscriptivam.

Nullo enim numero habendus videtur primus
actus remotionis, videlicèt P. Stephani de An-
gelis, ab Officio Rectoratus cum subsecuta depu-
tatione in Rectorem P. Camilli à S. Hierony-
mo, id enim, cum evenerit anno 1646., & sic 111
eo tempore, quo ob mutationem status Ordinis
nostri, regimen, & gubernium dicti Collegii
relictum fuerat Reverendisimis DD. Patribus
Sacræ Rotæ Auditoribus, ex simili actu gesto di-
cto tempore, induci nequit Jus pro tempore
præsenti, in quo Religio restituta reperitur pri-
mævo statui, Rota coram Zarat. decis. 83. n. 21.,
& seqq., cor. R. P. D. Ansaldo decis. 94. n. 21.;
Ut enim ex actibus elici posit observantia sta-
tuens Jus quoad certum statum, & casum, ge- 112
stos esse oportet cum qualitatibus, & circum-
stantiis, tali casui congruentibus, Surd. cons. 354.
num. 26., Cyriac. contr. 460. num. 35., Gratian.
discept. 909. num. 11., clar. mem. Card. de Luca
de Paroch. disc. 38. num. 19., Rocca disput. Jur.
select. cap. 79. num. 11., Rota decis. 489. n. 18.
par. 9. tom. 2., decis. 278. num. 7. par. 12., dec. 227.
num. 9. par. 18., coram bonæ memoriæ Emerix
Jun. decis. 1206. num. 13., & novisimè in Bur-
gen. Jurisdictionis super approbatione Vicario-
rum, & iterato examine 23. Februarii 1714.
§. Sentiens ad med. cor. R. P. D. Falconerio.

Ut etiam parum urget alter actus, quo P. An-
tonius à S. Francisco, vigore Literarum paten-
tium, à Reverendisimis Sacri Auditorii Patribus
illi traditarum, deputatus fuit Procurator, vel
adjutor P. Rectoris, malâ valetudine laborantis,
quia tales Literæ expeditæ fuerunt insciis Supe-
rioribus Religionis, proindeque fit locus illi Ju-
ris regulæ, quâ traditur, præjudicium nullum
irrogari posse ex actibus gestis, inscio, & igno- 113
rante eo, de cujus interesse agitur, ex animadver-
sis per Abb. in cap. Cum contingat num. 11. de
For. compet., ac firmatis per Rot. cor. Royas de-
cis. 210. num. 6., coram Priolo decis. 128. num. 7.,
coram bonæ memoriæ Emerix Jun. decis. 1167.
num. 10., in Melevitana Fideicommissi 21. Fe-
bruarii 1710. §. Vis nulla coram Eminentissimo
D. Card. Priolo, confirmata 12. Decembris ejus-
dem anni §. penult. cor. R. P. D. Crispo, & 20.
Martii 1711. §. ultim. coram eodem, &, quod ma-
gis est, quando die 24. mensis Maji anno 1678.
à Superioribus nostri Ordinis deputatus fuit Vi-
ce-Rector, & deindè creatus Rector Collegii,
talis deputatio facta fuit ad commendationem

114 Reverendissimorum Patrum, qui frustrà offi-
ciis impetrare curassent id, quod ipsis Jure suo
competebat., *Thabor. axiom. Jur. lib. 6. cap. 39.*
axiom. 10., ut etiam non permisissent, quod ab
anno 1683., quo iterum à P. Generali electus
fuit Rector, & in successivis Congregationibus,
in eodem officio confirmatus, in illo perdura-
ret usque ad obitum secutum anno 1704.; Tot
autem solemnes actus palam gesti prævalere
proculdubio debent simplici expeditioni dicta-
rum Literarum patentium, insciis Superioribus
Ordinis factæ à Sacra Rota.

Hunc autem excipit tertius, concessio nempè
similium Literarum patentium, post obitum
P. Antonii, à Sacra Rota facta P. Theodosio à
S.Catherina ultimo Rectori, & in hoc munere
successori P. Antonii: Verùm animadverten-
dum est, præfatum P. Theodosium à P. Generali,
die 26. mensis Novembris anni 1704. reverà
electum in Rectorem Collegii, vigore Literarum
115 patentium, ab eodem extraditarum, Rectora-
tus possessionem adeptum fuisse; deindè verò
paucos post dies, inscio P. Generali, alias Literas
patentes accepisse à Sacræ Rotæ Decano, quæ
tamquam secretò semper ab ipso retentæ, nul-
lum Jus statuere possunt favore RR. *PP.*, ex
firmatis *in §. praecedenti*.

Postremus actus gestus fuit anno 1709. occa-
sione remotionis Præfecti, & cujusdam Reli-
giosi laici, adversus quos cùm turbas excitas-
sent quidam Collegiales, pro illis sedandis Re-
verendissimi Patres decreverunt, P. Præfectum,
& Laicum removendos esse; Ex hoc autem
actu impugnato, modo, quo potuit, per P. Ge-
neralem, frustrà statui contenditur Jus Reve-
rendissimorum Patrum; quippè ille, qualiscum-
116 que sit, tamquàm unicus, nullo numero haben-
dus, aptusque non est præjudicium ullum infer-
re Juribus P. Generalis, quæ ut contrariâ ob-
servantiâ sublata dici queant, eamdem legiti-
mè præscriptam fuisse, oporteret, *Rota in una Ro-*
mana Pensionis cor. bonæ memoriæ Emerix Jun.
decis. 1204. *num.* 21., ubi loquens de simili ob-
servantia, allata contra Rectorem Collegii Ger-
manici, ait = *Non suffragante contrariâ obser-*
vantiâ, quæ ad hoc, ut uni tollat, & alteri tri-
buat, debet esse legitimè præscripta = quæ decisio
confirmata fuit, die 9. mensis Decembris anni
1695. *cor. Emo D. Card. Scottò*, & consonat
Rot. cor. R. P. D. Ansaldo decis. 38. *num.* 32.,
& passim apud alios.

Verùm prætereà dicimus, quod, si in omnibus
humanis actibus admonemur, spectandam esse
rationem temporum, quibus illi gesti fuerunt,
ut ex eisdem Jus statui possit; Profectò, si in-
tueamur improvisam perturbationem rerum,
in qua P. Generalis permisit Religiosorum re-
motionem, ex ea nulla deduci poterit legitima
observantia; nàm ille magis solicitus de sedan-
do tumultu, quàm de suo Jure retinendo, ex-
pedire censuit, obsequendo majestati tanti Tri-
117 bunalis, adquiescere judicio Reverendissimo-
rum Patrum; Quamobrem ex eo, quod ex qua-
dam reverentia gestum fuit, præjudicari nullo
modò potuit juribus Religionis, *Murga in Con-*
stitut. Apostol. in addit. ad decis. 12. *num.* 11.,
Rota coram Card. Seraphino decis. 2278. *num.* 3.
coram Carillo decis. 159. *num.* 14., *in Montis.*
ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. decis. 9. num. 69.
lib. 3. tom. 3., præsertim verò, quià agitur de 118
actu recenti, ex quo ob defectum legitimi tem-
poris nulla elici potest observantia perimens
Jus, ex clara Legis dispositione, atque ex volun-
tate Fundatoris P. Generali quæsitum; hoc nam-
que casu inefficax est observantia quævis, tam-
etsi merè interpretativa, utpotè in dubiis tan- 119
tùm dispositionibus locum sibi vindicans, *Rot. in*
rec. decis. 211. *sub num.* 15. *par.* 19.; Non omit-
tendo denique, quod frustrà in hac Causa præ-
sidium quæritur ab observantiâ desumptâ ex
adeò paucis actibus, eò quod agatur de deputa-
tione Rectoris, aliorumque Officialium, qui,
tamquam Religiosi, obedientiarii sunt, & trien- 120
nales, ideoque pro constabilienda legitima,
atque efficaci observantia afferendæ essent de-
putationes, sivè confirmationes Rectorum fa-
ctæ de triennio in triennium, quæ ab anno
1625., quo fundatum fuit Collegium, longè ex-
cederent exiguum numerum quatuor actuum,
qui in contrarium afferuntur, licèt nihil ponant
in esse, ex superiùs adductis.

SECUNDUM DUBIUM.

Ad quem spectat gubernium, & regimen ejus-
dem Collegii etiam quoad ea, quæ con-
cernunt correctionem morum?

Huc redit illa eadem Juris nostri regula præ- 121
cipiens, ex iis, quæ cuipiam competunt, quate-
nùs ab alio dantur, neminem arrogare sibi pos-
se plus eo, quod datum fuerit; Quamobrem,
cum gubernium, & regimen Collegii, etiam in
iis, quæ pertinent ad correctionem morum, à
clar. mem. Cardinali Tonto illius Fundatore
expressè impartitum reperiatur Patribus Scho-
larum Piarum, non verò Reverendissimis DD.
Sacri Auditorii Patribus; hinc est, quòd iidem
ea sibi assumere nequeant, tanquam non ipsis,
sed Patribus principalibus nostris à Fundatore
concessa, ut probatum fuit *§. 1, & seqq.*

Quòd autem tum regimen, & gubernium
Collegii, tum etiam jus corrigendi mores, nul-
libi à Testatore elargitum Reverendissimis DD.
Patribus, expressè, & pleno quidèm jure tribu-
tum fuerit Principalibus nostris, clariùs, quàm
nos dicendo verbis explicare possimus, resultat
ex pluribus testamenti locis. In *§. Residuum*,
dum legavit supellectilia quædam Oratorio,
quod in suo palatio construendum erat pro
commoditate Scholarium, in Collegio degen-
tium, loquitur his verbis = *Reliquit &c. infra-*
scriptæ Cappellæ, seù Oratorio, quam, seù quod
in infrascripto suo palatio, vel in loco illi eorum
contiguo, construi jubet, ut infrà, pro commodi-
tate, & convenientia Collegii Scholarium ibi-
dem erigendi, & permanendi, sub curâ, & regi-
mine RR. Patrum Religiosorum Scholarum Pia-
rum

rum Urbis =, & clariùs id expressit in *§. Omnia*,
dum mandavit, in d. Collegium recipi duodecim saltèm adolescentulos, *eosque*, sunt verba
testamenti, *sub disciplinâ prædictorum RR. PP. Religiosorum Scholarum Piarum Urbis
summo Dei timore educari* =; neque ignarus
idem Testator, cœtum ullum regi minime posse sine legibus, eorum Instituto accommodatis,
eas unà cum præfatis Patribus condi voluit ab
Executoribus testamentariis, ab ipso deputatis,
& denique præcipiendo dd. Legum religiosam
observantiam, ad illarum normam adolescentulos, in Collegio degentes, regi, atque educari,
mandavit, inquiens = *quos omnes adolescentulos Scholares sub gubernio, curâ, & disciplinâ prædictorum RR. Patrum Religiosorum ibidem instrui, & educari voluit, ex quibus quidèm RR. Patribus quatuor ad summum ad curam, & regimen d. Collegii, alios quatuor pro Magistris, & Lectoribus &c. destinari jussit*. =

122 Ideoque, si Fundator Collegii Scholares
subjecit curæ, & regimini Patrum Scholarum
Piarum, eosque sub eorum disciplinâ educari,
præcepit; hinc profectò sequitur, eisdem concessisse Jus corrigendi mores adolescentulorum,
curæ ipsorum, regimini, & disciplinæ traditorum, *Rot. in rec. decis. 15. num. 7., & decis. 17. num. 2. part. 1., in Nullius, seù Provinciæ Hispalen. Juris deputandi, & amovendi Vicarium super negotia principali 21. Februaris 1707. §. 3. coram Rmo Molines, confirmata 10. Junii ejusdem anni §. Constituta coram eodem, & 12. Decembris ejusdem pariter anni §. Dum igitur coram R. P. D. Aldrovando*; Certius in casu nostro, quia ille pro retinendis adolescentulis sub
meliori disciplinâ peculiares ab eisdem Patribus
123 unà cum Executoribus condi voluit leges; iis
autem, quibus potestas data est ferendi legem,
competit etiam potestas earumdem curandi observantiam, atque corrigendi eos, qui illis non
obsequuntur, per *Text. in leg. Sanctio legum. 41. ff. de pœn. §. Sanctè 10. Instit. tit. de rer. divis., & acquir. ipsarum domin., Bartol. in leg. Imperium ff. de Jurisdict. omn. Judic., Salas de legib. disput. 1. sect. 9. num. 54., Bonaccin. oper. moral. tom. 2. disput. 1. quæst. 1. punct. 1. sub n. 1.*, & concinit *sententia Aristotelis lib. 10., & hic cap. ultim., & Taciti annal. lib. 11., & R. P. D. Petr. ad Constit. Apostol. tom. 4. fol. 191. num. 1.*

Quæ, si, inspectâ mente, & voluntate Fundatoris, plana sunt, respectu adolescentulorum, in Collegio degentium, magis plana certè
erunt respectu Religiosorum, in eodem Collegio illorum curæ, atque educationi vacantium;
horum namque correctio proculdubio pertinere
124 debet ad eorum Superiores Regulares, quorum
est animadvertere in Subditorum excessus, ad
Text. in cap. cum ad Monasterium 6. §. Prior autem de Stat. Monach., ibi = *Prior autem &c. zelum Religionis habeat, secundùm conscientiam, ut Delinquentes corripiat, & castiget.* =, *Canon. Abbates ad fin. 18. quæst. 2., Abb. in cap. Si quis Clericum num. 47. de for. compet., Fagnan. in cap Cum dilectus num. 46. vers. neque dubitari de consecrat., Murga quæst. Pastoral. part. 3. quæst. 13. num. 3., & quæst. Canon. tom. 1. tract. 1. disquisit 3. n. 1., Pellizzar. de Regular. tract. 9. cap. 1. num. 36., & cap. 5. num. 2., Caramuel. theolog. regular. in Commentar. regul. P. Benedict. cap. 05. disput. 115. num. 1755., Alvan. canon. resol. lib. 3. cap. 4. num. 15., Barbos. super Concil. Trident. sess. 14. de reform. cap. 1. in fin. vers. Prælatis Regularibus, Tondut. quæst. benefic. tom. 1. cap. 41. num. 25.*, & hæc fuit
etiam mens Fundatoris Collegii, qui dum in
suo testamento declaravit, quod Religiosi destinati, atque in Collegio incumbentes educa- 125
tioni adolescentulorum, vivere tenerentur,
juxtà eorum Instituti regulas, proculdubio voluisse censendus est, quòd subjicerentur correctioni suorum Superiorum Regularium, ad
quos ex suo Instituto illarum observantiam procurare pertinebat.

TERTIUM DUBIUM.

An, & cui competat administratio Bonorum hereditariorum clar. mem. Cardinalis Tonti?

Hujus quoque Dubii resolutio plana redditur ex litera testamenti, in quo Fundator,
idem Collegium nuncupando suum hæredem
universalem, quod attinet ad Bonorum administrationem, loquitur his verbis = *Cujus quidèm hereditatis omnes, & singulos reditus, fructus, & proventus, pro tempore decurrendos, & maturandos, per Rectorem pro tempore ejusdem Collegii ex prædictis RR. Patribus Religiosis Scholarum Piarum eligendum, & deputandum &c., exigi, & administrari, in Libro particulari, ab aliis eorum Religionis rebus, & negotiis separato, diligenter adscribi* =; Profectò, nisi apertam vim verbis facere, & expressæ voluntati
Testatoris inferre velimus, nullo colore in dubium revocari poterit, quin plenaria admini- 126
stratio rerum, & Bonorum Collegii pertineat
ad P. Rectorem, aliosque Patres Scholarum
Piarum, quibus Testator non solùm commisit
regimen illud œconomicum rei familiaris,
quod residet penès unumquemque Patrem-familias, sed ministerialem quoque illorum operam requirens, ab eisdem exigi hereditarios
reditus, & in familiarem codicem accepti, &
expensi rationes referri, jussit. Præterea prudens
Fundator summoperè cupiens, quod perpetuò
conservarentur Bona, pro dote Collegii ab ipso
destinata, prohibuit quamcumque illorum alie- 127
nationem, nisi ad effectum illa denuò investiendi in Locis Montium non vacabilibus, censibus, aut Bonis stabilibus, *ad electionem R. P. D. Rectoris pro tempore ejusdem Collegii*, sunt
verba Testamenti. Hæc autem electio, utpotè
connotans arbitrium eligendi id, quod utilius,
aut commodius est ipsi eligenti, præsupponere
in eo videtur Jus etiam administrandi rem illam, in qua ad ejusdem utilitatem faciendum
est

128 est Iovestimentum : cujus argumenti vis eludi
nequit istiusmodi arbitrii moderatione, deindè
factâ à Testatore, præcipiente, quod Iovesti-
menta isthæc perageoda essent *cum scientia ta-
men, & consensu suorum Executorum, donec
vixerint, illis verò vitâ functis, cum participatio-
ne, & consensu Rmi D. Sacræ Rotæ pro tempore
Decani*; Nam familiaria oimis in jure nostro
129 sunt exempla, quibus alterius conseosus requi-
ritur solummodò pro majori solemnitate, &
firmitate actus, tali consensu auctorizaudi, non
autem, quia actus quoquo modo pertineat ad
illum, cujus consensus requiritur; proindèque,
130 cùm Fundator requisiverit consensum Reveren-
dissimi D. Decani, pro majori securitate Inve-
stimenti faciendi, hinc inferri nequit, quod in
cundem, ejusque Reverendissimos Collegas
transtulerit omnimodam administrationem re-
rum Collegii, quæ, si deficeret expressa illius
voluntas, ut mox dicetur, ex sola Juris disposi-
tione pertineret ad Collegii Rectorem. Quam-
obrem, cum in verbis testamenti ambiguitas
131 nulla sit, minùsque ulla voluntatis quæstio esse
queat, proculdubio ad P. Rectorem spectabit
administratio Bonorum, quæ in eundem, ex
clara Fuudatoris dispositione, collata reperitur,
ad tradita per *Rotam coram Royas decis. 75.
num. 1.*, & saoè, si ex Juris communis disposi-
132 tione, penès Rectorem, aut quemcumque Re-
gularis, sive Conventualis Domus Superiorem
residet Jus administrandi illius Boua, prout ad-
vertunt *Abb., & Bellamer. in cap. Deputati de
Judic., ille sub num. 11., hic sub num. 2., Bero
cons. 116. num. 9. lib. 1., Gratian. disceptat. 395.
num. 39.*, & de Rectore Collegii Germanici re-
spondit *Rota cor. bon. mem. Emerix Jun. decis.
749. num. 5.*, ibi = *Erat legitimus Rector, pe-
nèsque illum residet totale regimen, & admini-
stratio Bonorum, & Jurium Collegii* =, *& de-
133 cis. 1204. num. 19.*, ibi = *Quia, præter quod Jus
in hac parte assistit Rectori, qui dicitur legiti-
mus Administrator Collegii, seù Beneficii*, quæ
postrema *Decisio* reperitur impressa etiam ad
ornat. *clar. mem. Card. de Luc. de Jurepatron.
decis. 1. num. 9., & in Mantis. ad eumdem sub
eodem tit. decis. 66. num. 12.*, eadem proculdu-
bio adimi non poterit Patribus Principalibus
nostris, quibus expresè illam detulit Collegii
Fundator.

Et quantumvis in tanta rei claritate nullo
egeamus aliorum argumentorum admiuiculo;
Nihilominus, si requirantur, non desunt vali-
dissima argumenta, desumpta tum ex visceri-
bus ipsius fundationis, tum etiam extrinsecùs
advenientia, quibus Jus plenariæ administra-
tionis œconomicæ rerum Collegii competentis
134 RR. Patribus Principalibus nostris confirme-
mus. Et primo quidèm loco sese offert illud
consurgens ex obligatione, eisdem injuncta red-
dendi quotannis rationem Reverendissimis Sa-
cræ Rotæ Auditoribus de omnibus reditibus
hereditariis; Inde autem sequitur, administra-
tionem rerum Collegii necessariò pertinere de-
135 bere ad Patres Principales nostros; Nam, si illa
spectaret ad Reverendissimos DD., iidem sibi
ipsis rationem reddere tenerentur; quod adver-
satur nedum illi, omnium ore trito Juris nostri
axiomati, quo actio, & passio in eodem subje-
cto dari prohibetur, verum etiam expresè resi-
stit voluntati Testatoris, qui Administratorem
Bonorum, de administratione sua rationem red-
dere obligatum, consideravit tamquam perso-
nam distinctam ab illa, cui ratio reddenda erat.

Alterum verò argumentum promanat ex fa-
cto Executorum testamentariorum clar. mem.
Cardinalis Tonti, penès quos in dubium venire
nequit, quin resideret plena, & libera dd. Bo- 136
norum administratio; Isti autem, dum sese illâ
abdicaruut, eam pleno Jure dimiseruot penès
Collegii Patres, quibus ex Fundatoris volunta-
te deberi professi fuerunt; præsertim verò in
casu nostro, in quo potissimùm hujusmodi ad-
ministrationis dimissio, ejusdemque translatio
ab Executoribus testamentariis facta in Patres
Scholarum Piarum, approbata fuit Literis Apo-
stolicis, in forma Brevis sao. mem. Urbani VIII.
directis Emineotissimo Urbis Vicario, quibus
eidem mandavit, quod auctoritate Apostolicâ
approbaret, atque confirmaret subrogationem
in administratione, de Præposito Generali, &
Collegii Rectore factam loco dd. Executorum,
circumscriptâ quoad hæc, quatenùs opus esset,
dispositione Testatoris; Quibus denique robur
addit subsecuta observantia, desumpta ex innu-
meris actibus, & quidèm gestis, præsentibus, 137
minimèque reclamantibus RR. DD. Sacri Au-
ditorii Patribus, ex quibus evidens, & apertum
redditur, RR. PP. Principales nostros retinuisse
semper administrationem Bonorum d. Collegii,
quanti autem illa valeat pro interpretandis,
tum testamentariis, tum aliis quibuscumque
dispositionibus, latè probatum fuit superioribus
locis.

Cùmque tali observantiâ conjungantur utra-
que tempora, illa oimirùm, quæ effluxeruut
ante suppressionem regularitatis nostri Ordinis,
factam ab Innocentio X., & illa, quæ post
ejusdem restitutionem decurrerunt, id exubera-
ret, ne Reverendissimi Patres talem admini-
strationem arrogare sibi possent, sub obtentu,
quod in Brevi Innoceutiano, edito occasione
dictæ suppressionis, regimen, & gubernium
Collegii eorum omnimodæ dispositioni reli-
ctum fuerit. At, ne colore isto Jus hoc tribuere
sibi possint, urgent ea, quæ latè deducta fue-
runt *usque ad fin.* examiois primi Dubii, 138
quibus demonstratum fuit, quod, abrogato
à san. mem. Alexandro VII., & Clemen-
te IX. Breve Inuocentii X., ob plenariam re-
stitutionem ad statum regularitatis, concessam
Ordini Patrum Scholarum Piarum, iidem re-
integrati fuerunt ad Jura omnia, per suppressio-
nem regularitatis ipsi adempta, prout exposce-
bat natura restitutionis, quæ tantum illis reddi-
dit, quantum abstulerat læsio.

Frustrà autem, subtiliùs interpretando verba
præfati Brevis, objicitur, quod restitutio com-
prehendere quidèm potest Jura illa, quæ ante-
pri-

privationem Restituto competebant, at uon
etiam ea, quibus idem non potiebatur, ut in
casu nostro regimen, & gubernium Collegii
Nazareni mioime pertinuisse ad Patres Schola-
rum Piarum, satis innui dicebatur ex eo,
quod Summus Pontifex Innocentius X. illud
non fuerit elargitus, sed, tamquam jam com-
petens, reliquerit Reverendissimis DD. Sacri
Auditorii Patribus, ibi = *Regimen autem, &*
139 *gubernium Collegii Nazareni dilectorum filiorum
Causarum Palatii Apostolici Auditorum omni-
modæ dispositioni relinquimus* =, quàm autem
debile sit argumentum, desumptum ex intelli-
gentia illius verbi *relinquimus*, facilè demon-
stratur ex ejusdem significatione, quæ, utpotè
apta ad comprehendendum omnem disponendi
modum, ex notatis per *Rebuff. de verbor. signif.
leg. 88. verb.* relinquere, *Peregrin. de Jur. Fisc.
lib. 3. tit. 9. num. 14., & seq., Gratian. discept.
124. num. 4., & plurib. seqq.*, non solum refer-
140 tur ad continuationem antiqui status, sed etiam
ad acquisitionem, factam ex novi tituli largitio-
ne; Quamobrem, si proferatur in ultimis vo-
luntatibus, importat Institutionem, sive Lega-
141 tum, ex Juris locis cumulatis in *Lexicon. Jurisd.
Calvin. in verb. relinquere, & relinquo*; Si ve-
rò usurpetur in contractibus, aliisque similibus
142 actibus, secumferre potest donationem, alium-
que similem actum inter vivos, *Alexan. in leg.
Nemo C. qui Testam. facer. poss., Rub. Alexan-
drin. cons. 46. num. 3., Gratian. d. discept. 124.
num. 3., & pluribus seqq., Torr. de pact. futur.
success. lib. 3. cap. 2. num. 387., Rocca disput.
Jur. select. cap. 28. num. 62., Mans. consult. 103.,*
143 *& seqq.*, tàm autem Institutum, & Legatum,
quàm etiam donatio, aut alius similis actus li-
beralis largitionis ad novi tituli concessionem,
non autem ad antiqui Juris præservationem re-
fertur. Quæ porrò interpretatio eò certiùs reci-
pienda est in casu nostro, quia conformis est
menti, & verbis, quibus Fundator voluntatem
suam declaravit, coadjuvatur observantiâ, quæ
præcessit suppressionem regularitatis nostri Or-
dinis, & subsecuta fuit illius reintegrationem,
& denique superlativè confirmatur ex facto ipso
Reverendissimorum Patrum, qui, ut supra no-
tatum fuit, Jus omne suum, non ex Brevi In-
nocentiano, sed ex testamento clar. mem. Car-
dinalis Touti desumpserunt.

QUARTUM DUBIUM.

*An electio Alumnorum fieri debeat à Reveren-
dissimis PP. DD. Sacræ Rotæ Auditoribus,
prævio examine, & relatione RR. PP. Scho-
larum Piarum super idoneitate, moribus, &
ingenio personæ eligendæ?*

Disponat Testator, *& sit lex ejus voluntas*, ut
sancivit *Imperator in Authen. de Nuptiis §. Di-
sponat*. Cùm itaque clar. mem. Card. Tontus in
electionibus Scholarium faciendis à Reveren-
144 dissimis DD. Sacri Auditorii Patribus certum
præscripserit modum, ut nempè *Illum in Scho-
larem d. Collegii eligant, & præsentent, quem
pauperiorem, melioresque, & egregioris indolis,
ingenii, & morum, ac aliis qualitatibus, & con-
ditionibus &c., prædictorum tamen RR. PP. Re-
ligiosorum Scholarum Piarum, à quibus primo
loco examinari debeant, relatione dotatum inve-
nerint* =; prætermitti proculdubio nequibit mo-
dus iste à Testatore præscriptus, præsertim ve-
rò, quia constitutus fuit per viam conditionis,
& formæ, quam importat tum dictio illa *ta-
men*; *Rota cor. R. P. D. Ansaldo decis. 86. n. 33.*,
ibi = *Quæ formam inducit, & conditionem priùs
adimplendam importat* =, tum etiam alia illa
verba = *& in hujusmodi electionibus ità procedi
voluit* =, quæ operantur, ut, nisi præcesserit
examen, & relatio qualitatum Scholarium præ-
eligendorum, electio exerceri nequeat.

QUINTUM DUBIUM.

*Ad quem spectet invitare, & recipere Eminen-
tissimos, & Reverendissimos DD. Cardinales,
aliosque Magnates in Academiis, aliisque
functionibus d. Collegii?*

Cum latissimè probatum fuerit *§. 1., & plu-
rib. seqq.*, quod Reverendissimi DD. Sacri Au-
ditorii Patres in hoc Collegio nullum aliud Jus
habeant, quàm illud, quod ipsis datum est, in- 145
de sequitur, colore nullo vindicare posse Jus, de
quo agitur, quod, utpotè ipsis nullo testamenti
loco concessum, relictum censendum est penès
Præpositum Generalem, Rectorem, & Patres
Collegii, quos Testator præfecit ipsius regimi-
ni, & à quibus Scholares liberalibus disciplinis
exculti, & politiori literarum genere eruditi in
academiis, & publicis functionibus specimen
exhibent fructus, quem ex optimarum artium
studio tulerunt; Certiùs, quia Patres Collegii,
non solùm sedulo studio, & curâ Scholares in- 146
struunt, sed P. Rector indicit academias, &
publicas functiones, à Collegialibus peragendas,
proindèque ad ipsum etiam spectabit invitare &
Eminentissimos Cardinales, aliosque Magnates
advenientes excipere; Ipse enim est Prælatus,
qui, ut probatum fuit *§. Porrò, & seqq.*, non pre-
cario Jure, sed ex potestate, sibi à Jure tributa,
præest domui isti religiosæ, in qua propterea 147
quemadmodum ipsi competit omnis præemi-
nentia in iis, quæ pertinent ad Collegium, *Ca-
non. in Apibus 7. caus. 7. quæst 1.*, ita etiam ab
illo honores adhibendi sunt iis, qui dignitate,
& interventu suo condecorant solemnes fun-
ctiones, quæ in eodem Collegio celebrantur.

SEXTUM DUBIUM.

*An facultas revidendi computa competens RR.
PP. DD. Auditoribus Sacræ Rotæ extenda-
datur etiam ad menstruas præstationes, quæ
à Convictoribus solvuntur?*

Negativa hujusmodi Dubii resolutio certò
certiùs promanat ex illis alibi relatis testamenti
ver-

verbis, quibus clar. mem. Card. Tontus præ-
cepit, Omnes, & singulos suæ hereditatis redi-
tus, fructus, atque proventus per Rectorem exi-
gi, & administrari, & in libro particulari, ab
148 aliis Religionis rebus, atque negotiis separato, di-
ligenter adscribi, & in fine cujuslibet anni in
Sacræ Rotæ Auditorio exhiberi; Enim verò,
si Reverendissimis Dominis Sacri Auditorii Pa-
tribus impartita reperitur à Testatore facultas
inspiciendi, examinandique librum, comple-
ctentem solos reditus, ac fructus suæ heredita-
tis, colore nullo, nullàque justâ ratione talis
facultas extendi, porrigique contenditur ad ex-
pungendas rationes, etiam respectu menstrua-
rum præstationum, quæ à Convictoribus per-
solvuntur, quæque cum prædictæ hereditatis
reditibus nil habent comune; Facultas namque
149 ad certum, determinatumque casum restricta,
nonnisi in eo præciso, determinatoque casu
exerceri potest, ex doctrina Bartoli in leg. Alio
num.11., ibi = Quære, utrùm Executores, qui
habent potestatem vendendi, possint permutare,
150 vel obligare? & videtur, quod non = ff. de ali-
ment., & cibar. legat., & in leg. Sicut 8. §. Sed
si permiserit num. 1. ff. quib. mod. pign., vel hy-
pothec. solvat., Camerar. in cap. Imperialem de
prohibit. Feud. alienat. per Frideric. pag. 49.
lit. G., Fabian. de Mont. in tract. de empt., &
vendit. quæst. 2. princip. num. 5. inter tract. magn.
tom. 6. part. 1. fol. 39., Gratian. discept. 580.
num. 8., Montan. contr. 13. num. 9., & seqq.,
Monent. decis. 31. num. 25., & 26., Rota in rec.
decis. 41. num. 10., & seqq., & decis. 325. n. 3.,
& seqq. part. 10., coram Priolo decis. 317. n. 19.,
& seqq., ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de
Fideicom. decis. 96. num. 12., & in Romana Sal-
viani 17. Junii 1710. §. Minimè obsistente cor.
R.P.D. Falconerio.
Neque verò istiusmodi facultas, quæ Reve-
rendissimis Dominis Sacræ Rotæ Auditoribus
ex Judicio Testatoris minimè competit, com-
parata dici potest ex eo, quod menstruæ præ-
stationes, de quibus agitur, aliàs fuerint à Re-
ctoribus Collegii adnotatæ in eo ipso libro, in
quo descripti leguntur reditus prædictæ heredi-
tatis, ità quidèm, ut Sacra Rota de illis etiam
rationem exegerit in computorum dispunctione;
151 Talis quippè adnotatio, cùm proculdubio facta
fuerit per errorem, præjudicium nullum irro-
gare potest, ad tradita, per Rot. coram Priol.
decis. 201. num. 7., & ad ornat. clar. mem Card.
de Luc. de Donat. decis. 28. num. 19.; Præsertim
152 verò, quia res est de Collegio, cui error, &
negligentia particularium Rectorum nocere
nullo pacto potest, Pasqualig. quæst. Canon.
centur. 4. quæst. 339. num. 22. 30., & 45., Pila-
ja decis. Pontif. lib. 1. decis. 10. num. 54., Sperell.
decis. 37. num. 64., & seqq., R.P.D. Zaul. ad
Statut. Favent. tom. 2. lib. 6. rubr. 4. num. 34.
153 fol. 175.; Vel, si quoquo modo nocere dici po-
test, nocebit tantùm quoad præteritum, at non
etiam quoad futurum tempus, eò quod non
agitur de actu momentaneo, sed habente tra-
ctum successivum, & effectum reiterabilem,
juxtà originariam distinctionem Bartol. in leg.
final. in fin. ff. de Constit. Princip., quam sequun-
tur Andr. de Bacal. in l. 2. num. 10. Cod. de his,
qui spont. muner. public. subeunt lib. 10., ibi
= Ex his, quæ dixi, patet solutio talis quæstionis, 154
quam vidi de facto: Januenses, sive Pisani ha-
bent privilegium immunitatis vectigalium, solve-
runt per unum, vel duos annos, vel etiam per de-
cem; contrà privilegium fecerunt, an tali casu
privilegium sit amissum, ut teneantur solvere in
futurum? dico, quod non, quia recipit reiteratio-
nem =, Camil. Medic. cons. 63. num. 3., & seqq.,
Gregor. Lopez lib. 42. tit. 12. part. 3., ibi = Ne-
que obstat id, quod habetur in d. cap. Cùm acces-
sissent de Constit., quod per unum actum contra-
rium privilegio, quis perdat privilegium, quia il-
lud procedit, quando privilegium continebat
actum momentaneum, & non iterabilem effectum;
Secùs verò, quando habet tractum successivum =
Barbos. in cap. Cùm accessissent nu. 6. de Constit.,
& in tract. de Offic., & Potest. Episcop. allegat.
26. num. 15. in fine, Fontanell. de pact. nuptial.
claus. 4. gloss. 10. part. 1. num. 131., ibi = Idem di-
cimus de eo, qui, licèt immunitatem haberet,
passus tamen fuit, se describi in Æstimo, & Ca-
tastro, vel libro solutionum, non præjudicat sibi in
futurum, sed pro illa tantùm vice =, & sub nu.
132., Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 41.
num. 6., latè R. P. D. Zaul. ad Statut. Favent.
tom. 1. in observ. ad Proœm. num. 48., & tom. 2.
lib. 6. rubr. 4. num. 35., & seq., Magon. decis.
Florent. 143. num. 9., Reverter. decis. 38., &
39. per tot.
Prout etiam nullo numero habendum est,
quod Convictores reputari debeant, tamquam
quid accessorium Collegio, proindèque prædi- 155
ctæ menstruæ præstationes eodem Jure censen-
dæ sint, ac fructus hereditarii, juxtà illam, om-
nium ore tritam, Juris nostri regulam, quâ tra-
ditur, accessorium assumere naturam principa-
lis; Quantum enim vera est mox dicta regula,
tantum recepta est ejusmodi limitatio, quando
nempè accessorium potest per se subsistere, uti
separabile à principali, & accessio non est con-
creta, sed discreta, ex adductis per Alexand.
cons. 4. num. 5. lib. 1., Guil. de pac. publ. lib. 1.
cap. 5. num. 24., Mierez. de Majorat. quæst. 10.
num. 55., Molin. de Rit. Nuptiar. lib. 1. cap. 12.
num. 22., Barbos. axiom. 4. num. 10., Thabor.
axiom Jur. lib. 1. cap. 8. axiom. 5. limit. 1., & 3.,
Rot. coram Bich. decis. 105. n. 3., & seqq.; non
absimili exemplo Beneficiorum, quæ, si æquè 156
principaliter uniantur, retinent proprium no-
men, propriasque leges, ac privilegia, Garz. de
Benefic. part. 12. cap. 2. quæst. 43., Rot. in Recen.
decis. 65. num. 7. part. 15., latè in Salisburgen.
Vicariæ super bono Jure 4. Februarii 1715.
§. Unionem coram R.P.D. Crispo; Vel alicujus
loci, qui alteri uniatur; Si enim unio, & aggre- 157
gatio sit æquè principalis, locus unitus non cen-
setur alteri ità suppositus, ut unum, & idem ef-
ficiantur, per ea, quæ advertunt Solorzan. de Jur.
Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 19. num. 48., Salon. de
Pac. ad leg. Thaur. lib. 1, relect. fol. 124. num. 151.
vers.

vers. Rursus, Cravet. de antiquit. temp. part. 4. num. 27. vers. Sed adverte, Rot. in Recent. decis. 316. num. 8., & 9. part. 9., decis. 65. num. 4., & 5. part. 15.

158 In dubium autem venire nequit, quin ag-
gregatio Convictorum, ex Industria Patrum
Scholarum Piarum facta Collegio, prorsùs di-
screta sit, ac separabilis à coetu Alumnorum;
Hi namque in Collegium minimè admittun-
tur, nisi priùs legitimis documentis de qualita-
te paupertatis, à Testatore requisita, docuerint;
Admissi verò, non aliâ veste, quàm violaceâ
indui possunt; Vice autem versâ Convictores
recipiuntur, tametsi essent ditissimi, & veste
159 nigri coloris utuntur. Alumni reditibus, à Fun-
datore relictis, educantur; contrà verò Convi-
ctores aere proprio, propriisque sumptibus
aluntur. Quà de re cùm nimiùm, nimiumque
diversa sit Alumnorum, Convictorumque na-
tura, & evidens, ac apertum sit inter utrosque
discrimen, dicendum proculdubio est, quod
unio, & aggregatio Convictorum, non jam
subjectivè, & accessoriè, sed aequè principali-
ter facta fuerit, ut non abs re ponderat *Rot. in
Recent. decis. 65. num. 4. part. 15., coram fan.
mem. Alexandro VIII. decis. 179. num. 9., in
Mantiss. ad clar. mem. Card. de Luc. de Jurisdict.
disc. 11. num. 6., & seqq., in Gerunden. Paro-
chialium super unione 18. Junii 1714. §. Eam
demùm, & §. Pariformiter coram R.P.D. An-
faldo, & in Salisburgen. Vicariae super bono Ju-
re 4. Februarii 1715. §. Animadverso coram
R.P.D. Crispo.*

Non omittendo etiam, quod, cùm Fundator
Sacrae Rotae judicio dispunctionem rationum
commiserit, ob eam rationem, finalemque
160 causam, ut nempè ita apparere posset, in quos-
nam usus erogarentur hereditatis suae fructùs,
haec sanè ratio prorsùs deficit respectu men-
struarum praestationum, à Convictoribus solven-
darum, quae ad Fundatorem minimè pertinent.
Quamobrem, tametsi eaedem aequiparari posse
viderentur reditibus, à clar. mem. Cardinali
Touto relictis, non idcircò tamen idem de
utrisque efformandum esset judicium, cùm di-
versa militet in utrisque ratio, *Surd. cons. 50.
num. 25., Viv. decis. 255. num. 21., Rot. ad or-
nat. clar. mem. Card. de Luca de Fideicom. de-*
161 *cis. 13. num. 16.*; Prout etiam aliter de parte
judicamus, ac de toto, quando diversa ratio,
respectu utriusque versatur, ut, aliis relatis, di-
xit *Rot. ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de
Legat. decis. 14. num. 7., in Nullius, seù Fulden.
Jurisdictionis super bono Jure 1. Junii 1708.
§. 145. coram R.P.D. Ansaldo, & in voto edito
à R.P.D. Aldrovando in Romana Primogeniturae
Julii Caesaris de Columna 21. Martii 1712. §. 57.*

SEPTIMUM DUBIUM.

*An liceat Patribus Scholarum Piarum ipsos
Convictores recipere, absque licentià
Sacrae Rotae?*

Progredimur jam ad septimum, idemque
postremum Dubium, cujus affirmativae resolu-

tioni facilem profectò viam sternunt ea, quae
in disceptatione tum aliorum, tùm proximè
superioris Dubii dicta fuerunt; Nam, si Reve-
rendissimi Domini Sacri Auditorii Patres plus
Juris vindicare sibi nequeunt, quàm quod ipsis
detulit Testator, isteque electionem Alumno-
rum dumtaxat reliquit Sacrae Rotae, de Convi- 162
ctoribus autem nihil dixit, ac fortasse etiam ne
mente quidèm cogitavit; ex hoc, veluti ex ne-
cessario antecedenti, sequitur, electionem, ad-
missionemque Convictorum liberè pertinere ad
Patres Scholarùm Piarum, qui illorum rece-
ptione Collegium Nazarenum ad eum, in quo
modo reperitur, honoris, existimationisque
gradum evexerunt. Id quod egregie confirma-
tur Rescripto, quod ad relationem Eminentis-
simi Domini Cardinalis Paracciani die 14. Ju-
nii anno 1709. edidit Sacra Congregatio Epi-
scoporum, & Regularium negociis praeposita
in una *Senogallien. Fundationis*, in qua, Parti-
bus Jura sua strenuè propugnantibus, respon-
dit, quoad Puellas educandas nullum Jus com-
petere illis piis Benefactoribus, qui ex propriis 163
reditibus Monasteria fundaverant, tametsi in
fundatione facultatem sibi reservassent nomi-
nandi, ac praesentandi Moniales ipsas; Quam
quidem resolutionem refert, ac more suo reve-
renter excipit *Sacra Rota in eadem Senogallien.
Fundationis 13. Decembris ejusdem anni 1709.
§. 1. coram Emo D Card. Priolo*; Ergo quoad
Convictores Collegii Nazareni longè minùs
jus nullum competere dici poterit Reverendis-
simis Dominis Sacrae Rotae Auditoribus, qui
Collegium praedictum minimè fundarunt, &
quorum cura, juxtà pii Fundatoris mentem, re-
stricta legitur ad solos Alumnos.

Hinc vero cum res non ambigua, non dubia,
sed evidens esset, atque perspicua, mirùm vi-
deri non debet, si jam indè ab initio fundatio-
nis Collegii ad hoc usque tempus Patres Scho-
larum Piarum liberè semper, independenter-
que à Sacro Auditorio admiserunt Convictores,
ne semel quidem à Reverendissimis Sacrae Ro- 164
tae Auditoribus impartitâ ipsis controversâ li-
centiâ. Quamobrem, etiamsi dubietas aliqua
hac in re adesse quoquo modo dici posset, ea
penitùs sublata remaneret observantiâ desum-
ptâ tùm ex facto Patrum Scholarum Piarum,
tùm etiam ex non facto Reverendissimorum
Dominorum Sacrae Rotae Auditorum, prout de
prima observantiae specie tradit *Rota coram
Cels. decis. 341. num. 8., in recent. decis. 169.
num. 7., & decis. 328. num. 10. par. 18., ad or-
nat. clar. mem. Card. de Luca de Fideicom. dec. 73.
num. 21., & de Legat. decis. 19. num. 19.*, & de
altera specie advertit eadem *Rota decis. 647.
num. 3. par. 4. divers., in recent. decis. 291. nu. 11.
par. 9., coram Bichio decis. 449. num. 12., & de-
cis. 660. num. 17., ad ornat. clar. mem. Card. de
Luc. de Jurisdict. decis. 22. num. 15. in Mantiss.
ad eundem de Fideicom. decis. 45. num. 17., in
Nullius, seù Forolivien. Castri Vallis Oppii 12.
Junii 1711. §. Ponderando coram R. P. D. Lan-
cetta, confirmata 18. Aprilis 1712. §. Ceterùm,*

ſibi = *Ac propterea quænam major exoptari poterat obſervantia, quàm illamet practicata per tot Comites de Familia Malateſta, abſque eo quod ullus unquàm de eorum Deſcendentibus auſus fuerit haſce diſtractiones impugnare, aut controvertere ſub prætextu, quod forent comprehenſi ex pacto, & providentia in præcedentibus Inveſtituris; Signum profectò palpabile, quod ipſi eandem conſuetudinem, & naturam optimè callentes ſe ſemper agnoverunt deſtitutos omni Jure, & actione pro eiſdem Bonis recuperandis* = *coram R.P.D. Anſalda* =, & promiſcuè de utraque obſervantiæ ſpecie obſervat *Rota in Placentina Cappellaniæ 25. Junii 1714. §.Validiùs cum ſeq. coram Eminentiſſimo Cardinali Scotto*. Et rectè quidem, quia *minimè ſunt mutanda, quæ interpretationem certam ſemper habuerunt*, ut loquitur *Paulus Juriſconſultus in l. minimè 22. ff. de legib.*, cui concinit ſententia *Hermogeniani in l. ſed & ea 34. ff. eodem, quod nempè ea, quæ longâ conſuetudine comprobata ſunt, ac per annos plurimos obſervata, non minùs, quàm ea, quæ ſcripta ſunt, jura ſervantur*.

Ex qua ſanè adeò uniformi, & fundationi
Collegii coæva, obſervantiâ prorsùs eliſa remanet contraria illa animadverſio, quâ dicebatur, quòd ideò licentia, de qua agitur, expetenda ſit à Reverendiſſimis Dominis Sacri Auditorii Patribus, ut examinare ipſi poſſint, quo
165 genere nati, quâ indole, quibuſve moribus præditi ſint ii, qui in Convictores recipiuntur, ne
fortè ex improvida, & inconſulta eorumdem
receptione quidquam detrimenti capiat cœtus
Alumnorum, ſub eodem tecto, eademque men-
166 sâ viventium. Nàm, ſi detrimentum iſtud ha-
ctenus adfuiſſe dici nequit, nihil proponitur,
cur metuendum ſit in poſterum, cum ex præ-
terito rectè futurum conjiciatur, ut inquit *Iſo-
crates in oration. 13. de Pac.*, Verùm enim verò,
etiamſi nobis ob oculos non obverſarentur an-
teacta tempora, nihilominùs tamen timor, qui
ex adverſo obtenditur, penitùs deficeret, ſivè
inſpiciamus RR. Patres Scholarum Piarum,
quorum integritati, ac vigilantiæ ſi Teſtator
167 adeò confiſus fuit, ut à Sacra Rota eligi noluerit Alumnos, niſi prædicti Patres de eorum in-
dole, & idoneitate priùs retuliſſent, præſu-
mendum idcircò eſt, eoſdem non minori uſu-
168 ros fide, ac diligentiâ in Convictorum rece-
ptione, ſivè etiam intueamur perſonas eorum-
dem Convictorum, quorum plerique cum ſint
nobiles, urget potiùs præſumptio, quod ipſi,
utpotè piè, ac liberalitèr domi ſuæ educati,
bonis moribus, ac civilis vitæ officiis prælucere
poſſint Alumnis.

Reſponſio in eadem Cauſa.

Jus eligendi Rectorem, ac Religioſos alicujus certi Ordinis, curæ, & adminiſtrationi Collegii ex Fundatoris voluntate præficiendos, ſpectare ad Superiores ejuſdem Ordinis, atque ad eos reverti, ſi Ordo ipſe in ſecularem ſtatum redactum fuerit, ac deindè primævo regulari ſtatui pleniſsimè reſtitutus, licet ante redintegrationem primævi ſtatus in alios translatum fuiſſet, unà cum adminiſtratione ipſius Collegii, iterum hic demonſtratur.

SEQUITUR EADEM DISCEPTATIO.

169 *Ex quibus verbis colligatur, liberam adminiſtrationem Collegii Religioſis datam fuiſſe?*

170 *Electio Rectoris Collegii, cujus adminiſtratio Religioſis demandata eſt, pertinet ad Superiores Regulares.*

171 *Collegium eſt perſona ficta incapax explendi ea, quæ indigent facto hominis.*

272 *Ab Executoribus perficiendum eſt opus, imperſonaliter demandatum à Teſtatore, ſi expleri nequeat ab Herede, utpote perſonâ fictâ.*

173 *Verba*, per Rectorem, ex prædictis Patribus eligendum, *præſeferunt utrumque jus activæ, & paſſivæ electionis.*

174 *Opus imperſonaliter demandatum à Teſtatore, quod à perſonâ fictâ heredis expleri nequit, Executoribus commiſſum cenſetur, quando nemo alius adſit, ad quem ejuſdem operis implementum pertineat, ex diſpoſitione Legis, vel hominis.*

175 *Electio Prælatorum regularis domus pertinet ad Collegium ipſum, cujus Prælatus eſt eligendus.* & num. 181.

176 *Electio Superiorum Ordinis Scholarum Piarum pertinet ad Præpoſitum generalem, cum voto deciſivo Adſiſtentium.*

177 *Pœnitentiarii Baſilicæ Lateranenſis, & Liberianæ, licèt regulares ſint ex Ordine Prædicatorum, & S. Franciſci, eliguntur, & removentur à Cardinali Pœnitentiario Majore*, & num. 182.

178 *Cardinalis Pœnitentiarius Major ampliſſimis gaudet facultatibus pro eligendis iis, qui Sacramentum Pœnitentiæ adminiſtrare debent.*

179 *In electione Miniſtrorum Eccleſiaſticorum, ſeclaſo privilegio, vel conſuetudine, ſe immiſcere nequeunt extranei ab Eccleſia, in qua deputari debent*, & num. 233.

180 *Pœnitentiarii minores Ordinis Prædicatorum in Baſilica Liberiana conſtitui, & removeri debent à Provinciali Provinciæ Romanæ, non autem à Cardinali Pœnitentiario.*

183 *Rectores Seminarii Romani, Collegii Germanici, aliorumque ſimilium eliguntur à Superioribus Regularibus.*

284 *Collegium, veluti corpus politicum, conſtare debet ex capite, à quo regatur, & ex membris, quæ capiti ſubſint.*

185 *Electionem Alumnorum Collegii uni committens, eidem denegaſſe cenſetur electionem Rectoris, & Magiſtrorum, quam non conceſſit*, & num. 189.

186 *Qui aliquibus perſonis committit electionem Alumnorum Collegii ob earum ſapientiam,*
inte-

integritatem, & humanarum rerum experientiam, ex eâdem ratione commisisse censetur Superioribus regularibus electionem Religiosorum, Collegio præficiendorum.

187 *Religiosorum probitatem, & prudentiam magis norunt Superiores Regulares, quàm extranei.*

188 *In iis, quæ nobis competunt, quatenus ab alio dantur, non valet argumentum à majori ad minus.*

189 *Executoribus testamentariis meliùs, quàm aliis perspecta est Testatoris voluntas.*

191 *Executorum declaratio pro Testatoris voluntate habenda est.*

192 *Præsertim, si plenâ potestate ab eo donati fuerint, & sint Jurisconsulti.*

193 *Executorum declaratio, Pontificio Brevi munita, pro re judicata habenda est.*

194 *Electio Religiosorum, Collegii regimini præficiendorum, peracta præsumitur à Superioribus Ordinis, ad quos illa spectabat.*

195 *Collegium acephalum esse nequit.*

196 *Observantia temporis, quo mutatus fuit rerum status, non juvat.*

197 *Observantia probanda est in casu præciso, & in iisdem circumstantiis.*

198 *Electio Rectoris frustrá precibus impetratur, quæ authoritate propriâ expleri potest.*

199 *Electionem Rectoris ab alio ritè factam esse, fatetur, qui ad eumdem Rectorem literas patentes direxit pro receptione Alumnorum.*

200 *Observantiam pro eo, qui Rectorem elegit, æquè probat electio unius Rectoris, pluribus trienniis confirmata, ac si totidem electiones peractæ fuissent.*

201 *Electio Rectoris, omnibus adhibitis solemnitatibus facta, pro actu clandestino habenda non est.*

202 *Observantiam non constituunt ea, quæ in obsequium Magistratus dignitate fulgentis permissa fuerunt.*

203 *Prælati patientia non officit, quoties agitur de auferendo jure quæsito alicui Ordini Religioso.*

204 *Sicut nec obesset ejusdem Prælati expressa renunciatio.*

205 *Fundator Collegii Regularis aliis, quàm Superioribus Ordinis, electionem Rectoris nequit committere.*

206 *Verbum* = relinquo = *æquè significare potest concessionem novi Juris, ac præservationem veteris.*

207 *Argumentum à discretivo loquendi modo, non inter easdem, sed inter diversas personas adhibito, parùm valet.*

208 *Verba præsuppositiva nihil disponunt, nisi de re præsupposita aliundè constet.*

209 *Leges, & Rescripta eo sensu accipi debent, quo accomodentur statui rerum, cui Princeps providere voluit.*

210 *Et intelligenda sunt, rebus in eodem statu manentibus.*

211 *Religiosi Ordinis suppressi, & postea restituti, administrationem quoque Collegii, aliorum regimini commissi, recuperant, si cesset ratio collati in alios regiminis*, & n. 213., 218., 222., & 229.

212 *In Legibus præcipuam vim habet ratio, quæ Legislatorem movit.*

214 *Legis ratio alia extrinseca, seù occasio ferendæ Legis, & alia intrinseca.*

215 *Legis ratio meliùs apparere nequit, quàm ex ipsa Lege.*

216 *Mutato Collegii Regularis statu, mutanda est etiam regiminis forma.*

217 *Ad Principis curam spectat, ut suprema hominum judicia plenum exitum habeant.*

219 *Commutatio voluntatis, cessante causâ, ob quam facta est, & ipsa cessat.*

220 *Humanæ dispositiones, tractu temporis duraturæ, tacitam habent conditionem, si res in eodem statu permaneant.*

221 *Et facilius cessant, si ex nova causa inducatur contrarius, sive diversus rerum status*, & num. 225.

224 *Dispositionem ad caussam expressam coercent verba* = quoad præmissa sufficienter, & expressè commutamus =.

226 *Redintegratio Ordinis ad primævum statum regularitatis continet ea omnia, quæ antea ipsi competebant*, & num. 238.

227 *Restitutio facta a Principe tantum reddere debet, quantum abstulit læsio.*

228 *Præsertim, quando plenaria est, nec dat pristinam faciem, & agitur de iis, quæ sequuntur ipsius restitutionis naturam.*

230 *Restitutio regularis Ordinis plenaria, quænam sit.*

231 *Et attribuat ea, quæ antea ex vi specialis gratiæ competebant*, & num. 234.

232 *Restitutio* in omnibus, & per omnia *æquipollet expressæ mentioni omnium jurium, quæ antea competebant.*

233 *Jus præficiendi Rectorem, aliosque Religiosos pro Collegii regimine restituitur Ordini suppresso, & postea ad statum Regularem restituto.*

235 *Electio Rectoris, & Religiosorum, Collegio præficiendorum, est consectaria ad restitutionem Ordinis, antea suppressi.*

236 *Redintegratio Regularis Ordinis ad priorem statum, restituit jus eligendi Rectoris Collegii, nisi illud apertè excipiatur.*

237 *In Constitutionibus generalibus Pontifices semper excipere consueverunt ea, quæ sub Constitutione comprehendere noluerunt.*

239 *Restitutio, per quam delentur literæ suppressionis, tribuit omnia primæva jura etiam in alium translata.*

240 *Præsertim, si in aliam translata fuerint ex titulo non oneroso.*

241 *Redintegratio Ordinis ad priorem statum, aliquâ adjectâ exceptione, amplissimè intelligenda est quoad ea, quæ excepta non fuerunt.*

242 *Redintegratio Ordinis ad primævum Regularem statum cum derogatione literarum sup-*

suppressionis, illis aliàs in suo robore permansuris, *non est plenaria*.

243 *Si verò Clausula illa* = illis aliàs in suo robore permansuris = *adjecta fuerit post derogationem quarumcumque Constitutionum, plenitudini restitutionis non officit*, & num. 245.

244 *In Literis Apostolicis continentibus derogationem alicujus Constitutionis adjici semper consueverunt clausulis derogatoriis verba* = illis aliàs in suo robore permansuris =

246 *Clausula* = illis aliàs in suo robore permansuris = *referenda non est ad Constitutionem, cui specialim derogatur, sed ad alias, generatim sub clausulâ derogatoriâ comprehensas*.

247 *Clausula* = illis aliàs in suo robore permansuris = *non obstat, quominùs sub generali derogatione comprehendantur, quæ illi sunt consectaria*.

248 *Præsertim, si adsit specialis ratio, ob quam comprehendantur*.

249 *Electioni Superiorum Religiosæ Domus extraneos Prælatos immisceri, probibent sacri Canones*.

250 *Verba Legum in absonum aliquem sensum trahenda non sunt*.

251 *In enunciando sui juris titulo Sacræ Rotæ Auditores errasse, dicendum non est*.

252 *Fundator Collegii, qui Religiosos alicujus Ordinis, ejus regimini præfici voluit, voluisse quoque censendus est, ut eorum Religiosorum electio fieret juxta regulas Ordinis*.

Disertissimi Domini Defensores Sacri Auditorii ex tribus titulis, & fundamentis statuere conantur, Jus eligendi, & removendi Rectorem, aliosque Religiosos, quibus incumbit cura, & regimen Collegii Nazareni, spectare ad Reverendissimos Patres; Primò nempè ex Lege fundationis eruta tùm ex mente, tùm ex verbis, quibus clar. mem. Cardinalis Tonti fundator usus fuit: Secundò ex Constitutione Apostolica, seù Motu proprio Innocentii X.; Tertiò demum ex observantia. Quæ omnia contraria fundamenta, licèt jam disjecta videri possint ex iis, quæ enucleata fuerunt in nostris Informationibus; nihilominùs illi inhærentes obsequio, ac reverentiæ, quæ tum omnium summæ Eminentissimorum Judicum dignitati, tum præclarissimorum Colligitantium amplitudini præstanda est, non pigebit, breviter perstringendo jàm aliàs deducta, nova quædam animadversa eisdem superaddere, ex quibus Eminentissimi Patres faciliùs dignoscere queant, alienâ quidem interpretatione vim fieri menti, & verbis testamentariæ dispositionis Institutoris, atque Fundatoris Collegii nostri: extraneâ prorsùs intelligentiâ detorqueri sensum Brevis, sivè Constitutionis Innocentianæ: & denique frustrà DD. contrarios defensores observantiam favore Sacri Auditorii desumere conari ex quibusdam actibus, qui potiùs firmissime statuunt jus Reverendissimi P. Præpositi Generalis, & PP. Scholarum Piarum: juxtà autem methodum, servatam in nostro restrictu, per separata capita de his omnibus agentes, primo loco demonstrabimus, quod

Ex voluntate clar. mem. Card. Tonti Fundatoris Collegii Nazareni jus eligendi, & removendi Rectorem, ceterosque dicti Collegii Patres pertinet ad P. Præpositum Generalem Ordinis Scholarum Piarum, ejusque Assistentes, non autem ad Reverendissimos DD. Sacri Auditorii Patres.

Et sanè, antequàm demonstrare aggrediamur, Sacræ Rotæ Auditorium, ejusque Reverendissimos Patres quoad jus eligendi, & amovendi Rectorem, aliosque Ministros Collegii Nazareni intentionem suam nullo pacto fundare posse in verbis testamenti, aut tacita Testatoris mente, fas nobis sit eluere inofficiosum loquendi modum, quo à DD. contrariis Defensoribus RR. Patres Scholarum Piarum Principales nostri in Collegium ab ejus Fundatore introducti, & considerati appellantur *veluti simplices operarii, & Magistri conductitii ad disciplinandos adolescentes in studiis literarum, & bonis moribus cum mechanica, & subalterna administratione, seù exactione redituum Collegii subordinata Sac. Rotæ Auditoribus*.

Quæ certè non fuit mens Testatoris, qui cùm jam firmâ, atque immutabili animi sui sententiâ constituisset erigere Collegium, in quo Religione imbuerentur, bonisque artibus excole-
rentur egregiæ indolis Adolescentes, meliori 169
medio, sivè ratione id assequi minimè posse reputavit, quàm istiusmodi Collegii regimini præficiendo Patres tunc nascentis Ordinis, qui vigore sui Instituti, confirmati quarto solemni voto, addicti prorsus erant bonis moribus, & literis, instituendis, erudiendisque adolescentibus; quamobrem in suo testamento dixit, Collegium *erigendum, & permanendum sub curâ, & regimine RR. PP. Religiosorum Scholarum Piarum*; Cumque ipse morte præoccupatus sancire nequivisset Leges, & regulas, quibus illud regeretur, jussit, quod eædem conderentur à suis Executoribus testamentariis *unanimiter cum præfatis RR. Patribus Scholarum Piarum*, atque etiam contradistinguens honorificum regendi munus, à disciplinæ tradendæ officio, declaravit, ex Patribus, Collegio præficiendis *quatuor ad summum ad curam, & regimen dicti Collegii, alios verò quatuor pro Magistris, & Lectoribus eorumdem Scholarium destinari*, præcepitque, ut dicti Scholares regerentur Legibus, quas condi jusserat; Idemque deindè Testator præscribens normam, & formam servandam in electione Adolescentulorum, licèt mandasset, illam, veluti rem maximi momenti, peragi, ac celebrari interpositâ auctoritate, sapientiâ, & prudentiâ, quâ Reverendissimos Sacri Auditorii Patres summopere excellere noverat, voluit tamen, priùs illorum indolem, & idoneitatem

tem explorari à Patribus, Collegii regimini præ-
positis, *Præterea disposuit, suæ hereditatis om-
nes, & singulos reditus, fructus, & proventus,
pro tempore decurrendos, per Rectorem pro tem-
pore ejusdem Collegii, ex prædictis RR.PP. &c.
eligendum, & deputandum &c., exigi, & admi-
nistrari &c.*, mandans, quod, si qui superessent
reditus, ut Juvenes post emensa minorum
studiorum curricula è Collegio dimissi, gravio-
ribus hic in Urbe se se exercere possent, eroga-
rentur in eorum substentationem, *prædictorum
tamen RR. Sacræ Rotæ Auditorum, ac prædi-
ctorum Religiosorum ejusdem Collegii curam
habentium arbitratu*, & denique subdidit, quod,
si qua de causa Bona, & res, pro Collegii dote
ab ipso relicta, alienari contingeret, eorum pre-
tium converteretur *in emptionem tot locorum
montium non vacabilium, censuum, aut Bono-
rum stabilium tutorum, & securorum ad electio-
nem Rever. P. Rectoris pro tempore ejusdem Col-
legii, cum scientia tamen, & consensu suorum
Executorum &c., illis verò vitâ functis, cum par-
ticipatione, & consensu Reverendissimi Domini
prædictæ Sacræ Rotæ Decani* = Eminentissimi
igitur Patres pro summa eorum sapientia, ac
prudentia secum reputent, *an, veluti simplices
Operarii, & Magistri conductitii &c. cum me-
chanica, & subalterna administratione, seu exa-
ctione redituum Collegii* considerandi sint Re-
ligiosi illi, quibus Testator cum ejusdem Col-
legii regimine, & cura existente penes Recto-
rem, ex eorum gremio semper eligendum, com-
misit plenariam administrationem tàm quoad
erogationem redituum, quàm etiam quoad in-
vestimenta capitalium?

At verò, si Patres Principales nostri à Funda-
tore Collegii adsciti fuerunt non tamquàm sim-
plices Operarii, & Magistri dumtaxat condu-
ctitii, mechanicam solummodò operam Adole-
scentibus, in illo educandis, præstare debentes,
sed potiùs ad præcipuam eorumdem curam,
170 disciplinam, & regimen, impartitâ eisdem
redituum, & Bonorum Collegii administratio-
ne, ex hoc etiam, veluti ex necessario antece-
dente, sequitur, quod electio P. Rectoris, ex d.
Religiosorum cœtu facienda, pertineat ad Reve-
rendissimum P. Præpositum Generalem, ce-
terosque supremos Ministros, à quibus cele-
brantur electiones ceterorum Superiorum do-
morum regularium dicti Ordinis, inter quas
est Collegium, de quo agitur, in quo, ex præ-
scripto Testatoris, Religiosi præpositi illius
regimini, juxta sui Instituti regulas vivere
debent.

Nil itàque turbat, quod Testator, dùm egit
de perficienda electione Rectoris Collegii, ab
ipso fundati, locutus fuerit illis impersonalibus
verbis = *per Rectorem pro tempore ejusdem Colle-
gii ex prædictis RR. Patribus Scholarum Pia-
rum eligendum* =. Ex isto impersonali loquendi
modo elicitur primum illud contrarium argu-
mentum, quod videlicet electio isthæc, imper-
sonaliter demandata, cum referri nequeat ad
heredem, is namque erat Collegium, quod
est persona ficta, incapax explendi ea, quæ in- 171
digent facto hominis, referenda sit ad Execu-
tores testamentarios, & per consequens ad Re-
verendissimos DD. Sacri Auditorii Patres, eo-
rum loco subrogatos: Illatio autem istâ primum
deficit in antecedenti, seù supposito; verum
namque non est, quod electio Rectoris perti-
neret ad Executores, sed illa ex forma testa-
stamenti spectabat ad Patres Scholarum Pia-
rum; ut etiam non subsistit, Reverendissimos
Patres successisse loco Executorum; his nam-
que subrogati fuerunt iidem Patres Principales
nostri; Deindè verò, tametsi utraque hujus sup-
positi pars colore aliquo substineri posset, hujus-
modi argumentandi genus, quo utitur Pars
adversa, nullo pacto locum sibi vindicare vale-
ret in nostra hypothesi. Nam, licèt verum sit,
quod factum aliquod, sive opus impersonaliter
demandatum à Testatore, quoties adimpleri 172
nequit ab herede inanimato, & corporis ficti
personam gerente, perficiendum sit ab Execu-
toribus, attamen id procedere nequit in casu
nostro, quoniam verba illa impersonalia *per
Rectorem pro tempore ejusdem Collegii ex prædi-
ctis RR. Patribus Scholarum Piarum eligendum,* 173
& deputandum, nedum in sensu passivo referri
possunt ad cœtum personarum, ex quo Rector
eligendus esset, sed indigitare satis videntur
eumdem cœtum tamquam corpus politicum,
ad quod Jus activæ electionis pertinere debebat.

Prætereà verba impersonaliter prolata respe-
ctu operis, quod expleri nequit à persona ficta
heredis, tunc rectè referuntur ad Executores,
quando respectu talis operis perficiendi Jus eis- 174
dem non resistit, & non adest alius, ad quem
illius adimplementum vel ex juris dispositione,
vel ex voluntate Testatoris pertineat, prout
contingit in casu nostro, in quo utraque ele-
ctionem Rectoris demandat P. Generali, ejus-
demque Ordinis PP. Scholarum Piarum Assi-
stentibus; Nam, si intueamur juris dispositio-
nem, res plana videtur; cum canonica electio 175
Prælatorum, & localium Superiorum, qui ali-
cujus regularis domus regimini præfici debent,
pertinere dicatur, vel ad Collegium, sive
cœtum ipsum, cujus Prælatus est eligendus,
vel ad eos, quibus vigore suarum particularium
Constitutionum electio activa demandata re-
peritur, ut in nostra specie ex Constitutionibus
Apostolicis, & præsertim illâ san. mem. Ale-
xandri VII. edita die 24. Januarii anni 1656. 176
istiusmodi activæ electionis Jus impartitum
dignoscitur P. Præposito Generali cum voto
decisivo Assistentium, & luculenter probat
R. P. D. Petra in suo tractatu *de Sacr. Peni-
tentiaria parte prima cap. 13. num. 10.*; Quamo-
brem electio quoque Rectoris Collegii Nazareni
ex Juris dispositione ad illos pertinebit, quia à
Testatore consideratum fuit Collegium tam-
quàm domus religiosa, in qua Patres Schola-
rum Piarum juxtà sui Instituti regulas vivere
debebant, & uti talis reputata etiam fuit in
Brevi Innocentii X., in quo, nè dictum Colle-
gium instar ceterarum domorum dicti Ordinis
redi-

redigeretur ſub poteſtate Eminentiſſimi Card.
Vicarii, cautum fuit, quod illius regimen, &
gubernium relinqueretur omnimodæ diſpoſitio-
ni Cauſarum Sac. Palatii Apoſtolici Audi-
torum.

Cujus argumenti vis fruſtrà exadverſo evitari
contenditur exemplo Pœnitentiariorum Baſili-
carum, Lateranenſis, & Liberianæ, qui licèt
177 regulares ſint, nihilominus è religioſis domibus
inclyti Ordinis S. Dominiei, & S. Franciſci ab
Eminentiſſimo Cardinali Pœnitentiario Majore
evocantur, ab eodemque eliguntur, & remo-
ventur independenter ab arbitrio, & auctori-
tate Superiorum Regularium, in hujus exempli
comprobationem exſcribendo particulas voto-
rum editorum à bon. mem. RR. PP. DD. Fa-
gnano, & Jo. Franciſco de Rubeis, quæ latè
reaſſumpſit *R.P. D. Petra* in ſuo tractatû de Sa-
cra Pœnitentiaria; Ut etiam fruſtra afferuntur
alia exempla, quibus probari dicitur, Regulares
ab Epiſcopis, aliiſque Superioribus Eccleſiaſti-
cis aſſumi poſſe ad plura Officia exercenda extrà
ſuòrum Monaſteriorum Clauſtra abſque ullâ
injuriâ Superiorum Regularium, quorum venia
à Subditis tantummodò petenda eſt; nemo
quippè non videt argumenta, ducta à ſimilibus
exemplis, nullo pacto applicari poſſe caſui noſtro.

Nàm, ſi res ſit de electione Minorum Pœni-
tentiariorum, Jus illam exequendi Pontificiis
Indultis, & Conſtitutionibus conceſſa reperitur
Eminentiſſimo D. Card. Pœnitentiario, ampliſ-
178 ſimis à Sede Apoſtolica donato facultatibus pro
eligendis iis, qui Sacramentum Pœnitentiæ
adminiſtrare debent univerſis Chriſtiani Orbis
fidelibus, pro ſuis expiandis peccatis ad hanc ſan-
ctitatis Aram confugientibus, ut diſertè pro-
fitetur idem *R. P. D. Petra in dicto tractatu
fol. 282. ſub num. 7.* referens formulam deputa-
tionis, ibi = *Minores Pœnitentiarios, & alios
quoſcumque Officiales ejuſdem officii arbitrio ſuo
deputare, vel confirmare &c., ac deputatos re-
movere, atque alios ſibi benè viſos in illorum lo-
cum ſubſtituere* =, at longè aliter res ſe habet in
caſu noſtro, in quo Collegii Fundator diſertis,
minimèque dubiis verbis declarans Jura, quæ
Reverendiſſimos DD. Sacri Auditorii Patres
in Collegio ſibi vindicare poſſe, volebat, inter
illa non recenſuit electionem Rectoris, cetero-
rumque Religioſorum, illius regimini, & curæ
præeſſe debentium; Noverat enim prudens ille,
ac ſapiens vir, quod ex clara diſpoſitione Sa-
crorum Canonum electio iſtiuſmodi Superio-
rum, utpotè privativè pertinens ad cætum
ipſum Religioſorum, vel ad eorum Superiores,
179 privatâ auctoritate demandari non poterat ex-
traneis, nam, *ſecluſo privilegio, vel conſuetu-
dine in collatione Beneficiorum quorumcumque,
vel electione Miniſtrorum Eccleſiaſticorum, ex-
tranei ab Eccleſia, in qua deputari debent, in
terminis Juris communis ingerere ſè non poſſunt*,
ſunt verba *R. P. D. Petræ part. 1. cap. 13. ſub
num. 10.*, ajentis, id inniti firmiſſimis juris no-
ſtri principiis, idque confirmamus exemplo ipſo
Pœnitentiariorum, in contrarium allato, nam,
cùm Pœnitentiarius Major jus activæ electionis
Minorum Pœnitentiariorum tribuere ſibi vel- 180
let in Baſilica etiam Liberiana, & ex Motu
proprio S. Pii V. tali facultate careret, re de-
latâ ad Sacram Congregationem Concilii, die
14. menſis Decembris anni 1714. diſputato
Dubio = *An Pœnitentiarii Minores Ordinis Præ-
dicatorum in Baſilica Sanctæ Mariæ Majoris con-
ſtitui, & removeri debeant per Provincialem
Provinciæ Romanæ &c., ſivè potiùs illorum con-
ſtitutio, & remotio ſpectet ad Cardinalem Ma-
jorem Pœnitentiarium* =, Sacra Congregatio re-
ſpondit = *affirmativè quoad primam, & negativè
quoad ſecundam partem* =

Nec abſimili reſponſione ſatisfit aliis exem-
plis; illa enim verſantur circà officia, & mu-
nera, ad quæ Regulares vel ex juris communis
cenſura, vel ex conſuetudine aſſumi permit-
tuntur ab Epiſcopis, aliiſque Prælatis eccleſia-
ſticis, licèt non ſint de gremio, & cætu talium
Regularium. Quamobrem nemo non videt, ex
his argui minimè poſſe ad electionem Superio-
rum domus regularis, à Sacris Canonibus pri- 181
vativè attributam cætui ipſi Regularium, ex
quo paſſiva electio celebranda eſt, vel illis ejuſ-
dem Ordinis Superioribus, quibus ſpeciali lege
demandatur. Jure igitur, meritòque eximius
ille Juriſconſultus bon. mem. R. P. D. *Petrus
Franciſcus de Rubeis*, licèt in Cauſa Pœniten-
tiariorum Minorum reſpondiſſet, illorum ele-
ctionem non ad Superiores Regulares, ſed ad 182
Eminentiſſimum D. Majorem Pœnitentiarium
pertinere, ut in ejus voto relato ab *R.P.D. Pe-
tra*, nihilominus agnoſcens, ex tali jure, utpotè
illi competente vigore ſpecialium Indultorum,
argumentum nullum duci poſſe reſpectù ele-
ctionis Rectoris, & Officialium Collegii noſtri,
idcircò, quàndo unâ cum aliis Executoribus de-
putatis à clar. mem. Cardinali Tonto egit de
dimittendo munere, atque officio, declaravit,
electionem Rectoris, aliorumque Officialium
pertinere ad P. Generalem, aliosque Patres
Scholarum Piarum, & quidem ex forma te-
ſtamenti Fundatoris Collegii, conformis ſanè
diſpoſitioni juris communis, juxtà quam alio- 183
rum quoque præclariſſimorum Urbis Collegio-
rum, Seminarii nempè Romani, Germanici,
aliorumque, Rectores, ceterique Religioſi, illo-
rum regimini præpoſiti, eliguntur ab eorum Su-
perioribus.

Domini igitur contrarii Defenſores id agno-
ſcentes, præſidium quærunt ex voluntate Te-
ſtatoris, dicendo = *Sacræ Rotæ Auditores non
ſolùm fuiſſe ſubrogatos in locum Executorum poſt
eorum obitum, ſed etiam relictos Patronos, &
plenarios diſpoſitores, & adminiſtratores, & in
ſumma repræſentatores Collegii* = ex hac autem
Juris, & poteſtatis plenitudine collata Reve-
rendiſſimis Patribus loco Executorum, quin
imò ipſius heredis loco ſubrogatis, inferentes,
eiſdem competere jus quoque activum eligendi
illius Rectorem, ſubdunt, idem jus nullo pacto
attribui poſſe P. Præpoſito Generali Scholarum
Piarum, *qui neque per umbram legitur ullibi
nomi-*

nominatus, seu consideratus in toto contextu dispositionis testamentariæ Card. Fundatoris, cum solum nominati fuerint Religiosi in ordine ad jus passivum, seu passivam electionem, tamquam Operarii, & instrumenta destinata ad erudiendam Juventutem.

Sed reverâ tale jus activum colore nullo ex testamenti verbis, sive mente Fundatoris Collegii argui potest, tributum fuisse Reverendissimis Patribus, ut perspicuum fiet perstringendo præcipuum argumentum, quo DD. exadverso Scribentes tale Jus activæ electionis, illorum favore, constabilire conantur, nam, ut id demonstrent, inquiunt, quod, si causa finalis concessionis Juris eligendi Scholares, factæ Sacræ Rotæ Auditoribus, ea fuit, quia nempè *electio hujusmodi Scholarium summæ sibi videtur consequentiæ, & importantiæ, uti principale hujusmodi piæ operæ fundamentum* hinc sequatur, quod eisdem concessum censendum sit etiam eligendi Rectorem, aliosque Patres, Collegii regimini præponendos, quia id longè majorem exposcit animadversionem, atque circumspectionem, quippe, ut ipsi loquuntur, *nihil inservirent optimi Juvenes nisi optimi sint Rectores & Magistri, & nisi per electionem, & remotionem dependeant ab eo, qui Scholares ponit, & deponit.*

Profectò ex hac argumentandi ratione, quâ utitur Pars adversa, tantum abest, quod favore Reverendissimorum Patrum statui possit Jus activæ electionis, de quo agitur, ut illud potius manifestè excludatur; Testator enim mentis oculis perspiciens, quod Collegium, ex ejus dispositione erigendum, veluti corpus politi-
184 cum constare debebat ex capite, quod illud regeret, & ex membris, quæ ad nutum capitis officia exequerentur, eidemque subdita essent, quodque hæc, cum non à natura gignerentur, sed facto hominis, electione nempè constarentur, istam ab aliquo explendam necessariò esse, novit; Idcircò, si electionem Scholarium, licèt, ut exadverso dicitur, *minoris importantiæ*, ita commisit Reverendissimis Patribus, ut non solum eam claris verbis expresserit, verùm etiam magno apparatu rem explicans, diligenter præscripserit tùm modum eam celebrandi, tum etiam aperuerit rationem, ob quam illam eisdem delegabat, quia nimirum *confisus in supradictorum Auditorum sapientia, & integritate, humanarumque rerum experientia, illis hujusmodi electionem destinavit, atque concessit*; immò verò satis non esse reputans pro istiusmodi electione rectè perficienda illam demandasse summæ Reverendissimorum Patrum prudentiæ, & integritati, voluit etiam, ut à Patribus Scholarum Piarum, prævio experimento, periculum fieret idoneitatis, & ingenii Adolescentulorum eligendorum, quo examine expleto, præcepit, ut expedirentur Literæ patentes, subscribendæ à Reverendissimis Patribus, eisque exhibitis P. Rectori Collegii, Scholares approbati, reciperentur. Si ergo electionem hanc, quamvis ex contraria assertione minoris momenti, Testator non solùm luculentissimè expressit, sed etiam longâ oratione, ac sermone diligentissimè omnia præscripsit, quæ in ea perficienda servari voluit; ità quidem, ut 185
nec etiam illam libero Reverendissimorum PP. arbitrio commiserit; dicendum profectò est, quod, dum de electione PP. Rectoris, & Magistrorum, ac Religiosorum, in Collegio deservire debentium, nihil locutus fuit, noluerit, in ea illos ingerere sese posse, quia nempè, quum agitur de eo, quod nobis competit, quatenus ab alio datur, nemo potest sibi arrogare plus eo, quod ipsi datum est, proindeque, cum Testator d. electionis potestatem expressè non concesserit Reverendissimis Patribus, censendus est, quod, se conformando tum Juris communis dispositioni, tùm Constitutionibus Ordinis dd. Patrum, electionem Superiorum regularium commiserit prudentiæ, & arbitrio P. Generalis, ejusque Assistentium, quibus illa competit.

Ecquis sanè dixerit, quod, quum agendum erat de electione Rectoris, & Religiosorum, quorum curæ, & regimini tradendi erant Scholares eligendi, illam adeò pendere voluerit ab absoluta, & dispotica Reverendissimorum Patrum voluntate, & P. Generali relinqueretur sola necessitas dandi veniam Religiosis è domibus regularibus, quibus addicti erant, ut se transferendi in Collegium, ad quod extraneâ eligentium auctoritate evocabantur? Quod certè quàm absurdum sit, evidens, & apertum reddi videtur ex ipsa ratione, quâ Testator mo- 186
tus legitur ad rogandos Reverendissimos Patres, ut in electione Scholarium peragenda judicium suum interponerent, quia nempè summoperè fidebat eorum *sapientiæ, & integritati, humanarumque rerum experientiæ*; Ob contrariam igitur rationem dicendum erit, electionem Rectoris, ceterorumque Religiosorum, ad Collegii regimen, & curam evocandorum, commissam fuisse judicio Superiorum Genera- 187
lium Ordinis, qui soli novisse poterant probitatem eorum Religiosorum, qui prudentiâ regere, virtutis exempla præbere, & literis Alumnos, ipsis commissos, erudire debebant. Quæ certè omnia cum omnino laterent Reverendissimos Patres, à summa Testatoris prudentia, ac mente prorsus alienum est, quod talem electionem committere voluerit judicio eorum, qui in illa perficienda decipi facilè poterant; Nil itaque mirum, quod ille, qui tàm maturo consilio, tantâque cum animi deliberatione egit tùm de investiganda qualitate Scholarium, deque eorum idoneitate exploranda, tùm etiam de Literis patentibus, post illorum experimentum eisdem dandis, nihil egerit, aut dixerit de electione Rectoris, & Religiosorum, cum similibus Literis patentibus executioni demandanda, quarum præsidio certè egebant, si, nonnisi vigore electionis, à Reverendissimis Patribus peragendæ, ad Collegii regimen assumi debebant, prout illas necessarias ipsi agnoverunt, dum post expletam à P. Generali, & Superioribus Ordinis electionem, hasce Literas illi tradere curarunt.

Hinc

Hinc consultò omittimus verba facere de cu-
ra, vigilantia, & protectione Reverendissi-
morum Patrum, à Testatore implorata, tàm
quoad res Collegii, quàm quoad personas Alum-
188 norum, nam in iis, quæ nobis competunt, qua-
tenus ab alio dantur, sit adeò requiritur expressa
concessio, ut nèc etiam valeat argumentum il-
lud, quod nostri vocant à majori ad minus,
quonam pacto ex iis, quæ respiciunt quosdam
dumtaxat particulares actus circa æconomicam
administrationem, & opem, officiaque præ-
standa emeritis Alumnis, inferri poterit, Reve-
189 rendissimis Patribus concessum fuisse præci-
puum illud Jus activæ electionis Superiorum
Collegii, & quidem apertè contrà mentem Sa-
crorum Canonum, & voluntatem Testatoris,
nobis indigitatam nedùm testamenti verbis,
verùm etiam manifestè declaratam, atque
confirmatam ex observantia desumpta tum ex
facto Executorum testamentariorum clar.mem.
Card. Tonti, tùm etiam ex subsecutis actibus
electionum?

Ad quàm observantiam breviter enucleandam progrediendo, si res sit de facto Executo-
rum, quisnam meliùs illis novisse poterat men-
190 tem, voluntatemque Testatoris? Hi autem,
dum sese abdicarunt executorio munere, di-
sertis verbis professi fuerunt, Jus eligendi Re-
ctorem, aliosque Officiales à Testatore de-
mandatum fuisse Patribus Scholarum Piarum,
Quæ sanè Executorum declaratio cum accipi
191 debeat perindè ac si facta fuisset ab ipso Testa-
tore, præsertim verò, quia agitur de Execu-
toribus non solùm intimâ familiaritate Testato-
ri conjunctis, & plenâ potestate ab eo donatis;
192 Verùm, quod magis est, inter eos aderant duo
præstantissimi Jurisconsulti Hortentius de Ru-
beis, & R. P. D. Franciscus ejus filius, qui vel
ex Testatoris ore ejus voluntatem accepisse po-
terant, vel, quatenus eadem ipsis expressè com-
municata minimè fuisset, non ità facilè in illa in-
terpretanda errare poterant; Si hoc itaque nudo
Executorum facto quæstio omnis in nostro casu
193 sublata videri posset, quanto fortiùs idem ur-
gebit ex robore illi superaddito per Pontificium
Breve san.mem. Urbani VIII., judicialiter exe-
cutioni demandatum ab Eminentissimo Urbis
Vicario, cujus Decreto, veluti per rem Judicatam,
plenè ex tunc constabilitum videri potest Jus
P. Generalis, & Religiosorum Scholarum
Piarum.

Si verò intueamur observantiam desumptam
ex subsecutis electionibus, hæc consideranda est
juxtà diversitatem statuum, quos Ordo PP.
Scholarum Piarum sortitus fuit; Quod attinet
ad tempus, antè suppressionem regularitatis præ-
fati Ordinis decursum, quodque fuit proximum
fundationi Collegii factæ anno *1624.*, satis est
194 Principalibus nostris afferre observantiam nega-
tivam, videlicèt Reverendissimos Sacri Audi-
torii Patres nullum unquam explevisse actum
istiusmodi electionis, ut ille expletus præsuma-
tur à P. Generali, & Religiosis Ordinis, ad quos
tùm èx Juris communis censura, tùm ex non
dubia voluntate Testatoris, tùm denique ex de-
claratione Executorum electionem pertinuisse,
noscebatur; Cum enim per ea tempora Colle-
gium suos habuerit Alumnos, qui in illo ad
normam testamenti Card. Tonti recipiendi
erant vigore Literarum patentium, directarum
Rectori (acephalum namque esse non poterat
Collegium, & carere capite, quod illius regi-
mini præesset) dicendum est, illius electionem 195
factam censendam esse à P. Generali, ad quem
illa alio jure pertinebat. Verisimile quippe non
est, Reverendissimos Patres tandiù sese abstinuis-
se ab electione, quam Jure suo facere posse pu-
tabant; Observantia itaque ista, tametsi merè
negativa, nihilominus tamquam proxima tem-
pori fundationis Collegii, plurimi facienda esset,
ut tradit *Rota coram clar. mem. Card. Cerro
decis.753. nu.3. & seqq.*, *coram bon. mem. Eme-
rix. Jun. decis.34. num.29.*

Quod verò attinet ad tempus decursum ab
anno *1646.*, quo suppressa fuit regularitas dicti
Ordinis, usque ad annum *1669.*, quo idem ad
primævum statum regularitatis restitutus fuit,
observantia quævis, quæ hoc viginti trium an-
norum decursu adferri posset, nullo numero ha- 196
benda est pro attribuendo Reverendissimis Pa-
tribus vigore testamenti clar.mem. Card. Tonti
Jus activum controversæ electionis, quia ex
actibus gestis tempore, quo mutatus fuerat, at-
que tantoperè alteratus status Ordinis, de re-
gulari mutatus in cœtum Clericorum secula-
rium, induci procul dubio nequit observantia
proficua, quæ, ut prosit, aut noceat, probanda
est in casu præciso, & cum omnibus circum- 197
stantiis concomitantibus actum, de quo est con-
troversia, *Rot. coram Priol. decis.69. num.23.*,
coram Benincasa decis.38. num.9.

Posthabitâ igitur observantiâ quacumque,
quâ Reverendissimi Patres Jure activo tàm eli-
gendi, quàm removendi Rectorem usi fuisse
dicuntur tempore, quo Ordo Patrum Schola-
rum Piarum permansit in statu secularitatis sub
Innocentio X., ut eâ, in re præsenti, juvari pos-
sent, non absimilem observantiam per eosdem
adferri, oporteret, quâ post restitutum Ordi-
nem ad pristinum regularitatis statum, Recto-
res pro eorum libito instituissent, atque desti-
tuissent independentèr à P. Generali; Tantum
verò abest, quod id probari exadversò queat, ut
contrarium manifestè evincatur; Nam, licèt à Re-
verendissimis Patribus in Collegii Procurato-
rem deputatus reperiatur P. Antonius à Sancto
Francisco, adhuc vivente P. Camillo Rectore
Collegii, anno scilicet *1673.*, dum videlicet
ipse P. Camillus malâ valetudine detineretur
(quæ tamen deputatio Procuratoris Superiores
nostros omninò latuit: defuncto deinde quin-
que annis post à tali deputatione eodem Pa-
tre Camillo Rectore, anno scilicet *1678.*), ta-
men, cùm de novo Rectore instituendo agen-
dum fuit, idem P. Antonius in Congregatione
habita in domo S. Pantaleonis die *24.* Maii ejus-
dem prædicti anni *1678.*, servatâ formâ Con-
stitutionum Ordinis, primò in Vice-Recto-
rem,

rem, deinde, *ingratiam Sacræ Rotæ*, in Re-
198 ctorem Collegii adscriptus fuit; Quæ facultas,
instituendi nempè, atque destituendi Rectores
Collegii, si Jure suo pertinuisset ad Sacrum
Auditorium, frustrà precibus illud certè impe-
trasset, quod auctoritate suâ explere poterat,
*Rot. in una Giennen. Juris mutandi 26. Apri-
lis 1700. §. Non attento eorum bon. mem. Muto*,
cum concordantibus adductis ab altero ex scri-
bentibus *in suis disceptation. Eccles. part. 2. di-
scept. 8. num. 9.*, hic autem P. Antonius viginti,
& ampliùs annorum spatio Rectoratus munus
exercuit, in eo semper confirmatus auctorita-
te suorum Superiorum, & uti talis semper pari-
ter agnitus à Sacra Rota, quæ, licèt nullas suæ
199 deputationis Literas unquam illi extradidisse
doceat, aut docere queat, nihilominus ei Re-
ligioso, tamquam Rectori, Literas patentes di-
rexit pro receptione illorum Scholarium, qui,
præviâ morum, aliarumque qualitatum inve-
stigatione, ad formam testamenti in Colle-
200 gium recipi merebantur. En igitur in solo Pa-
tre Antonio tot Rectorum electio, quot trienniis
ipse tale munus exercuit, solius P: Generalis,
& Superiorum Ordinis auctoritate celebrata;
& quidèm Sacro Auditorio id semper appro-
bante, nullumque Jus suum unquam deducen-
te, quod tueri, atque incolume præservare cer-
tè non omisisset; Frustrà ergo, postquam tan-
diù illud pacificè exerceri permiserant à Patre
Generali, idem sibi asserere curaverunt Reve-
rendissimi Patres, Literas patentes anno 1704.,
extradendo P. Theodosio à S. Catherina; Ex-
dem namque attendendæ minimè videntur, ut-
potè illi traditæ, postquam Pater iste, vigore
Literarum P. Generalis, publicè, & palàm in
Aula Collegii perlectarum, jam Officii posses-
sionem aliquot ante diebus nactus fuerat.

201 Nec est, cur exadversò obtendatur, actus
istos, tamquam clandestinos, parvi faciendos
esse: Quânam enim justâ ratione uti clande-
stini redargui possunt actus illi, qui explicati
noscuntur cum omnibus iis solemnitatibus,
cum quibus, juxtà præscripta Constitutionum
dicti Ordinis, celebrantur ceteræ ejusdem ele-
ctiones? Alias quoque animadvertimus, nil
turbare ea, quæ nuper occasione remotionis
cujusdam Præfecti, & Religiosi Laici gesta fue-
202 runt, auctoritate Sacræ Rotæ; id enim, quod
religiosâ humilitate à Patribus Principalibus
nostris permissum fuit in obsequium Procerum,
tantâ dignitate fulgentium, trahi nullo pacto
potest in diminutionem eorum Juris, *multa
enim per patientiam tolerantur, quæ, si deducta
fuerint in Judicium, exigente justitiâ, tolerari
non debent* =. Ex præclara sententia Innocen-
tii III. in *cap. Cùm jamdudum de Præbend.*;
203 Quæ porrò patientia minus officere potest in
nostro casu; quia agitur de auferendo Ordini
Patrum Scholarum Piarum Jure jam quæsito
ex valido titulo, cui, si renunciari minimè
204 posset facto expresso Superiorum particularium,
multò minùs idem tacitè remissum censeri po-
terit per meram patientiam, præstitam in obse-
quium præclarissimi Ordinis, amplissimâ di-
gnitate præditi, optimè *Rota in rec. decis. 44. num. 11., & seq. part. 7.*, ibi = *Nec obstat, quod Provincialis se concordaverit cum D. Duce, & renuntiaverit privilegiis Religionis, quia ista fuit mera simplicitas &c., cum d. Provincialis non posset renuntiare dictis privilegiis, quæ sunt concessa, favore Religionis, non autem personæ particularis, ex qua ratione, nec Clericus potest renuntiare privilegiis Fori* =.

Probatur, Reverendissimos Dominos Sacri Auditorii Patres Jus electionis, de quo agitur, desumere non posse ex Constitutione Innocentii X.

Plenè jam demonstratum fuisse, arbitramur, Reverendissimos Dominos Sacri Auditorii Patres, colore nullo Jus eligendi Rectorem, & ceteros Collegii Nazareni Religiosos asserere sibi posse ex voluntate Fundatoris. Alium DD. exadversò scribentes titulum elicere conantur ex Motu proprio san. mem. Innocentii X. in ejus Constitutione edita 16. Martii anni 1646., in qua Regularem Ordinem Patrum Scholarum Piarum, redactum in Congregationem secularem, instar Instituti Oratorii S. Philippi Nerii, subjecit Jurisdictioni Ordinariorum. Quo verò ad Collegium Nazarenum, illud sub omnimodâ dispositione Sacræ Rotæ Auditorum iis verbis relinquere declaravit = *Regimen autem, & gubernium Collegii Nazareni de eadem Urbe dilectorum filiorum Causarum Palatii Apostolici Auditorum omnimodæ dispositioni relinquimus, ità tamen, ut, quantum fieri possit, menti bon. mem. Michaelis Angeli Cardinalis, Nazareni nuncupati, prædicti Collegii Institutoris, & Erectoris satisfiat* =. Primum autem argumentum, quod ex hoc Brevis loco à DD. in contrarium scribentibus desumitur, fundatur in illo verbo *relinquimus*, quod ex sua natura, & indole, cùm nihil de novo dare, sed, quod anteà competebat, præservare dicatur, dicendum idcircò sit, Summum Pontificem agnovisse, quod regimen, & gubernium Collegii Nazareni Sacro Auditorio jam competebat ex alio titulo, ex testamento nempe clar. mem. Cardinalis Tonti; id confirmando tùm ex stylo Apostolicarum Bullarum, quo novæ concessiones explicantur verbo *concedimus*, sive *reservamus*, tùm etiam ex discretivo disponendi modo, quo Summus Pontifex mentem suam explicavit; nam, dum Religiosos, in statum Ecclesiasticæ Congregationis secularis redactos, subjecit Jurisdictioni Ordinariorum, usus minimè fuit verbo *relinquimus*, sed adhibuit verbum *subjicimus*, & *supponimus*, præseferentibus, ut dictum est, actum efformationis novi Juris.

Verùm, quàm futile sit istiusmodi argumentum, evidens profectò, & apertum reddi videtur ex iis, quæ hactenùs deducta fuerunt. Nàm, si, ut demonstravimus, tùm ex mente Juris, tùm ex voluntate Testatoris Jus eligendi Rectorem Collegii pertinebat ad Patrem Ge-

neralem, & Superiores Ordinis Patrum Scho-
larum Piarum; Si in nulla testamenti parte id
concessum reperitur RR. DD. Sacri Auditorii
205 Patribus; Si denique, tametsi Testator activam
hanc electionem illis delegare voluisset, id ni-
hilominùs nequivisset, ob expressam resisten-
tiam Juris tùm passivam, tùm etiam activam
electionem Superiorum Domorum Regula-
rium præservantis Regularibus, ità quidèm, ut
sinè speciali Indulto Apostolico ad illam admit-
ti nequeat extraneus, quâcumque etiam digni-
tate præditus, qui de gremio cœtus regularis
non sit, quonam pacto DD. exadverso scri-
bentes arguere possunt, quod antè Constitutio-
nem Innocentii X. Jus eligendi Rectorem Col-
legii Nazareni pertineret ad Reverendissimos
Patres, id desumendo ex verbo illo *relinqui-*
206 *mus*, quod, ut perspici potest ex Calvino in suo
Lexicon, aliisque pluribus, qui afferri possent,
secundùm suam significationem tum grammati-
calem, tùm legalem æquè benè refertur tàm
ad præservationem Juris, quod jam compete-
ret, quàm etiam ad novi, & nondum compe-
tentis Juris concessionem? proindeque nil turbat
contraria animadversio, desumpta ex discreti-
vo disponendi modo, sive diversitate verborum,
per Summum Pontificem adhibitorum quoad
Ordinarios, quum eorum omnimodæ Jurisdi-
ctioni subjecit domos, & personas Patrum no-
207 stri Ordinis. Nam, omisso, quod istiusmodi ar-
gumentum frigescere dicitur, cùm agitur de
discretiva, non inter easdem, sed inter diversas
personas adhibita, *Rota in Romana Fideicom-
missi 15. Aprilis 1701. §. Occursum siquidem
coram R.P.D. Ansaldo*: dicimus, quod, si ver-
bum illud *relinquimus* intelligendum foret de
præservativa Juris, quod Summus Pontifex
jam anteà competere credidisset Reverendissi-
208 mis Sacri Auditorii Patribus, idem resolvere-
tur in verbum merè præsuppositivum, quod ni-
hil disponeret, nisi de re præsupposita aliunde
doceretur, *Surd. decis. 195. num. 8.*, *Rota in
Romana Census 10. Januarii 1687. §. Quoniam
coram bon. mem. Revmo D. Hervault Archie-
piscopo Turonen.*, *in Terracinen. Census 16. Fe-
bruarii 1688. §. Minùs ista coram Revmo Moli-
nes Decano*. Quomodò autem de re ista præsup-
posita per Reverendissimos Sacri Auditorii Pa-
tres doceri queat, ex iis, quæ fusiùs huc usque
demonstravimus, Eminentissimi, ac Sapien-
tissimi Judices arbitrentur.

Rectiùs igitur DD. exadversò scribentes ali-
bi dictam Innocentii X. Constitutionem inter-
pretantur in sensu dispositivo, novi, & nondum
competentis Juris concessionem tribuente; Sed
non idcircò benè inferunt, quod cum regimi-
ne, & gubernio Collegii, quod tunc Summus
Pontifex reliquit omnimodæ dispositioni Cau-
sarum Palatii Apostolici Auditorum, in eos-
dem ita transtulerit Jus activæ electionis, ut
istud penès eosdem hodie etiam remanere de-
209 beat. Nam, si Legum, si Constitutionum, si
demum cujuscumque Rescripti verba eo sensu
accipienda sunt, quo accommodentur statui
rerum, cui supremus Princeps, illa condendo,
atque promulgando, providere voluisse præsu-
mitur, *Dec. cons. 334. num. 1.*, adeò quidèm,
ut intelligenda semper veniant, rebus in eodem 210
statu manentibus, quod nempè conveniant ra-
tioni temporum, & rerum, quibus, secundùm
diversas conditiones, diversa expedire censean-
tur, ex *Isidor. ethimol. cap. 21.*; Quamobrem rectè
D. Augustinus lib. 1. de liber. arbitr. cap. 6. ap-
pellat *legem humanam temporalem, quæ, quam-
vis justa sit, commutari tamen per tempora opor-
tet*; Procul dubio, si spectemus statum rerum,
quem Summus Pontifex respexit, & rationem,
quâ idem ad dictam Constitutionem conceden-
dam motus fuit, illicò ex his patebit, Reve- 211
rendissimos DD. Sacri Auditorii Patres nulla-
tenus adserere sibi hodie posse Jus activæ electio-
nis Rectoris, & Patrum, in Collegio Nazareno
degentium.

Ille enim, cum, suppressâ regularitate, Ordi-
nem Patrum Scholarum Piarum in cœtum Cle-
ricorum merè secularium redigere constituis-
set, ideòque nosceret, eosdem manere non pos-
se in statu exemptionis, quâ fruebantur, dum
vigebat, regularitas Ordinis, declarare idcircò
opus habuit, quod illos subjiciebat jurisdictioni,
& potestati Ordinariorum, idque expressit ver-
bis illis *subjicimus*, & *supponimus*; Ait enim
Summus Pontifex = *Ad hæc omnes, & singulos
ejusdem Religionis Religiosos, cujuscumque qua-
litatis existant, eorumque domos, scholas, & loca
quæcumque omnimodæ Ordinariorum locorum, in
quibus reperiuntur, jurisdictioni subjicimus, &
supponimus* =; At, quoniam inter religiosas do-
mos, in quibus degebant, & quæ regebantur
à dictis Patribus, aderat Collegium Nazare-
num, quod alioquin, vigore generalis disposi-
tionis, ut ceteræ domus, Scholæ, & Loca dicti
Ordinis, obnoxium factum fuisset Jurisdictioni
Eminentissimi Vicarii Urbis; nolens Summus
Pontifex sub generali dispositione idem compre-
hendere, in separata oratione, unico tamen
actu, non verò diverso, illud excepit, decla-
rando = *Regimen autem, & gubernium Collegii
Nazareni de eadem Urbe dilectorum filiorum
Causarum Palatii Apostolici Auditorum omni-
modæ dispositioni relinquimus* = subjecitque ratio-
nem, quâ ad hanc Collegii exceptionem à ge-
nerali dispositione faciendam motus, illud ne-
dum eximebat à Jurisdictione Eminentissimi
Cardinalis Vicarii, sed præservabat Jura om-
nia, quæ ante secularizationem Ordinis Reve-
rendissimis Sacri Auditorii Patribus compete-
bant, ut videlicet, quantum fieri poterat,
Fundatoris voluntas adimpleretur. En igitur,
quod, etiamsi superiùs relata verba accipienda
forent in sensu dispositivo, novique Juris con-
cessivo, operata fuissent præcipuum illud, at-
que singulare, ne scilicet Collegium Nazare-
num, ut ceteræ domus, Scholæ, & Loca Or-
dinis redigerentur sub potestate Ordinario-
rum, sed inhærendo menti Testatoris, illorum
loco subrogati fuissent Reverendissimi Domini
Sacri Auditorii Patres.

At

At demus etiam, illos nedum hoc Jure, sed
vigore dictæ novæ concessionis donatos fuisse
eximio illo privilegio electionis activæ, de qua
est quæstio, attamen idem hodiè desiisset; Nam,
ut in ceteris dispositionibus, ita etiam in Con-
stitutioonibus, & Legibus cum præcipuam vim
habeat ratio, seu causa, & respectus, qui ad
Constitutionem, vel Legem aliquam ferendam
212 illius Conditorem impulit, quippè, & hic etiam
valet tritum illud: cessaote ratione legis, cessat
ipsa lex, *Hugo Grot. de Jur. Bell., & pac. lib. 2. cap. 16. §. 8., ibique Tesmarus in suis annotat. ad eumdem, Thabor. axiom. Jur. lib. 10. cap. 13. axiom. 31.*, si hæc in nostra hypothesi quæratur,
perspicuum fiet, Reverendissimos Patres, vi-
gore præfatæ Innocentianæ Constitutionis, ut-
potè respectum habentis ad certum rerum sta-
213 tum, atque conditæ ex peculiari ratione, tali
statui congruente, minime vindicare sibi hodiè
posse Jus eligendi Rectorem, & Religiosos Col-
legii Nazareni, tamquam cum illius regimine,
& gubernio in eorum omnimodam dispositio-
nem irrevocabiliter translatum, & penes ipsos
perpetuò mansurum, etiam postquam mutatus
fuit status ille, quem Summus Pontifex respe-
xit, & postquam cessavit ratio, quà, veluti ex
causa finali, motus fuit ad tale jus electionis, &
regimen, ac gubernium Collegii omnimodæ
Revereodissimorum Patrum dispositioni relin-
quendum.

Cum enim ratio Legis duplex sit, alia nimi-
rum extrinseca, quæ Legis ferendæ occasio di-
citur, petiturque ex facto, quod illi causam de-
214 dit: alia verò intrinseca, quæ derivatur à gene-
ralibus Juris prudentiæ principiis, ut præclarè
docuit *Vlricus Obrechtus in suis observation. ad eumdem Hugonis Grotii locum mox citatum*,
utraque autem ex alio meliùs apparere nequeat,
215 quàm ex ipsa constitutione, *Tesmarus loco mox citato*, si extrinsecam quæramus rationem, &
causam, obvia illa est, candemque apertè no-
bis aperit tenor dictæ constitutionis, ex qua pa-
tet, Summum Pontificem jus, de quo agitur,
Reverendissimis Patribus concessisse, non ex
aliqua merè spontanea, & voluntaria causa, ità
quidem, ut idem jus ademptum Patribus Scho-
larum Piarum in illos translaturus fuisset,
etiamsi, nullâ secutâ extrinsecâ mutatione sta-
tus, & rerum, Patrum Ordo primævam regu-
laritatem retiouisset; non ità sanè, sed motum
eundem Summum Pontificem fuisse, ex dicta
216 omnimoda mutatione, ob quam sublatâ regu-
laritate, Religiosus Ordo Patrum Scholarum
Piarum redigebatur in cœtum Clericorum se-
cularium, ad instar Patrum Congregationis
Oratorii Sancti Philippi Nerii; indeque neces-
sariò sequebatur, quod ne dum mutanda erat
forma electionis Rectoris, & Religiosorum
Collegii Nazareni, utpotè quæ fieri ampliùs
non poterat ad normam Instituti, & Regularum
Ordinis, cujus regularitas solvebatur, sed præ-
terea Collegium unà cum personis in eo degen-
tibus (ut ceteræ domus Ordinis suppressi) inci-
disset sub potestatem Eminentissimi Card. Vi-
carii; quod sanè Summus Pontifex animadver-
tens repugnare voluntati Testatoris, ac noscens, 217
quod ad ipsum, uti supremum Principem, præ-
cipuè pertineret studio omni curare, ne cassa
sint hominum judicia, eorumque suprema ar-
bitria plenum exitum habeant, ut rescripsit *Imperator Constantinus in leg prima Cod. de Sacros. Eccles., Simon. de Prat. de interpret. ult. volunt. lib. 5. dub. 2. num. 68., Rota coram Royas decis. 293. num. 8.*; Ex hoc generali juris pruden-
tiæ principio, atque dictamine desumpsit in-
trinsecam rationem, ob quam censuit, consen-
taneum esse, ac summoperè Juris menti con-
gruere, ut Collegium illud, quod ex judicio
Testatoris exemptum esse debebat à quacum-
que superioritate, & jurisdictione Eminentissi-
mi Card. Vicarii, subderetur Tribunali tantâ
prudentiâ, tantâque dignitate prædito; quod-
que etiam cum facultate eligendi Alumnos,
aliisque prærogativis, quas antè habebat, con-
solidaretur jus quoque eligendi Rectorem, ce-
terosque Religiosos, qui illos regere, atque
erudire debebant.

Si igitur ratio, ob quam Jus, de quo agitur,
à Summo Pontifice concessum reperitur Reve-
rendiss. DD. Sac. Auditorii Patribus, ea fuit,
quia videlicet in illa mutatione status nullâ 218
aliâ magis congruâ ratione adimpleri poterat
voluntas Testatoris, dicendum sanè est, quod
istiusmodi provisio, veluti facta ex certa, atque
correspectiva causa, & ratione, expressis verbis
declarata à Conditore constitutionis, hac de-
mùm cessaote, cessare quoque debeat disposi-
tio, quæ ab ea regulatur, tamquàm à causa finali
principaliter ab agente considerata, illumque
principaliter movente ad faciendum actum, qui
alioquin vel nullo pacto, vel eo modo factus
non fuisset, juxtà concordantia Juris loca, &
auctoritates, de quibus apud *Thabor axiom. Jur. lib. 3. cap. 12. axiomat. 12.*, inquiens, hanc re-
gulam generalem esse in Legibus etiam, & qui-
buscumque dispositionibus, & in specie, quod
eadem locum sibi vindicet in commutatione
quoque voluntatis Testatoris facta ex aliqua 219
causa, quâ cessante, cessat etiam dictæ volun-
tatis commutatio, seu derogatio, tradit *Monet. de commutat. ultim. volunt. cap. 8. num. 5. conclus. 1., & 6., Vivian. de Jurepatr. lib. 14. cap. 3. num. 152. par. 3.*; Idque confirmatur illo
quoque alio nedum Juris, sed naturalis rationis
dictamine, quo admonemur, in omnibus huma- 220
nis dispositionibus, quæ non unico perficiuntur
actu, sed tractum habent successivum, subintel-
ligendam semper esse eam summam æqui, bo-
nique rationem, quod nempè tandiu illæ vali-
turæ sint, quandiu res in eodem statu perman-
serit, *Bald. cons. 396. lib. 3., Castrens. consil. 8. column. final. lib. 1., Cravett. cons. 95. num. 4., Tiraquell. in leg. si unquam in præfat. num. 166., Reynosa observat. 57. num. 14., & seqq., Pegas resol. forens. par. 1. cap. 3. num. 974., & seqq.*

Quæ summa ratio potiori certè Jure reci-
pienda videtur, quando non solùm res in eo-
dem statu non manent, sed novâ aliquâ super- 221
ve.

veniente causâ inducitur contrarius, sivè diversus status, *Dec. cons. 535.*, ibi = *quia ex causa superveniente potest recedi à Statuto, quia verba illius intelliguntur, rebus sic stantibus* = eumque sequuntur alii mox citati Doctores, ut planè contingit in nostra hypothesi, in qua supervenit status contrarius illi, qui causam, & occasionem præbuerat ferendæ dictæ constitutioni; Si enim Summus Pontifex illam condidit, quia, suppressâ regularitate, Ordo Patrum Schola-
222 rum Piarum redigebatur in statum secularem, si in eo novo statu, veluti ex correspectiva causa satisfaciendi, quantum fieri poterat, menti Fundatoris, motus fuit ad concedendum Reverendissimis Patribus Jus eligendi Rectorem Collegii Nazareni, ex hoc veluti necessario antecedenti sequitur, quod, restituto deindè statu regularitatis, non solum tamquam cessante ratione constitutionis, sed, veluti superveniente novâ causâ contrariâ rationi, & causæ, ex qua facta fuit dispositio, & ex qua concessum fuit peculiare illud Jus, talis dispositio, & tale Jus cessare omninò debeat, per ea, quæ tradit *Thabor axiom. Jur. lib. 3. cap. 12. sub axiom. 12. vers. amplia primò*; Idque conforme esse dicitur menti Disponentis, sivè Conditoris constitutionis, qui, si de tali status mutatione cogitasset, ex hac nova superveniente causa à constitutione, & dispositione sua recessisset, admonitus generali illo Legum nostrarum dictamine, quo traditur, ea, quæ de novo emergunt, novo indigere auxilio, & in rebus novis novum esse remedium, & consilium suggerendum, ut benè in proposito post *Aucharan. cons. 84. num. 4.*, *Roland. cons. 1. num. 158., & seq., lib. 2.* tradit *Larrea allegat. fiscal. 3. num. 20., & seq.*; Resti-
223 tutâ enim regularitate Ordinis Patrum Scholarum Piarum, clamabat vox Sacrorum Canonum, ab electione Superiorum Domorum Regularium repellendos esse extraneos; urgebat voluntas Fundatoris, qui Collegium erigendum subjicere voluerat guberio, & curæ Patrum, secundùm Instituti sui Regulas in eo vivere debentium, & his denique consonabat mens Conditoris sæpius memoratæ constitutionis, quæ in illa mutatione status rerum regimen, & gubernium Collegii Nazareni Reverendissimorum Causarum Palatii Apostolici Auditorum omnimodæ dispositioni reliquerat, ut minùs recederet à voluntate Fundatoris, cujus menti occasionaliter dumtaxat derogaverat, quia videlicet ità exi-
224 gebat status secularizationis, quem de novo inducebat, ut apertè innuunt verba illa = *quoad præmissa sufficienter, & expressè commutamus* =, derogationem, seu dispositionem ad causam dumtaxat specificatam restringentia, *Capyc. latr. consult. 82. num. 56.*, idcircoque illi, quantum fieri poterat, satisfacere velle professus fuit. Si igitur Summus Pontifex non ex voluntaria, sed ex necessaria causa in dicta sua constitutione præscripsisse dicitur electionis formam, quæ, licèt diversa esset ab illa, quæ magis consona erat dispositioni Juris, & præcipiebatur ex voluntate Testatoris, accommodata tamen erat novo rerum statui, ab ipso inducto, isto mutato per reversionem Ordinis ad statum regularitatis, non est, cur etiam redeundum non sit ad antiquam electionis formam, quæ tunc ex peculiari, imò privilegiario Jure concessa reperiebatur Reverendissimis Sacri Auditorii Patribus.

At verò, si generale est, quod, cessante tùm extrinsecâ, tum intrinsecâ ratione dispositionis 225
alicujus, ipsa quoque cesset, certiùs, si superveniat contraria ratio, & contrarius rerum status, qui causam dedit dictæ dispositioni; Potiori quidem Jure hæc locum sibi vindicabunt in nostra hypothesi, in qua nedùm cessavit causa, ratio, titulus, & rerum status, ob quem Reverendissimis Patribus Jus, de quo agitur, tributum fuit, sed nova supervenit causa, & titulus, ex quo idem restitutum reperitur Patribus Principalibus nostris, quibus anteà illud competebat, amplissima videlicet restitutio ad primævum statum regularitatis, cujus primùm initia posuit san. mem. Alexander VII.; plenè autem deindè perfecit san. mem. Clemens IX., ut constat ex ejus Brevi edito die 28. mensis Octobris anni 1669., in quo, relato simili Breve dicti Prædecessoris sui, plenissimè *Congregationem secularem Clericorum Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum ad statum regularem, & titulum Religionis reduxit, restituit, atque reintegravit*, &, confirmatis, atque innovatis Privilegiis omnibus, quæ vigore Constitutionum, à suis Prædecessoribus conditarum, vel quocumque alio titulo competebant, amplissimè derogavit Constitutioni Innocentii X.

Eaque sanè plenaria restitutio Ordinis Patrum Scholarum Piarum, auctoritate Summi Pontificis facta primævo statui regularitatis, tantæ est efficaciæ, ut illius virtute recuperasse 226
censendus sit ea omnia, quæ anteà ipsi competebant, uti aliàs demonstravimus ex certissimis Juris nostri regulis, quod, si restitutio facta à Principe, utpotè omnia reponens in pristinum statum, tantum reddere ipsa debet, quantum 227
abstulit læsio, suppressio nempè prioris status: præsertim verò, quando illa plenaria est, & non 228
dat aliter esse, quàm primum, nec dat pristinam faciem, ac naturam rei immutat, agiturque de iis, quæ sequuntur ipsius naturam; hinc sequitur, nullo modo Reverendissimos Patres post omnimodam istam, atque plenariam restitutionem asserere sibi posse Jus illud, quod occasionaliter, ob mutationem nempè status, concessum ipsis fuerat.

Quamobrem nil turbant ea, quæ in oppositum adducuntur, quod subsecuta ista reintegratio concessa à san. mem. Clemente IX., restituens solummodò Patres Scholarum Piarum ad pristinum statum regularitatis; quod attinet ad regimen, & gubernium Collegii Nazareni ab Innocentio X. relictum omnimodæ dispositioni Sacræ Rotæ, nihil de eo disponat, illudque non restituat P. Generali, ejusque Ordini, penès quem anteà existere contendebatur, indè argumentibus contrariis Defensoribus, quod, si id satis esset, ut ex mente Juris dictum Collegium reli-

relictum censendum esset, sub omnimodâ dispositione Sacri Auditorii, ob illam Juris regulam, quâ traditur, quod revocatio quoad unum, est confirmatio, & non revocatio quoad alterum ex dispositis in præcedenti Constitutione, quantò potiori jure in nostro casu dicendum erit, non revocatam, sed confirmatam fuisse Innocentianam Constitutionem ea ex parte, qua gubernium, & regimen Collegii Nazareni permittebatur omnimodæ dispositioni Sacri Auditorii, cum Summus Pontifex Clemens IX. derogans Literis Innocentii X. non in totum, sed illa tantum ex parte, qua Congregationem Patrum Scholarum Piarum reduxerat ad statum secularem, reliqua in suo robore permansura fore, declaraverat, per ea verba = *Eandem Congregationem &c. ad statum regularem, & titulum Religionis reducimus, restituimus, & reintegramus &c., non obstantibus prædictis Innocentii &c. Literis &c., quibus &c., illorum tenorem pro pené, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter derogamus* = ex quibus verbis DD. exadverso Scribentes inferunt, frustrà prætendi, *Constitutionem posteriorem derogasse priori circa regimen, & gubernium Collegii relictum omnimodæ dispositioni Sacræ Rotæ, super quo Clemens neque disposuit, neque disponere voluit, sed imò Literas Innocentii in suo robore permanere in reliquis declaravit, & tamen, etiam seclusâ tali præservativâ, de Jure est, quod sub generali Constitutione posteriori non veniant ea, quæ specialiter alicui concessa extiterunt, nàm specialis concessio uni facta, ut sublata censeatur, requirit specialem ademptionem, seù revocationem, neque reintegratio Congregationis quoad unum operatur in reliquis specialiter non expressis* = concluduntque, quod Patres Scholarum Piarum, sivè essent de Congregatione seculari, vel Regulari, *id nihil influebat ad punctum Collegii Nazareni, dum status secularis, ad instar Congregationis Sancti Philippi Nerii, non tollebat eis Institutum faciendi scholas, & sic illam professionem, cujus intuitu Cardinalis fundator in hoc Collegio vocavit eosdem Patres ad disciplinandos Adolescentulos, undè status regularis, deindè restitutus in Constitutione Clementis, nihil commune habebat cum dispositis per Innocentium super regimine, & gubernio Collegii &c., & propterea, cum unum non sit sequela necessaria alterius, restitutio regularitatis nihil infert ad abrogationem dispositionis Innocentianæ super regimine Collegii.*

Verùm enim verò contrarius iste discursus nulla ex parte subsistit. Ut enim vigore plenariæ restitutionis, atque reintegrationis Ordinis Patrum Scholarum Piarum, à san. mem. Clemente IX. factæ ad primævum statum regularitatis, idem reintegratus censendus esset ad Jus eligendi Rectorem, ceterosque Religiosos, dicti Collegii regimini, & curæ præponendos, non requirebatur, quod Summus Pontifex specialem ullam mentionem de hoc faceret; nàm,
ut demonstratum fuit, cum Summus Pontifex
Innocentius X. regimen, & gubernium Colle- 229
gii Nazareni reliquisset omnimodæ dispositioni
Sacri Auditorii, ob eam dumtaxat causam,
quia, sublatâ regularitate Ordinis Patrum Scho-
larum Piarum, mutabatur primævus status re-
rum, & re deveniente ad eum casum, à quo in-
cipere, ac mens Testatoris executioni deman-
dari amplius nequibat eo modo, & formâ,
quam ipse præscripserat, proindeque, ut, quan-
tum fieri poterat, eadem adimpleretur, consen-
taneum esse censuit illius voluntati, quod Jus
eligendi Rectorem consolidaretur cum aliis
prærogativis, & juribus à Fundatore concessis
Reverendissimis DD. Sacri Auditorii Patribus,
hinc sequitur, quod concessio, non voluntariè,
sed coactè facta à Summo Pontifice, ex caussâ
nimirum in constitutione expressâ, eâ cessan-
te, resoluta fuerit; Certiùs, quia per reversio-
nem Ordinis ad primævum statum regularitatis
deficiebat ratio tùm intrinseca, tum extrinseca,
quâ Summus Pontifex Innocentius X. motus
fuerat ad regimen Collegii Nazareni omnimo-
dæ dispositioni. Rmorum Patrum relinquen-
dum.

Cum itaque superveniens reintegratio, atque
restitutio Ordinis ad primævum statum regula-
ritatis, vel Legis ministerio, vel ex ratione
correspectivitatis, quæ intrinsecè inerat Inno-
centianæ constitutioni, sublatum repererit illius
impedimentum; & titulus, favore Reverendis-
simorum Patrum ex ea promanans, veluti corre-
spectivus certæ causæ, quæ si non adfuisset,
concessus certè non fuisset, illâ sublatâ, suâpte
naturâ resolutus remanserit, & redactus fuerit
ad non titulum, Patres Scholarum Piarum re-
stituti censerentur ad Jus etiam faciendi electio-
nem Rectoris, & Religiosorum, præponendorum
curæ, & regimini Collegii Nazareni, non re- 230
quirebatur specialis istiusmodi Juris expressio,
maximè, quia agebatur de restitutione, atque
reintegratione plenaria, utpotè facta ex illis
verbis = *ad fruitionem omnium, & singulorum
privilegiorum, Immunitatum, facultatum, exem-
ptionum, aliarumque gratiarum, & Indulto-
rum &c. in omnibus, & per omnia ad limites
supradictarum binarum Gregorii Prædecessoris
Literarum, & juxtà illarum seriem &c. auctori-
tate Apostolicâ tenore præsentium reducimus,
restituimus, & reintegramus* =; quæ sanè verba
amplitudine suâ restituentia omnia ea, quibus 231
nedùm de Juris communis censura, sed vigore
specialis gratiæ, & Indulti antè suppressionem
regularitatis Patres Scholarum Piarum fruc-
bantur, potiori Jure reddidisse dicenda sunt
Jus etiam electionis, de quo est controversia,
etiamsi illud speciatim expressum non fuerit;
quippe hanc expressam mentionem, si cetera 232
deessent, virtute suâ supplet sola illa clausula
in omnibus, & per omnia, quæ, tamquàm gene-
ralissima, totum comprehendit, & nihil exclu-
dit, ut docuit *Roman. consul. 82. num. 3.*, ibique
in addit. Mandos. lit. B., *Spad. consil. 72. n. 16.
& 17. lib. 1.*, *Cyriac. contr. 11. nu. 19.*, ubi, quod
im-

importat omnimodam totalitatem, & integri-
tatem, perindè ac si singula specificata fuissent,
idemque repetit *contr.292. n.49.*, *& contr.452.*
num.64., ubi, quod efficit, ut comprehendantur
illa, quæ alioquin non comprehenderentur,
Borgnin. decis.35. num.3. part.1., *Rot. in recent.*
decis.185. num.3. part.8., *& decis. 459. num.7.*
part.9., *coram Buratto decis.193. num.1. & 2.*,
coram Manzaned. decis.831. num.4., *coram Coc-*
cino decis.1469. num.7., ubi propius ad rem no-
stram ait, quod, vigore similis clausulæ, com-
prehensa dicenda sint ea omnia, quæ compete-
bant antè secularizationem, perindè ac si hæc
facta minimè fuisset.

Et sanè, si in dubium venire nequit, quin, ex-
cluso Jure Ordinariorum, de quibus tamen nulla
in Breve restitutionis mentio fit, præfatis Pa-
tribus restitutum fuerit Jus præficiendi Rectores,
& destinandi Religiosos, qui in ceteris domi-
bus regularibus dicti Ordinis mansuri erant, cur
etiam restituta dicenda non erit potestas eligen-
233 di Rectorem, & deputandi Religiosos, in Col-
gio Nazareno, Alumnorum regimini, & curæ
preponendos? quippè tale Collegium antè se-
cularizationem erat domus conventualis, &
religiosa, & ad talem regularitatem, secutâ re-
stitutione Ordinis, ipsa quoque restituebatur,
& tàm antè, quàm post nedum ex dispositione
Juris, & Constitutionibus municipalibus Ordinis,
verùm etiam ex voluntate Fundatoris, Religiosi
nostri Ordinis, juxtà sui Instituti regulas, in dicta
domo permanserunt; Inspectâ igitur remotione
impedimenti, quod præstabat Innocentiana
Constitutio, causativa, & correspectiva ad cer-
234 tam causam, certumque rerum statum jam
sublatum, &, consideratâ amplitudine resti-
tutionis, suâptè naturâ reddere valentis Jura
quoque illa, quæ ex speciali Indulto, & gratia
antè secularizationem Ordini Patrum Schola-
rum Piarum competiissent, magis verò ea om-
235 nia, quæ illi competebant de Juris communis
censura, & quæ, veluti consectaria erant ipsius
reintegrationi, qualis est electio Rectoris, &
deputatio Religiosorum, qui in domo regulari
mansuri erant, his, inquam, inspectis, tàm longè
abest, quod Patribus Principalibus nostris obesse
queat, quod in generali illorum reintegratione
236 ad statum regularitatis facta non fuerit specifica
mentio Collegii Nazareni, ut potius asserendum
sit, quod, si mens Summi Pontificis ea fuerit,
ut Jus celebrandæ electionis, de quo agitur,
etiam post gratiam reintegrationis permanere
deberet penes Reverendissimos DD. Sacri Au-
ditorii Patres, illud expressè excipere debuis-
set, cum alioquin comprehensum censendum
237 esset sub generali restitutione; Neminem quip-
pè latet, Summos Pontifices, generalitèr in eo-
rum Constitutionibus loquentes, specialiter ex-
cipere semper consuevisse ea, quæ sub illâ com-
prehendere non intenderunt.

Nec obesse potest ratio præjudicii, quod illa-
tum diceretur Reverendissimis DD. Sacri Au-
ditorii Patribus; Nam, si plenaria restitutio di-
citur talis efficaciæ, & virtutis, ut restituat ea
omnia, quæ, juxta primævum statum compe-
tebant, nulla habenda videtur ratio istiusmodi 238
præjudicii, præsertim verò, quia in tali gratia
cassatur, & aboletur titulus ille, Literæ nempè
Innocentii X., quarum vigore, veluti ex imme-
diata causa, Jus omne suum Reverendissimi Pa-
tres adquisiverunt, proindeque, sublatâ dictâ
causâ, & titulo, Ordo Principalis noster vigore
restitutionis recuperat omnia Jura, quæ in alium 239
translata fuerant; *Spad. d. cons.72. n.16. lib.1.*,
Tondut. resol. civil.49. n.9., *Torr. var. Jur. quæst.*
tom.1. quæst. 37. num. 20. & 25., quæ potiori
Jure procedunt, quoties, ut in casu nostro, agi-
tur de Jure quæsito ex titulo merè lucrativo, 240
clar. mem. Card. de Luc. de regal. disc.160. sub
num.37. vers. haud verò.

Submotâ primâ contrarii discursus parte, mi-
nùs urget secunda, quâ excludi contenditur
amplitudo nostræ gratiæ restitutionis eo sub ob-
tentu, quod illa, utpotè restricta ad restitutio-
nem dumtaxat regularitatis, quoad alia, in suo
robore permanere voluerit præcedentes Literas
Innocentii X.; Facilè siquidem ab hac objectio-
ne liberamur referendo seriem, & statum re-
rum, qui post secularizationem nostri Ordinis,
ab Innocentio X. factam, supervenit; Eo enim
redacto in Congregationem Clericorum secula-
rium, san. mem. Alexander VII. plura pro recto,
& fœlici istiusmodi Congregationis regimine
constituit; quippè declaravit, quod illius Præ-
positus Generalis, & quatuor Assistentes *in ele-*
ctionibus, & mutationibus quorumcumque Supe-
riorum votum decisivum haberent, in reliquis,
nonnisi consultivum daturi, quodque demùm
unâ cum Præposito Generali residerent in domo
Sancti Pantaleonis de Urbe.

At, cum tandem affulsisset ille dies, quo
san. mem. Clemens IX. salubriter providere
volens publico bono, ad suum primæum statum
regularitatis Ordinem nostrum restituere deli-
beravit, &, abrogatis Prædecessorum suorum
Literis, talem reintegrationem concessit, ani-
madvertens idem Pontifex, sapientèr, atque uti-
litèr in Literis Alexandri VII. disposita fuisse ea,
quæ respiciebant auctoritatem, & tempus dura-
tionis in Officio Præpositi Generalis, & Assi-
stentium, illaque immota manere volens, ex-
pressè eadem præservavit, ut legitur in dicta no-
stra Constitutione; at verò, ut elegantèr ait *Ci-*
cero in Oratione prò Balbo, *si exceptio facit ne* 241
liceat, ibi necesse est licere ubi non est exceptio,
undè tritum illud: exceptio firmat regulam, hinc
sequitur, quod, si san. mem. Clemens IX. in
suis Literis referens illas tùm Innocenti X., tùm
Alexandri VII., has posteriores à generali dero-
gatione excepit ea ex parte, quæ respiciebat au-
ctoritatem, & durationem Officii P. Præpositi
Generalis, & Assistentium; hinc sequitur, in-
quam, quod, si idem Summus Pontifex in hac
generali derogatione præcedentium Constitu-
tionum excipere etiam, ac præservare voluisset
ea, quæ ab Innoc. X. favore Sac. Auditorii dispo-
sita fuerant quoad gubernium, & regimmen Col-
legii Nazareni, id expressis verbis præservasset.
Quæ

Quæ porrò præservatio potiori Jure requirebatur, quia san. mem. Clemens IX. noverat, Collegium Nazarenum esse domum regularem, ut ceteræ domus ejusdem Ordinis, juxtà ejusdem Instituti regulas regendam à Superioribus, qui ad formam Alexandrinæ Constitutionis, quam hac ex parte præservabat, eligendi erant à P. Præposito Generali cum voto decisivo Assistentium. Expresse igitur declarare debuisset, se præservare velle illud qualecumque Jus, ex Innocentiana Constitutione Sacro Auditorio competens; Præsertim, quia tempore, quo dictus Ordo manebat in statu secularitatis, menti Sacrorum Canonum non adversabatur, quod Rector, præficiendus regimini Collegii, eligeretur à Sacro Auditorio, vice autem versâ id absurdum erat, postquam Patres Scholarum Piarum, omnesque eorum Ordinis domus restitutæ fuerant ad pristinum statum regularitatis; in hoc namque novo rerum statu Juris ratio exposcebat, quod, quemadmodum, submotâ omni Ordinariorum Jurisdictione, atque auctoritate; ceteræ domus regulares reincidebant sub potestatem P. Generalis, sic etiam eidem subjiceretur Collegium Nazarenum, ut impleretur mens Fundatoris, qui illud regi voluerat, juxtà regulas Instituti dicti Ordinis, cujus sanè voluntati Clemens IX., noverat, Innocentium X. derogasse occasionaliter dumtaxat, & ex correspectiva causa secularizationis dicti Ordinis, &c, ut, eâ durante, quantum fieri poterat, satisfaceret menti Fundatoris Collegii, illius regimen reliquerat omnimodæ dispositioni RR. Patrum.

242 Ex his patet etiam, frustrà pro excludenda plenitudine gratiæ obtendi, in Literis Clementis IX. non fuisse plenariè derogatum Literis Innocentii X., sed, abrogatâ dumtaxat secularitate, quoad cetera cautum fuisse, illas in suo robore permansuras fore = *illis aliàs in suo robore permansuris* =; Objectio namque ista sublata remanet ex eodem Clementinæ Constitutionis loco, unde sumpta est; Summus enim Pontifex locutus minimè fuit breviloquis illis verbis, quæ, si ita concisa essent, ut ibi leguntur, justo aliquo colore referri fortè possent ad Innocentianam Constitutionem, sed integer Clementinæ Constitutionis locus itá se habet = *Non obstantibus prædicti Innocentii, & Alexandri Prædecessorum Literis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenùs opus sit, dictæ Congregationis, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel aliâ quâvis firmitate roboratis Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hâc vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus*, = ex toto itaque Constitutionis contextu perspicuum
243 reddi videtur, clausulam illam = *illis aliàs in suo robore permansuris* = referri non posse ad præservandas, atque in suo robore relinquendas Literas Innocentii X., sed appositam fuisse ad generaliter præservandas Constitutiones, & Ordinationes Apostolicas, ac alias quascumque consuetudines, nè videlicet eædem, quoad omnes effectus, contra mentem Summi Pontificis comprehenderentur sub generali derogatione, quando illis derogare voluit ea dumtaxat ex parte, & quoad eum dumtaxat effectum, quatenùs videlicet obstaculum præbuissent restitutioni ad regularitatem, ad quam Summus Pontifex Clemens IX. dictum Ordinem restituere intendebat: in quibus Constitutionis verbis cum nulla ambiguitas sit, nulla esse posset voluntatis quæstio, ad mentem famigerati *Text. in leg. Ille, aut ille ff. de legat. 2.*

Verumtamen, si sensui Constitutionis, alioquin claro, subtiliori interpretatione dubietas aliqua offundi contenderetur, hæc, veluti ab ipsa rei evidentia, sublata remaneret ex communi praxi, quâ in omnibus Literis Apostolicis, conti-
nentibus derogationem alicujus præcedentis 244
Constitutionis, clausulis derogatoriis adjici semper consueverunt superiùs relata verba, nempè = *illis aliàs in suo robore permansuris* = Sexcenta hic adferre possemus loca, imò constanter adfirmare valeremus, nullam tàm inter illas, in universo Bullario evulgatas, quàm inter alias extravagantes reperiri Constitutionem, aliarum derogatoriam, cui inserta non reperiatur dicta clausula = *illis aliàs in suo robore permansuris* =; at illis omissis, satis erit ad rem nostram adferre exemplum, petitum ex ipsa Constitutione Innocentii X.. Cum enim Summus Pontifex deliberasset, solutâ regularitate, redigere Ordinem Patrum Scholarum Piarum ad Congregationem Clericorum secularium, cumque, ut id perficeret, sibi oporteret deroga-
re Constitutioni san. mem. Gregorii XV., cu- 245
jus virtute dicta Religio constituta fuerat in statu regularitatis, Summus Pontifex, licèt amplissimè eidem derogaverit, attamen in generali derogatoria complicavit superiùs relatam clausulam, ibi = *Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus* =; Nemo autem justo colore adfirmare unquam poterit, dictâ clausulâ = *illis aliàs in suo robore permansuris* =, Innocentium X. præservare voluisse Constitutionem Gregorianam, quâ solummodò regularitatis forma, & præter hanc nihil aliud datum fuerat Ordini, quem ipse in statum secularem
redigebat; hinc igitur perspicuum fit, similem 246
clausulam suâpte naturâ referendam minimè esse ad Constitutionem, sive Ordinationem illam, cui specialiter derogatur, sed ad alias Constitutiones, & Ordinationes, per viam generalis Legis editas, & in amplitudine derogatoriæ enunciatas, quæ adversari, vel impedimento essent speciali derogationi, à Summo Pontifice faciendæ.

Dicta itaque clausula, cui tantoperè exadversò 247
insistitur, si tantæ non est efficaciæ, ùt, restringen-

geudo generalem derogationem, efficere valeat, nè sub illâ comprehendantur ea omnia, quæ, veluti consectaria, sub illâ venire possent, quantò minùs id operari poterit, speciali aliquâ ur-
248 gente ratione, ob quam sub clausulâ illâ = *illis aliàs in suo robore permansuris* = præservatum censeri nequeat aliquid, in Constitutione jam abrogata contentum; prout certè contingeret in casu nostro, in quo, ut pluriès, pluriesque dictum fuit, licèt tempore, quo Ordo Patrum Scholarum Piarum in statu secularitatis mansurus erat, menti Sacrorum Canonum non adversaretur, quod electio Rectoris, & deputatio Religiosorum, qui in Collegio Nazareno manere debebant, celebraretur judicio, & auctoritate Reverendissimorum Patrum Sacri Auditorii, quorum prudentiæ, atque integritati tantoperè considerat illius Fundator, contraria profectò urgebat ratio, quum, unà cum Constitutione Innocentiana, abrogatâ jam secularitate dicti Ordinis, idem restituebatur primævæ regularitati, ob quam restitutionem, vigore hujus clausulæ, dicta Constitutio præservata censeri non poterat ea ex parte, quæ respiciebat regimen, & gubernium Collegii commis-
249 sum Sacro Auditorio; Id enim adversabatur menti Juris, extraneos Prælatos, cujuscumque sint dignitatis, prohibentis, nè se immisceant electioni Superiorum religiosarum domuum, & aberrabat etiam à voluntate Testatoris, qui regimen, & curam Collegii permanere voluerat penès Religiosos, juxtà Regulas Instituti Ordinis nostri eligendos, ut alias demonstravimus enumerantes gravissima incommoda, atque absurda, quæ in perniciem Collegii, atque Ordinis oriri possent, si libero Reverendissimorum DD. Patrum arbitrio relinqueretur potestas eligendi Rectores, & Religiosos, Collegii re-
250 gimini, ac curæ præponendos. Quamobrem, si semper verba Legum, & Constitutionum, & clausulæ, eisdem insertæ, ità interpretandæ sunt, ut numquam trahantur ad sensum aliquem absonum, & absurdum, sed conformentur menti juris, & æqui, bonique rationi; inde sequitur, quod sæpius memorata clausula = *illis aliàs in suo robore permansuris* = accipi nequeat in sensu illo, in quo eadem redderetur contraria menti Legis, voluntati Fundatoris, & induceret absurda contraria fini, ad quem opus, de quo agitur, ordinatum fuit.

Id quod agnovisse dicendi sunt ipsi etiam sapientissimi, jurisque peritissimi Sacri Auditorii Patres, qui, dùm in suo robore manebat Constitutio Innocentiana, & Ordo Patrum Scholarum Piarum durabat in statu secularitatis, actus omnes, quos adferunt, ab anno videlicet *1646.* usque ad annum *1669.*, quo secuta fuit restitutio regularitatis, celebrare professi sunt vigore facultatis, in Constitutione Innocentiana ipsis concessæ, deindè verò secutâ reintegratione nostri Ordinis, ab anno nempè *1669.* electiones illas, quas fecisse, dicunt, celebrarunt non ampliùs vigore dictæ Constitutionis, sed titulum desumere curarunt ex testamento clar. mem. Cardinalis Tonti. Ut autem alibi notavimus, cum nè mente quidem cogitari possit, in agnoscendo, atque enuntiando sui juris titulum, errare potuisse cœtum il- 251
lum, penès quem sanctimonia, & reverentia Legum, tamquàm in sua sede custoditur, & ex quo veluti perenni fonte sanioris jurisprudentiæ responsa, ac judicia promanant; profectò pro definienda hodierna controversia exuberare posse viderentur tot, tantique solemnes actus collegialiter celebrati ab universo Sacro Auditorio, omniumque Reverendissimorum Patrum consensu, & subscriptione confirmati, quibus ipsi expresè professi sunt, se Jus omne eligendi Rectorem, veluti ex sua causa, & titulo, derivare ex voluntate Cardinalis Fundatoris, non autem ex Constitutione Innocentiana, quam, resoluto statu, cui illa providere volueat, ipsam quoque, veluti cessante causâ, resolutam fuisse oportebat; vel certè id nobis dandum erit, quod observantia saltèm interpretativa resultans ex similibus actibus rem dubiam reddere valeat, an scilicèt Innocentiana, posteriore Clementis IX. Constitutione abrogata fuerit, illa etiam ex parte, quâ regimen Collegii Nazareni relinquebatur omnimodæ dispositioni Reverendissimorum Patrum. In dubio autem ea sequenda erit interpretatio, quæ magis conformis est menti juris, voluntati Testatoris, & quæ ea gignere nequit incommoda, & absurda, quæ ex contraria interpretatione promanarent.

Superest postrema pars contrariæ objectionis, quâ dicitur, nihil influere ad punctum Collegii Nazareni, an Patres Principales nostri essent in
statu Congregationis secularis, vel veræ Reli- 252
gionis; id enim adversatur menti Fundatoris, qui ex tot Ordinibus sive Regularibus, sivè Secularibus, qui Adolescentulos bonis moribus instituere, & liberalibus disciplinis erudiendis incumbunt, Ordinem Patrum Principalium nostrorum præcipuè elegit, quia juxta suas Regulas quarto voto huic Instituto illos addictos noverat. Quamobrem, statim ac Ordo iste cum regularitate ad primævi Instituti sui vigorem restitutus fuit, ratio juris, & mens Testatoris efflagitare videbantur, quod electio Rectoris, & Religiosorum, gubernio, & curæ Collegii præesse debentium, perageretur servatâ formâ, quam Testator præ oculis habuerat, dùm mandaverat, fundari Collegium hoc regendum à Patribus Principalibus nostris, juxta eorum Instituti Regulas in eo manere debentibus.

Die 16. Martii 1717. Sacr. Congregatio particularis à fan. mem. Clemen. XI. deputata Eminentissimorum Card. Casoni, Ruffi, & Grimaldi.

Ad primum respondit = *Spectare ad P. Generalem, & Superiores Religionis* =.

Ad secundum = *Spectare ad Rectorem, & Superiores Religionis* =.

Ad tertium = *Competere Rectori Collegii Nazareni* =.

Ad quartum = *Affirmativè ad formā Testamēti* =.

Ad quintum = *Servari solitum* =.

Ad sextum = *Negativè* =.

Ad septimum = *Affirmativè* =.

Pr-

Parmen., seù Nullius prætensæ Pensionis.

Pensionis transferendæ facultate non gaudet, ex privilegio Conclavistarum, Bigamus, quamvis anteà peculiari donatus jam fuisset indulto obtinendi, ac retinendi Pensiones in statu etiam bigamiæ.

DISCEPTATIO III.

1 *Matrimonium contrahens cum Vidua, bigamus, & irregularis efficitur.*
2 *Pensio æquè, ac Beneficium Pensionarii morte extinguitur.*
3 *Pensionis extinctionem impedire nequit translatio facta, absque legitimâ facultate.*
4 *Pensionis transferendæ facultas certò probanda est à Translatario.*
5 *A facultate retinendi pensionem in statu bigamiæ colligi nequit facultas eam transferendi*, & num. 55.
6 *Conclavistæ etiam laici facultatem habent transferendi pensionem, modò Matrimonium contraxerint cum unica, & virgine*, & num. 29.
7 *Gratia transferendi pensionem, prout expressa legitur, interpretanda est.*
8 *Indultum Conclavistarum transferendi pensionem, modò Matrimonium contraxerint cum unica, & virgine, non suffragatur Bigamo, etiamsi antea obtinuisset indultum retinendi pensiones in statu bigamiæ*, & num. 73., 109., & 126.
9 *Indulta retinendi, & transferendi pensiones extendi non debent ultra eorum limites*, & num. 65.
10 *Obtinens per unicum libellum sub eadem die duplex indultum, retinendi pensiones in statu etiam conjugali, & eas transferendi, non potest frui hoc posteriori indulto, in quo nulla facta fuit mentio status conjugalis.*
11 *Pensionis retentio in statu laicali, ac multò magis conjugali improbatur.*
12 *Pensionis legitimè constitutæ retentio in statu laicali faciliùs conceditur.*
13 *Facultas transferendi pensiones est odiosissima*, & num. 27., & 121.
14 *Et est contra naturam pensionis*, & num. 43., & 121.
16 *Et maximum præjudicium parit Ecclesiæ, & Titulari.*
17 *Pensionis translatio difficillimè solet, ac debet concedi.*
18 *Nec, nisi Cardinalibus, aut aliis personis de Apostolica Sede benemeritis.*
19 *Nec unquam concessa censetur, nisi fuerit expressa*, & num. 44., & 63.
20 *In odiosis, quidquid omissum est, censetur consultò omissum.*
21 *Clerici uxorati cum unica, & virgine, modò impleant conditiones, à Tridentino Concilio præscriptas, retinent privilegium Canonis.*
22 *Non autem Bigami.*
23 *Irregularitas ex bigamia æquiparatur illi, quæ ex homicidio voluntario contrahitur.*
24 *Ab irregularitate ex bigamia difficilior est dispensatio, quàm super crimine.*
25 *Irregularitatis macula ex bigamia contracta, non eluitur per Baptismum*, & num. 112.
26 *Veteres pœnæ Canonicæ in Bigamos.*
28 *Bigami omnibus Clericorum privilegiis exuuntur*, & num. 97.
30 *Conclavistæ ante S. Pium V., etsi laici, uxorati, & bigami, donabantur facultate retinendi, & transferendi pensiones.*
31 *Immoderatæ de rebus dominicis extrà ordinem Ecclesiasticum largitiones improbantur.*
32 *Conclavistis laicis, & uxoratis S. Pius V. prohibuit facultatem retinendi, ac transferendi pensiones.*
33 *Immò, tàm Clericis, quàm Laicis Conclavistis ademit facultatem transferendi pensiones.*
34 *Quod Summi Pontifices sibi licere non putiuatur, eorum Successoribus indicant.*
35 *Paulus V. Conclavistis tàm Clericis, quàm Laicis, modò Matrimonium contraxerint cum unica, & virgine, privilegium restituit retinendi, & transferendi pensiones.*
36 *Dictio* = tamen = *adversativa est, & omne aliud excludit.*
37 *Privilegia Conclavistis concessa à Successoribus Pauli V. quoad retentionem, & translationem pensionum, semper excludunt Bigamos*, & num. 41., 49. 53., 115., & 136.
38 *Lex ea in parte, quæ abrogata non est, adhuc firma perseverat.*
39 *Indultum concessum habentibus certam qualitatem, alios excludit.*
40 *Dictio*=tantum=*includit solummodò expressa, & reliqua excludit.*
42 *Privilegia Conclavistarum, quæ in priori parte facultatis obtinendi, ac retinendi pensiones excludunt Bigamos, multò magis eos excludere censentur in posteriori parte à facultate transferendi pensiones*, & num. 47.
44 *Quæ insolita, & ardua sunt, nunquam intelliguntur concessa, nisi nominatim exprimantur.*
46 *Conclavistis uxoratis cum unica, & virgine, Innocentius XII., concessit facultatem obtinendi, & retinendi pensiones usque ad summam* 200. *ducat. auri de Camera, transferendi verò usque ad summam* 100. *ducat.*
48 *Facultas transferendi pensiones supponit facultatem retinendi.*
49 *Conclavistæ habiles effecti ad obtinendas, & retinendas pensiones, comprehenduntur sub Indulto eas transferendi.*
50 *Incapaces obtinendi, & retinendi pensionem, incapaces etiam sunt illam transferendi.*
51 *Dictionis* = ac = *natura est augere.*
52 *Indultum transferendi pensiones ampliativè* con-

concediur habentibus jam facultatem eas retinendi.

54 *Verba* = & insuper Conclavistis præfatis = *intelligenda sunt de Conclavistis, in priori oratione nominatis.*

55 *Continuatio, & repetitio sermonis intelligenda est cum omnibus suis qualitatibus.*

56 *Dictio* = & = *satis est ad inducendam repetitionem cum omnibus suis qualitatibus.*

57 *Dictio* = insuper = *sequentia conjungit cum præcedentibus.*

58 *Dictio* = præfatis = *repetit personas, antea expressas, cum omnibus qualitatibus.*

59 *Bigami, ne comprehendantur sub Indulto transferendi pensiones, interpretatio capienda est.*

60 *Facultas transferendi pensiones, etiam quando conceditur Clericis non conjugatis, expressam mentionem requirit.*

61 *Dispensatio à bigamia improbatur.*

62 *Nec comprehenditur sub verbis generalibus.*

64 *Dispensationes odiosæ sunt, ac strictè intelligendæ.*

66 *Indulta retinendi, ac transferendi pensiones in uno statu concessa, non suffragantur pro alio statu non expresso.*

67 *In eo, quod competit, quatenus à Lege, vel ab homine datum est, non valet argumentum ab identitate, vel majoritate rationis.*

68 *In dispensationibus non valet argumentum ab eadem, vel majori ratione*, & num. 117.

69 *Dispensatio ab irregularitate Conclavistis concessa quoad unum effectum, non prodest quoad alium*, & num. 81.

70 *Indulta retinendi, ac transferendi pensiones non recipiunt extensionem ab uno ad alterum casum.*

71 *Exemptio à bigamiæ labe nativa esse non potest, sed dativa ex Apostolicâ gratiâ.*

72 *Dispensatio à bigamia quoad omnes juris effectus concedi non solet.*

74 *Facultas, tametsi præventiva, retinendi pensiones in statu bigamiæ, vera est dispensatio.*

75 *Dispensatio antecedens, præservat; subsequens tollit.*

76 *Dispensatio, sive antecedens, sive subsequens ad certos effectus, non prodest quoad alios*, & num. 106.

77 *Dispensatio nulla ultra concedentis mentem operatur.*

78 *Privilegia, & dispensationes tantum valent, quantum sonant*, & num. 108., & 110.

79 *Præsertim, ne trahantur ad difficiliorem casum, in gratia non expressam.*

80 *Card. Albitius, quamvis jam obtinuisset dispensationem à bigamia pro consequendis, ac retinendis Beneficiis, alteram peculiarem dispensationem obtinuit pro Cardinalatus dignitate.*

82 *Dispensatio à bigamia pro retinenda pensione non continet aliam, ut quis Clericum bigamum agat, & nullum Ecclesiæ servitium exhibeat.*

83 *Quot sunt impedimenta, tot dispensationes requiruntur*, & num. 128.

84 *Dispensatio, ut absque habitu, & tonsurâ quis incedat, non continet exemptionem ab Ecclesiæ servitio.*

85 *Dispensatio ab illegitimitate prodest tantùm quoad effectus expressos.*

86 *Dispensatio à bigamia quoad retentionem pensionis non prodest quoad ejus translationem*, & num. 99. & 105.

87 *Sublato obstaculo Matrimonii pro obtinenda pensione, non tollitur illud defectus Clericatus.*

88 *Duo impedimenta, Matrimonii, & bigamiæ, duas requirunt dispensationes.*

89 *Privilegium Conclavistarum testandi de reditibus Ecclesiasticis non prodest militi.*

90 *Habilitas testandi de Bonis Ecclesiasticis non prodest personæ incapaci ad testandum.*

91 *Pensionis retentio difficiliùs Bigamis, quàm aliis uxoratis conceditur*, & num. 134.

92 *Facultas transferendi pensionem Bigamis concedi non solet*, & num. 113.

93 *Et, si conceditur, expeditur per Secretariam Brevium secretorum.*

94 *Et expediuntur duo Brevia separata, alterum retinendi pensionem, & alterum transferendi.*

95 *Derogatio Conciliis generalibus, & Bullæ S. Pii non requiritur, ut Indultarius, non obstante bigamiâ, pensiones consequi, & retinere valeat*, & num. 98.

96 *Indulta, quæ conceduntur nepotibus & consanguineis Summorum Pontificum, eximia, & insignia esse consueverunt.*

100 *Bigamus Clericus quoad id, in quo est dispensatus, retinet privilegium Clericatus*, & num. 104.

101 *Ut dicatur persona ecclesiastica, non requiritur, quod possit frui omnibus privilegiis Clericorum, sed sufficit, quod fruatur aliquibus eorum privilegiis ad quosdam effectus.*

102 *Dispensatus omnino à bigamia gaudet omnibus privilegiis Clericorum, dispensatus verò quoad certos effectus, gaudet privilegiis Clericorum quoad illos tantùm*, & num. 111.

103 *Dispensatio à bigamia præservat privilegia Clericatus quoad effectum in dispensatione expressum*, & num. 125.

107 *Dispensatio à bigamia, sive antecedens, sive subsequens est odiosa, & strictè intelligenda.*

114 *Privilegia Conclavistarum, & aliorum, qui essent uxorati, laici, vel bigami, obtinendi, vel transferendi pensiones, etiam ob quæcumque merita, & per contractum quæsita S. Pius V. revocavit.*

116 *Privilegia Conclavistarum non prosunt Bigamis pro obtinendis, vel retinendis pensionibus*, & num. 127.

118 *Et prodesse Bigamo pro transferendis pensionibus; quas retinendi facultatem jam anteà obtinuerat, an senserit* Card. Deluca?

119 *Additionatorum authoritas parvi facienda.*

120 *Ad-*

120 *Additionum ad Decisiones Pamphilii quis author fuerit?*

122 *Facultas transferendi pensionem non est illi accessoria, sed extrinseca, & speciali notâ digna.*

123 *Bigamiæ exceptio non obstat Pensionario, Matrimonium contrahenti cum vidua, quæ post duos menses decessit, & erat inhabilis ad copulam.*

124 *Bigamia non contrahitur, nisi subsequatur copula, & consummatio.*

125 *Indulta retinendi, ac transferendi Pensiones, concessa Dapiferis, an competant etiam uxoratis?*

130 *Non Doctorum dicta, sed rationum, & rerum judicatarum authoritas perpendenda est.*

131 *Pensionis reservatio suâpte naturâ odiosa est.*

132 *Beneficia divisionem non recipiunt.*

133 *Pensionis, alioquin extinguendæ, retentio odiosa est.*

135 *Sixtus V. derogans Pianæ Constitutioni, Clericos Conclavistas, in cælibatu viventes, capaces reddidit transferendi Pensiones.*

Dubium = *An sit standum, vel recedendum à decisis quoad medietatem ducatorum 175. in casu &c.*

DUæ editæ fuerunt Sententiæ; prima videlicet ab Illustrissimo Domino Thesaurario in prima instantia, & altera ab Eminentissimo Domino Cardinali Joanne Baptista de Alteriis, dûm erat istius Supremi Tribunalis Decanus, quibus Eminentissimus Dominus Cardinalis Oliverius absolvebatur à solutione terminorum tùm decursorum, & non solutorum, tùm in posterum decurrendorum integræ Pensionis, à bon. mem. Marchione Alexandro Capponi nullitèr translatæ favore Domini Marchionis Francisci Petri Mariæ ejus filii, & Eminentissimi Domini Principalis Advertarii: quo ab his Sententiis appellante, Causâque commissâ Illustrissimo Domino Ponenti, cùm eadem die 4. mensis Decembris anni 1724. proposita fuisset sub consueto Dubio = *An Sententia Eminentissimi de Alteriis esset confirmanda, vel infirmanda?* = responsum fuit = *Quoad medietatem ducatorum 175. non liquet; in reliquis, Sententiam esse confirmandam* =; Quapropter die 26. mensis Februarii superioris anni, revocatâ Causâ ad examen quoad dictam medietatem, de qua dictum fuerat = *Non liquet* = Illustrissimi Patres rescripserunt, = *Sententiam Eminentissimi de Alteriis quoad medietatem ducatorum 175. esse infirmandam.* =

Facilè, immò etiam ipsâ parte adversâ consentiente, concessa fuit nova audientia adversùs postremam hanc resolutionem, non sinè suffragiorum scissurâ editam; utpotè quæ minùs solidis innitebatur fundamentis; Concordato itaque præinserto Dubio, eoque proposito in Camera diei 4. præteriti mensis Julii, idem ob suffragiorum paritatem resolutum non fuit, sed iterùm rescriptum = *Non liquet* =: Cùm itaque illud hodiè novo examini subjiciatur, respondendum fore, speramus, prævio recessu ab ultimo loco decisis *Sententiam Eminentissimi de Alteriis quoad dictam medietatem ducatorum 175. esse confirmandam*, prout reverentèr supplicamus.

Justâ autem ratione voti compotes effici confidimus: Nam, ut demonstrabimus, sicuti ambigi minimè potest de Justitia Sententiæ Eminentissimi de Alteriis, confirmantis alteram, in prima instantia editam ab Illustrissimo Domino Thesaurario, ità viceversâ evidens inde, & aperta redditur injustitia postremæ resolutionis, unicè fundatæ super eo supposito, quod nimirùm Marchio Alexander, licèt bigamus esset, ideoque irregularis, eò quod Matrimonium con- 1
traxerat cum vidua, ut, rejectâ distinctione inter veram, & interpretativam bigamiam, disponitur in *Canon. Si quis Viduam 13. distinct. 34., & Can. Quisquis 5. distinct. 84. in Cap. debitum 5., & cap. final.*, ubi latè *Faguan. num. 12. & seqq., de bigam. non ordinand. tom. 2. in 2. part. primi Decretal. fol. 367., Thomasin. de re benefic. tom. 2. part. 2. lib. 1. cap. 78. num. 9.*, & pluriès alibi, *Van. Espen. in Jus Eccles. univers. tom. 1. par. 2. titul. 10. cap. 2. num. 6. fol. 605., & nu. 22. ac 24. fol. 608.*, & frequenter apud alios: Attamen ex Indulto Ven. Servi Dei *Innocentii XI.* obtentâ per eum dispensatione pro retinenda in statu bigamiæ dictâ Pensione ducatorum 175., vigore deindè Privilegiorum Conclavistarum, de quorum numero fuerat in Conclavibus ipsius *Innocentii XI., Alexandri VIII., Innoc. XII.*, & *Clementis XI.*, dictæ Pensionis medietatem transferre valuerit in præfatum Dominum Marchionem Franciscum Petrum Mariam ejus filium; Verùm facilè evinci posse, credimus, tale suppositum, ac fundamentum insubsistens prorsus esse, suoque loco movere elementares regulas, ex mente Sacrorum Canonum, Pontificiisque Constitutionibus constabilitas, atque inconcusso Romanæ Curiæ, seù veriùs S. Sedis stylo, & praxi observatas.

Exploratissimi namque Juris est, quod, tametsi Marchio Alexander donatus reperiretur Indulto retinendi controversam Pensionem, 2
illud tamen efficere nequibat, quin eadem per ejus obitum minimè extingueretur; id enim Pensio commune habet cum ipso Beneficio, *Gigas. de Pension. quæst. 1. num. 5., Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. gloss. 5. §. 5. num. 37., clar. mem. Card. de Luca de Pension. discurs. 68. sub num. 19., & discurs. 73. nu. 2. 10. & 17., Rocc. disputat. Jur. select. cap. 49. num. 89., Van. Espen. in Jus Eccles. univers. tom. 2. part. 2. titul. 28. cap. 9. num. 1.*; Neque verò prorogata censeri valebat per illius translationem in alium, 3
quia, tamquam facta absque legitimâ facultate, ideoque irrita, & invalida, impedire non potuit ejusdem extinctionem, *Gigas. de Pension. quæst. 88. num. 3. versic. Pro contraria parte, Rota coram Priole decis. 101. num. 30., & in*

& in Recen. decis.485. num.5. & seqq. part.4. tom.1.

Dubitari autem nequit, Marchionem Alexandrum caruisse prorsùs facultate quacumque transferendi dictam Pensionem; Nam, cum de ea, certis probationibus docendum sit à
4 Translatario, intentionem suam fundante in validitate translationis, his profectò probationibus, in præsenti Causa, ipse omninò destituitur: quippè Pensionarius, tali facultate transferendi impartitus dici non poterat in assignatione Pensionis, quia in hac, illa expresse non legitur, *Rota coram Verall. decision.303. num.2. part.2.*, ut etiam tradita eidem dici nequibat in Indulto permittente retentionem Pensionis in statu bigamiæ, ex regula, quod ab Indulto,
5 seù facultate retinendi argui nequeat ad translationem Pensionis, ob majoris nempè odii rationem, quæ, ut dicetur, contra alteram urget, *Paris. de Resignat. lib.6. quæst.4. num.29. & seqq., Pirr. Corrad in prax. benefic. lib.5. cap. 6. num. 68. versic. Hæc autem, Gratian disceptat.551. num.32. & duobus seqq., Germon. de Indult. Cardinal. §. Si verò illa num.52. cum tribus seqq., Lotter de re benefic. lib.1. quæst.40. num.172., Adden. ad Buratt. decis.464. nu.12., Tondut. de Pension. discurs.58. num.9. discurs. 62. num. 3., & discurs.78. num.2., bon. mem. R.P.D. Fattinell. de translation. Pension.cap 14. num.3.*, & est constans Sacræ Rotæ opinio, ut *coram Verallo decis. 303. & 319. part. 2., decis. 99., & decis.100. part.3., & divers. decis.303. num.4. & seqq. part.2., ac in Recent. decis.143. num.1. part.2.*, & melius *decis.485. nu.7. part.4. tom.1., decis.126. num.1. & seqq., & decis.287. num.4. cum seqq., & num.13. & seqq. part.18., coram Cavalerio decis.148. num.6., coram bon. mem. Emerix Jun. decis.516. num.2. & seqq., ac decis.671. num.11., & adornat. clar. mem. Card. de Luca in Mantiss. titul. de Jurepatron. decis. 74. num.15. & seqq.*

Hac verò eâdem ratione odii, quà demonstratur, ex Indulto retinendi Pensionem in statu bigamiæ, induci non posse facultatem etiam transferendi, quoties hæc in illo expressè concessa non legitur: demonstratum etiam dici posset, Marchioni Alexandro dictam facultatem quæsitam dici nequivisse ex Privilegio
6 Conclavistarum, deinde ab ipso adepto; quia tale privilegium loquitur quidem, & comprehendit Laicos, tametsi uxoratos, modò tamen Matrimonium contraxerint cum unica, & virgine: At non etiam porrigi potest ad Bigamos, magis speciali, longèque difficiliori gratiâ, sivè dispensatione ab irregularitate, ex bigamia contracta, egentes, & de quibus nulla prorsùs mentio fit in præfato Conclavistarum privilegio: cum enim res non sit de investiganda, faciendave benigniori interpretatione
7 istius privilegii, in præjudicium solius concedentis, sed, ut jam jam dicturi sumus, agatur de re, ob alterius præjudicium, odiosissima, & contraria Sacrorum Canonum regulis, sequi omninò oportet verba gratiæ, minimè excedendo illius fines; quippè eos absque novâ gratiâ prætergredi non licet, ut generaliter traditur per *Tondut. de Pension. cap. 28. num. 41., Cyrill. Episcop. Neocastren. quæst. Jur. cap. 70. num.6., & seqq.*, & passim per alios allegandos *§. 35., & seqq.*, & benè de privilegio Conclavistarum animadvertit *D. Advocat. Piton. disceptat. Ecclesiast. tom. 1. disceptat. 30. num. 6.*

Idque probè agnoscens Pars Adversa, sentiensque, quod, posito impedimento bigamiæ, Marchio Alexander Pensionarius juvari nequibat privilegio Conclavistarum, nec in verbis, nec in ratione ullo pacto comprehendente Bigamos; statuere conatur aliud absurdum, atque 8
prorsùs insubsistens suppositum; quòd videlicet ille, obtinendo præventivum Indultum retinendi Pensiones etiam in statu bigamiæ, ejusdem vigore, adeò, ad effectum saltem, de quo agitur, præservatus fuerit in primævo statu, & retentione privilegii Clericatus, ut, remoto impedimento bigamiæ, ex alio diverso Jure, ex superveniente videlicet privilegio Conclavistarum capax fieri potuerit transferendi Pensionem, quam vigore præambuli Indulti, tametsi Bigamus, validè retinebat.

Hæc argumentandi ratio, quam innuisse modò libuit, quæque suo loco validissimis rationibus refellenda erit, obiter hic eo solo nomine rejici posset, quod supponat, præventivum Indultum retinendi Pensionem etiam in statu bigamo adeò indultarium exemisse ab irregularitate ex bigamia, ut capacem illum effecerit privilegiorum omnium, concessorum Conclavistis, bigamiæ tamen maculà minimè aspersis; Super hoc autem cum præcipua, imò tota hodierna quæstio vertatur; istiusmodi idcirco argumentorum genus, utpotè peccans vitio petitionis principii, rectè improbatur *à Casanata cons. 50. num. 22., & à Rota in Romana, seù Reatina Fideicommissi 2. Decembris 1697. §. Hæc enim argumenta cor. clar. mem. Card. de la Tremoille*: Ecquid enim aliud id esset, quàm conjungere duo Indulta, alioquin per se spectata, insufficientia ad translationem Pensionis? Ex qua porrò conjunctione vel efficeretur illud, quod, totaliter non sublato impedimento bigamiæ (ut probabitur, penè dixerimus, indelebili) extrema prorsùs inhabilia conjungantur, contra regulam, de qua apud *Tusch. practic. conclus. litt. E. conclus. 684.*, vel sequeretur illud aliud gravius absurdum, quod ex tali conjunctione duorum Indultorum, quorum tamen neutro, Pontifices, per quos illa concessa fuere, voluerunt Bigamo conferre extraordinariam hanc facultatem transferendi Pensiones, producatur nihilominùs translationis effectus, in neutrius Indulti concessione volitus, aut à concedente permissus, contra illam aliam regulam, quà edocemur, quod (præsertim quan- 9
do, ut in casu nostro, agitur de materia odiosa) utrumque Indultum, & facultas in illis concessa, intelligenda est intra suos limites, nec ulteriùs extendenda, ut rectè per *Rot. cor. bon. mem. Emerix decis.516., & 543.*, in quarum decisionum

num hypothesi licèt ageretur de Indultar'o,
qui per unicum simplicem Libellum, sub unâ,
10 eâdemque die, obtinuerat duplex Indultum, il-
lud nempè de retinendo Pensiones in statu quo-
que conjugali, & aliud de transferendo in
quoscumque Clericos, quocumque consangui-
nitatis, vel affinitatis gradu conjunctos: Atta-
men, quia in hoc secundo Indulto facta non
fuerat mentio status conjugalis, quam contine-
bat aliud contemporaneum Indultum retinen-
di, censuit *Sac. Rota*, haudquaquam suffragari
pro translatione Pensionis in statu conjugali.

Quapropter, licèt, ut perficiemus, facilè
demonstrari posse, credamus, præventivum In-
dultum retinendi Pensionem in statu bigamo
concessum Marchioni Alexandro, nec in litera,
nec in ratione, irregularitatis ex bigamia incur-
sum impedivisse quoad omnes Juris effectus,
& præsertim illum odiosissimum transferendi
Pensiones; ideoque eumdem hanc facultatem
adquirere nequivisse vigore privilegii Concla-
vistarum, quod, utpotè nullibi loquens de Bi-
gamis, eosdem obnoxios relinquebat censuræ
aliarum Pontificiarum Constitutionum, id pro-
hibentium. Attamen venia nobis detur, si plu-
ra in hanc rem præfati fuerimus; non sanè quia
ea Sapientissimis, atque Jurisconsultissimis Pa-
tribus præmonstrasse necessum habeamus: Sed
ut Causæ hujus Instituto, & scribendi, dicen-
dique rationi, ac ordini serviamus. Eâ itaque
majori brevitate, quâ poterimus, veluti præli-
minaliter ostendemus, quàm Sacris Canonibus,
& Pontificiis Constitutionibus exosæ sint Pen-
sionum translationes, & Bigamorum personæ:
ex his enim illicò dignoscetur, commentitiam
prorsùs esse præventivam istam præservationem
ab incursu bigamiæ, cujus vigore contenditur,
Marchionem Alexandrum contra omnes Eccle-
siastici juris regulas, ac praxim retinere, ac
consequi etiam valuisse privilegia illa, quibus
hac in re impartiti fuerunt ii, qui ejuscemodi
maculâ fœdati minimè reperiuntur.

Porrò, quod attinet primam nostri assumpti
11 partem, licèt retentio Pensionis in statu laicali,
magis verò in statu conjugali, improbetur, ut
per *Rotam coram bon. mem. Ansaldo decis. 30.
num. 11., & num. 27., & seqq.*; nihilominùs
tamen, cum talis retentio, quoties Pensio legi-
time constituta reperitur, favorabilior dicatur,
12 *Rot. in rec. decis. 50. num. 25. par. 5. tom. 1.*, &,
tamquam non egrediens personam Pensionarii,
nec prorogans onus, & servitutem Beneficii,
faciliùs, & frequentiùs à Summis Pontificibus
indulgeri consueverit, ad *Text. in cap. Dudum
il 2. in fin., & ibi Abb. num. 16., idem in cap.
Ecclesia vestra num. 3. de elect. in fin.*, & nota-
runt *Paris. de resignat. lib. 3. quæst. 1. num. 84.,
& 86., bon. mem. R. P. D. Fattinell. de transla-
tion. Pension. cap. 2. num. 42.*; Aliter tamen res
13 se habet, cum agatur de translatione Pensionis,
quam *esse odiosissimam, fatentur omnes, cùm nec
14 sit de jure, nec de ipsius Pensionis natura, quini-
mò contra naturam: quandoquidem Pensio reser-
vatur ad tempus, & sic extinguitur morte Pen-
sionarii; translatio verò cum sit obligatio eandem
solvendi de una ad aliam personam, operatur per-
petuitatem Pensionis post mortem Pensionarii;
atque ità servitutem, Beneficiis impositam, quo-
dammodò perpetuam efficit: præsertim, quia, qui
habent potestatem transferendi, possunt eam trans-
ferre non modò in unam personam, sed etiam in
plures*, ut benè ait *Van. Espen. in Jus Eccles.
univers. tom. 2. cap. 9. tit. 28. num. 6. fol. 1004.*,
& retentionem à translatione Pensionis distin-
guens, optimè ratiocinatur *Rota coram Verallo
decis. 303. num. 10. par. 2., & d. decis. 100. à
num. 1. ad 9.*, & probant alii relati in *§. Dubitari.*

Cum igitur controverti nequeat, ab Indulto,
seu facultate retinendi argui minimè posse ad 15
translationem Pensionis, ob maximam odii ra-
tionem, quæ inter utramque intercedit, indè
fit, quod facultas transferendi intelligenda sit,
strictissimâ illâ interpretatione, quam efflagitat
natura rei odiosissimæ, ex regula, de qua *in cap.
odia 15. de regul. Jur. in 6.*, quàque in subjecta
materia utitur *Rota coram Verallo d. decis. 303.
num. 7., & seq. par. 2.*, & latius habetur *§. 34.,
& seqq.*; Innegabile namque est maximum 16
præjudicium, quod Ecclesiæ, & Tertio, Titu-
lari nempè Beneficii irrogatur, per ejuscemodi
oneris prorogationem, ut mox dictum est, &
communiter traditur per antiquiores, relatos
apud *Gigan. cons. 121. num. 8. Spad. cons. 74.
num. 1., & seqq., & cons. 79. num. 7. lib. 3.,
Rebuff. de dispensat. super defectu natalium
num. 47., Paris. de resignat. lib. 6. quæst. 4.
num. 29., & 31., Gratian. discept. 397. num. 8.,
Gonzal. ad regul. 8. gloss. 4. num. 38., & seqq.,
& gloss. 12. num. 88., & gloss. 13. num. 97.,
Tondut. de Pensionib. cap. 113. num. 6., & seqq.,
Capon. discept. 125. num. 12., & seq., clar. mem.
Card. de Luc. de Pension. disc. 51. num. 11., Torr.
de pact. futur. success. lib. 3. cap. 8. num. 4.*, latè
*Adden. ad Pamphil. decis. 719. num. 13., &
seqq., Rot. coram bon. mem. Emerix jun. dec. 85.
num. 3.*, cum aliis in una *Forosempronien. Pen-
sionis 29. Maji 1693. §. Quoniam in fin. cor. bon.
mem. d. Hervault Archiepiscope Turonen.*

Nil itaque mirùm, quod translatio Pensio-
nis, tamquam odiosissima, magisque exorbi- 17
tans, quàm retentio, difficillimè soleat, ac debeat
concedi, *Gomez ad regul. de infirmis quæst. 16.
§. Prædictis tamen antè med.*, inquiens, quod *non
solet, vel saltem de raro concedi*, *Gigas de Pen-
sion. quæst. 12. num. 3., & quæst. 19.*, ubi testa-
tur, non consuevisse omnes passim *Pontifices sæ-
pè numero concedere hujusmodi facultatem*, &, si
quando aliquis id *faciebat, utens multùm Pon-
tificiâ auctoritate, & absolutâ potestate, ejus
Successores tale exemplum non sequebantur*, & de
Clemente VII., & *Paulo IV.* refert, admodum
se difficiles reddidisse in concedendo talem fa-
cultatem, etiam cum consensu Titularis; quod
eò magis locum sibi vindicavit post Constitu-
tionem Pianam, itaut *Paris. de resignat. lib. 6.
quæst. 4. num. 24.* referat, quod *tempore fel.
recard. Gregorii XIII., & S. D. N. Sixti V.*
vidit, *observari, ut nemini concedatur hujusmodi
fa-*

18 *facultas transferendi Pensionem, nisi Cardinalibus, aut aliis personis benemeritis de Sede Apostolica* = *& lib. 9. quæst. 17. num. 142., & seq.*,
habet, quod = *clausula transferendi solet omnibus denegari, & non conceditur, nisi magnatibus, undè reputatur impossibilis* = idque pariter notavit *Gonzal. ad regul. 8. gloss. 12. num. 88., & seqq., Gratian. disceptat. 397. num. 8., & discept. 551. num. 33., & seqq., Toudut. de Pension. cap. 31. num. 32., & seqq., Rot. coram Puteo decis. 512. num. 1., & seq. lib. 2.*, &c. mitlis aliis, *Van. Espen. in Jus Eccles. univ. tom. 2. par. 2. tit. 28. d. cap. 9. num. 7., & seqq.*: Jure igitur, meritòque, ut probabitur *§. Optabat, & seqq.*,
19 hujusmodi transferendi Pensiones facultas in nulla unquam gratia, aut Indulto concessa censetur, nisi de ea specialis, & expressa mentio fiat.

Quapropter ejuscemodi facultas transferendi Pensiones, útpotè certè odiosa; ideoque indigens speciali mentione, comprehenditur sub re-
20 gulâ, quod in odiosis quidquid est omissum, habeatur pro consultò omisso, atque denegato *Gratian. dicta discept. 551. loc. non citat., Toudut. de Pension. dicto pariter loc., clar. mem. Card. de Luc. eodem tract. disc. 58. num. 9., Adden. ad Pamphil. decis. 719. num. 14., Rot. coram Verall. decis. 303. num. 3., & seqq., & num. 15. par. 2. decis. 99.; & decis. 100. per tot. par. 3., in recent. decis. 143. num. 1. in fin. par. 2., & coram bon. mem. Emerix jun. decis. 516. num. 3., & seqq., & decis. 671. num. 4., & seqq.*; Satis itaque, superque his demonstratum est discrimen intercedens inter retentionem Pensionis, & illius translationem, quantoque hæc in odio sit Sacris Canonibus, atque Ecclesiasticæ disciplinæ.

At, juxtà alteram nostri assumpti partem, æquè palmaris, & patens est differentia, quà uxorati cum unica, & virgine, secernuntur à Bigamis, Sacris Canonibus, summoperè exosis: primi namque, licèt ceteris omnibus privilegiis Clericalibus orbentur, retinent tamen (modò
21 pareant dispositis à Sacrosancta Tridentina Synodo *sess. 23. de reformat. cap. 6.*, de quibus ibi *Barbat. num. 41., & seqq., & Ciarlin. contr. tom. 1. cap. 53. num. 11., & seqq.*) illud *Canonis si quis suadente 29. caus. 17. quæst. 4., & illud*
22 *aliud in cap. Clerici de Clericis conjugatis in 6.*, pluribusque relatis, tradit *Rota decis. 207. nu. 1. par. 15. recent.*; At bigami, è Clericali Ordine penitùs dejecti, hisque etiam duobus privilegiis denudati, in laicorum statum detruduntur, prohibitâ insuper eisdem tonsurâ, & Clericalis habitus delatione, ex Decreto Concilii Lugdunensis sub Gregorio X., relato *in cap. unic. de bigam. in 6.*, quo his verbis sancitur = *Bigamos omni privilegio Clericali declaramus esse nudatos, & coercitioni fori secularis addictos, consuetudine contrariâ non obstante: idcircoque sub anathemate prohibemus deferre tonsuram, vel habitum Clericalem* = *& ibi Glossa, Spad. cons. 110. num. 12. lib. 2., Marant. respons. 76. num. 38. par. 4., Joan. Montaigne de Bigamia quæst. 5. effect. 4. num. 11. tract. magn. tom. 9. fol. 127. à terg., Paris. de resignat. lib. 4. quæst. 4. num. 17., & seqq., Garz. de Benefic. par. 1. cap. 5. nu. 140., Pirr. Corrad. in prax. dispensat. lib. 2. cap. 1. num. 5. 10., & 21., Lotter. de re benefic. 1. quæst. 40. num. 150., & seqq., Thomassin. de re benefic. tom. 2. lib. 1. cap. 83. num. 3. in fine, Van. Espen. in Jus Eccles. univers. tom. 1. par. 1. tit. 10. cap. 2. num. 23. fol. 608., Eminentissimus Petra in suis Commentar. ad Constit. Apostol. tom. 2. ad Constitut. 5. Alexandri IV. sect. unic. num. 24. fol. 129.*; Non minùs autem Concilio Lugdunense, Sacrosanctam Tridentinam Synodum *sess. 23. de reformat. cap. 17.* Bigamos abominatam esse, benè notarunt *Thomassin. d. num. 3. vers. ut ergo, & Van. Espen. d. cap. 2. num. 24. vers. neque hodierna.*

Jure quidèm Ecclesia abhorret Bigamos, quia 23
bigamia irrogat irregularitatem, æquiparatam illi contractæ ex gravissimo crimine homicidii voluntarii, *Barbos. de offic., & potest. Episcop. part. 2. allegat. 49. num. 30.*, illiusque dispensatio difficilior est, quàm dispensatio super cri- 24
mine, *Joan. de Montaigne de Bigamia quæst. 7. num. 19. tract. magn. tom. 9. fol. 132., Rota coram Coccin. decis. 1627. num. 13., & seqq.*, quia, ut ibi dicitur, dispensare adversùs bigamiam, est dispensare super defectu Sacramenti, in quo fundatur bigàmia, ex ratione, quam ex *Divo Thoma desumpsit Fagnan. in cap. nuper à nobis num. 13. de Bigam. tom. 2. in secundam part. 1. Decretal. fol. 367.*, & ex sententia *Divi Augustini* definitum legitur *in Canon. Acutius distinct. 26., & in cap. debitum 5. de Bigam. non ordinand., Gloss. in cap. 2. verb. dispensare eod. tit., Jo. Montaigne de Bigam. quæst. 1. num. 1. tract. magn. d. tom. 9. fol. 121. à terg., Sebastian. Medic. de definition. definit. 73. num. 1. tract. magn. tom. 18. fol. 311., Suarez de Censur. disput. 49. sect. 6. num. 2., Paris. de Resignat. lib. 5. quæst. 3. num. 186., Pirr. Corrad. in prax. dispensat. lib. 2. cap. 1. num. 2., Cherubin. in Compend. Bullar. tom. 2. ad Constit. 7. Pii IV. schol. 2. fol. 3. col. 1., Bonaccin. tom. 1. tit. de Irregularit. disput. 7. quæst. 2. punct. 5. num. 14., Dian in Summ. in verb. irregularitas in genere num. 7.*, & latè, ac doctè more suo docuerunt *Thomassin. de Re Benefic. tom. 2. part. 2. lib. 1. cap. 78. n. 19., & 21., & cap. 83. nu. 1., & seqq., Van. Espen. in Jus Eccles. univers. tom. 1. port. 2. cap. 2. tit. 10. num. 10. fol. 606.*

Quinimmò adeò altè intigi maculam, ex biga- 25
mia inustam, ut illam, nec etiam Sacri Baptismi lavacro elui posse, Innocentius I., rescripserit in epistola ad Victricium Rothomagensem, inquiens = *Ac ne ab aliquibus existimetur, ante Baptismum, si fortè quis accepit uxorem, &, eâ de seculo recedente, alteram duxit, in Baptismo esse dimissum, satis errat à regula, quia in Baptismo peccata remittuntur, non acceptarum uxorum numerus aboletur* = cujus Epistolæ verba relata *in Canon. Si quis viduam 13. distinct. 34.*, latiùs habentur apud *Van. Espen. d. cap. 2. nu. 8. fol. 606., Thomassin. in d. cap. 78. num. 13., & num. 19.*,

num.19., *Honor. in compend. Jur. Canon. lib.5.*
tit.39. num.3., *Dian. in Summ. d. verb. irregu-*
laritas in genere num.7., *Bonaccin. tom.1. tit. de*
irregularitat. disput.7. quæst.2. punct.5. num.13.,
Marant. in Medull. Decretor. lit.B. verb. Biga-
mus, atque etiam apud alios; Neque verò solis
pœnis, quibus hodiè subjiciuntur, sed aliis quo-
26 que Bigami perstringebantur; Nam canonica
pœnitentia illis imponebatur, & Presbyteri
prohibebantur intervenire conviviis secunda-
rum nuptiarum, quibus, nec etiam ab Ecclesia
impartitur benedictio, ut apud *Thomasin. dict.*
cap. 78. num.10., *& num.22.*, *ac cap.81. nu.8.*,
Van. Espen. d. cap. 2. num.4. fol.604., *& n.25.*,
& seqq. fol.608.
27 At verò, si translatio Pensionum odiosissima
est, *cum nec sit de Jure*, *nec de ipsius Pensionis*
natura, *quinimmò contra naturam*, si tanta de-
formitas ex bigamia contrahitur, ut ejuscemo-
28 di maculâ aspersi, nedum omnibus clericalibus
privilegiis denudentur, sed penitùs arceantur
ab illis etiam ministeriis, in quibus Laici, ta-
metsi uxorati cum unica, & virgine, deservire
quandoque permittuntur, ut apud *Van. Espen.*
in Jus Eccles. univers. tom. 1. part. 2. tit. 10.
cap.2. num.24. vers. neque hodierna.; Jure, me-
29 ritòque iidem, tamquam certè prohibiti retine-
nere, & assequi Pensiones, multò magis repu-
tandi erunt incapaces facultatis illas transferen-
di, tametsi donati reperiantur privilegio Con-
clavistarum, ut manifestè patebit, suo ordine
referendo ea, quæ in subjecta materia Pontificiis
sanctionibus constituta fuerunt.

Ante oculos Sanctissimi Pontificis Pii V. ob-
versabantur gravissima illa mala, & incommo-
da, quæ manabant ex amplissimis, atque effu-
sissimis privilegiis, quæ ejus Antecessores elar-
giti fuerant pluribus militaribus Ordinibus, &
30 diversarum personarum Collegiis, nec non
etiam Conclavistis, qui omnes, tametsi laici,
& nedum uxorati, sed etiam, quod longè de-
formius erat, bigami essent, potiebantur indul-
to, tum retinendi, tum etiam transferendi
31 Pensiones. Quapropter Sanctus Pontifex colla-
crymans immoderatas de rebus dominicis, ex-
tra Ordinem Ecclesiasticum largitiones, per
quas multitudo Laicorum præripiebat optima
quæque, quibus Ecclesia summoperè indige-
bat, ut declarat in §. 1. *Constitutionis inter ejus*
impressas la 73. Bullar. nov. tom.2., idcircò, ex-
ploso penitùs isto Ecclesiasticorum redituum
abusu, ac profusione in Laicos, & re ad Juris
regulas, & Sacrorum Canonum disciplinam
32 restitutâ, generaliter revocavit, ac abolevit
privilegia omnia, ac indulta, tum aliis, tùm
etiam Conclavistis concessa, prohibitâ eisdem
imposterum facultate obtinendi, retinendi, ac
transferendi Pensiones, non solum in statu bi-
gamo, sed etiam in statu laicali, & conjugali,
licet cum unica, & virgine contracti.

In §. 2. dictæ Constitutionis sancitum id le-
gitur verbis illis = *Itaque de nobis attributæ po-*
testatis plenitudine, *revocamus*, *& abolemus*
omnia, *& quæcumque privilegia*, *facultates*, *di-*
spensationes, *& indulta militum S. Pauli &c.*,
necnon Conclavistis de Pensionibus &c., *fructi-*
bus &c., *& aliis rebus Ecclesiasticis*, *etiam ad*
certam, *& determinatam summam*, *& quantita-*
tem constitutis, *per Clericos conjugatos*, *Biga-*
mos, *& alios Laicos obtinendis*, *& eisdem per*
ipsos, *ac aliis similibus per alios Clericos in alium*,
vel alios transferendis, *per quoscumque Romanos*
Pontifices prædecessores nostros, *ac nos*, *& præ-*
dictam Sedem tàm in officiorum institutione,
quàm deinceps quandocumque, *& quoties cumque*,
etiam per modum Statuti perpetui, *ac initi*, *&*
stipulati contractus, *& aliàs sub quibuscumque*
tenoribus, *& formis*, *ac cum quibusvis &c effi-*
cacissimis, *& insolitis clausulis*, *necnon irritan-*
tibus, *& aliis Decretis*, *etiam motu proprio &c.*,
deque similis potestatis plenitudine, *etiam pro de-*
fensione Fidei Catholicæ, *aut Sanctæ Sedis*, *&*
quibuslibet aliis causis quantumlibet gravibus &c,
ac etiam consideratione, *intuitu &c.*, *vel ad in-*
stantiam Imperatoris, *Regum &c.*, *necnon S.R.E.*
Cardinalium, *deque illorum consilio &c.*, *ità*
quod deinceps illorum sic revocatorum, *prætextu*,
Laici etiam, *extrà conjugium*, *& in cælibatu*
viventes, *ac Bigami*, *& Clerici conjugati nullas*
novas Pensiones, *aut fructus*, *aut omninò alias*
res Ecclesiasticas habere, *nec ipsi etiam*, *qui con-*
jugati non sunt, *si ad primas*, *aut alias nuptias*
transiverint, *antiquas deinde percipere*, *Clerici*
verò, *& alii Matrimonium etiam cum unica*, *&*
virgine contracturi, *postquam illud contraxerint*,
nec antiquas retinere, *nec novas assequi possint*,
sed nec ulli Laici, *nec Clerici privilegio transfe-* 33
rendi Pensiones, *fructus*, *aut alias res hujusmodi*,
de cetero potiantur, *decernentes*, *omnes transfe-*
rendi facultates ex nunc, *antiquas verò Pensio-*
nes., *& alias reservationes tàm Laicis*, *quàm*
Clericis concessis, *& quas ipsos Clericos habere*
contigerit, *per futurum contractum Matrimo-*
nium hujusmodi extinctos esse. =

Optabat Summus Pontifex, immotam per-
petuò manere, sanctissimam Legem, quâ com-
muni Ecclesiæ saluti consulere professus fue-
rat. Verùm sciens, Legem imponere non posse
Successoribus suis, *pari post eum*, *immò eâdem*
potestate functuris, ut admonebatur ab Inno-
centio III. *in cap. Innotuit 20. §. Quamvis au-*
tem de elect., haud tamen omisit, emendare
præterita, &, quantum poterat, adversùs futu-
ra cavere; Quamobrem, licèt Successores suos
coactivâ Lege obstringere nequiret; nihilomi-
nus, ut eâ, quâ valebat, ratione, ad saluberri-
mam Constitutionem, ab ipso editam, suscipien-
dam, retinendamque illos alliceret, exemplo
Bonifacii VIII. *in cap. final. de rescript.*; sicu-
ti Summus ille Pontifex de se loquens dixerat
= *Non volentes emendare præterita*, *&*, *quantum*
possumus, *adversùs futura cavere* = subdendo
præclaram illam sententiam = *quodque nobis li-* 34
cere non patimur, *nostris Successoribus indica-*
mus =, sic etiam ipse in §.9. dictæ suæ Constitu-
tionis, usus iisdem Bonifacii verbis, Successo-
res suos monuit, ut ipsi quoque deinceps facul-
tates, privilegia, & indulta ejuscemodi explo-
de-

derent ; ait enim = *Volumus autem, similium privilegiorum, dispensationum, facultatum, & indultorum concessionem nostris expldi temporibus, &, quod nobis licere non patimur, nostris Successoribus indicamus.* =

Vis directiva, quâ Sanctus Pontifex Successores suos invitavit ad hanc Constitutionem observandam, apud eorum nonnullos plurimùm valuit, nàm, ut patet ex indulto, à Sixto V. concesso suis Conclavistis, & ex altero simili, suis pariter Conclavistis à Clemente VIII. concesso, quodque legitur *Bullar. nov. tom.3. inter ejus Constitutiones la* 16., in eisdem Conclavistæ Laici, ac uxorati, Pianæ Constitutionis censuræ obnoxii relicti fuerunt.

35 Etsi autem Paulus V., unus, & primus omnium, moderando Pianam Constitutionem, privilegii aliquid Conclavistis restituerit, declarando, quòd Pensiones imposterum retinere, & in alios transferre possent, tametsi Laici, immò etiamsi Matrimonium contraxisse reperirentur cum unica tamen, & virgine ; nihilominus præfatus Summus Pontifex in hac sua moderatoria Constitutione, non solùm comprehendisse dici nequit Bigamos, de quibus in ea
36 nusquam locutus fuit ; verùm eos apertè exclusit dictione illâ=*tamen*=, quæ nedum limitativa, & restrictiva, sed suâpte naturâ, adeò adversativa est, ut unum casum separando, ac distinguendo ab alio, & includendo id dumtaxat, quod terminat, omne aliud excludat, ex *Barbos. de Dict. usufreq. dict.*401., *Rota cor. bo. mem. Emerix jun. decis.*403. *num.*12. ; Bigami igitur juvari nullo pacto valent privilegio, hâc posteriori Constitutione restituto Conclavistis, sed ipsorum respectu immota, atque incorrecta remanent contrà eosdem tùm dispositio Juris, & SS. Canonum, tùm sancita in priori Constitutione S. Pii, *quod enim non mutatur, quare stare probibetur*? ut Imperator Justinianus rescripsit Juliano Præfecto Prætorio *in leg. Sancimus* 27. *Cod. de Testament.* ; quippè quidquid novâ Lege specialiter non fuit expressum, *id veterum Legum, Constitutionumque regulis, omne relictum intelligunt*, cum aliis apud *Thabor. axiomat. Jur. lib.* 3. *cap.*98. *axiom.* 10. ; Eòque certiùs in casu nostro, quia agitur de Constitutione, quâ per modum Legis generalis Sanctus illius Conditor, communi Ecclesiæ saluti, atque incolumitati providere velle declarans, eamdem munivit solemni illâ superiùs relatâ formulâ, videlicet = *Et quod nobis licere non patimur, nostris Successoribus indicamus* =.

Nec amplioribus privilegiis à Pauli V. Successoribus, Conclavistæ cumulati reperiuntur, sed, quoties illi cum Conclavistis uxoratis di-
37 spensarunt, vel quoad retentionem, & translationem Pensionum, vel quoad non gestationem habitus, & Tonsuræ Clericalis, locuti semper taxativè fuerunt de uxoratis cum unica tantùm, & virgine ; ut, omissis aliis, expressè legitur in privilegio, à san. mem. Innocentio XII. illorum favore edito, quodque refertur in ejus *Bullario Constit.* 10. *num.* 11., *& seqq.* ; At verò, si post Pianam Constitutionem, Summi Summi Pontifices successores in dispensationibus, atque privilegiis, concessis Laicis, licèt uxoratis cum unica tantùm, & virgine, nunquam nominarunt Bigamos, quibus jura omnia potentiùs resistebant, ideòque egebant magis speciali, & expressâ gratiâ, seù veriùs exorbitanti privilegio, per ea, quæ tradit *Rota coram bon. mem. Ansaldo decis.*20. *num.* 27., *& seq.* ;
Indè sequitur, quod, dum illos omiserunt, 38
eosdemque sub tali privilegio, unà cum aliis, ibidem nominatis, expressè non comprehenderunt, obnoxios esse voluerint censuræ prioris Legis, Pianæ nempè Constitutionis, posterior namque Lex, detrahendo solummodò partem prioris Legis, quam prorsùs non abrogat, eamdem in parte non abrogata immotam relinquit, ex *Modestini* sententia in *lib.*7. *regular. relat. in leg. Derogatur* 102. *ff. de verbor. signif.*, ibi loquentis his verbis = *Derogatur Legi, aut abrogatur. Derogatur Legi, cùm Pars detrahitur, abrogatur Legi, cùm prorsùs tollitur* = & confert *Text. in leg.*5. *§. Sin autem Cod. de Caduc. tollen.*, *& leg. Maritus in fin. Cod. de Procurator.*, *Soccin. conf.* 131. *sub num.* 9. *vers. quia qui unum lib.*1., *R.P.D. Calcagnin. Observat. practic. legal. observ.* 3. *num.*39., *Rota cor. Bich. decis.*352., *& coram clar. mem. Cardinal. Caprara decis.*688. *ut robique num.*12.

Legalis, veraque interpretatio ejuscemodi privilegiorum desumpta ex hac *Modestini* sententia, potiori jure locum sibi vindicat in nostra hypothesi, quia, si Bigami in Piana Constitutione, apertissimis verbis, exclusi reperiuntur à facultate retinendi, magis verò ab illa transferendi Pensiones ; quonam pacto juvari poterunt privilegio, posterioribus Constitutionibus concesso Conclavistis uxoratis, quando, ut frui possint dictà facultate retinendi, ac transferendi Pensiones, juxtà apertum d. privilegii tenorem, & literam, in eisdem requiritur certa qualitas, quod nempè conjugium contraxerint cum unicà, & virgine, ideòque illorum comprehensio, & admissio taxativè facta sub istà qualitate est exclusio aliorum, tali qualitate carentium, ducto argu- 39
mento *à Textu in leg. In testamento* 6., ibi = *In eum solum casum eam locum habere sententiis prudentum Virorum, & Constitutionibus Divorum Parentum meorum, placet* = *ff. de militar. Testament.*, & ex deductis per *Barthol. in leg.* 2. *§. Videndum sub num.*2. *ff. ad Tertyllian.*, *Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius de Testam. num.* 27., *Bald. conf.* 473. *sub num.*1., *Cyriac. contr.* 9. *num.* 39., *& contr.* 13. *num.* 74., *& seq.*, *D. Advoc. Piton. discept. Eccles.*33. *n.*9., & latè *Ciarlin. lib.*2. *cap.*159. *num.*14., *& trib. seqq.*

Eòque certiùs hæc posteriorum Constitutionum intelligentia recipienda videtur, quia non ex mera interpretatione, sed per apertam dispositionem, & per concepta verba qualitas Matrimonii contracti cum unica, & virgine, requisita legitur. In Constitutione namque mo-

moderatoria Pauli V., efflagitatur cum dictione adversativa =*tamen*=, satis, superque, ut dictum est §. 22., excludente Bigamos; in illa verò san. mem. Innocentii XII. §.11., exposcitur
40 cum dictione taxativa = *tantùm* = suâpte naturâ includente solummodò expressa, & reliqua excludente, cum rejectione cujuscumque extensionis ad non expressa, per *Text. in leg. Qui aliena §.Libertas ff. de negot. gest.*, *Abb in cap. Cùm Ecclesia Sutrina num.9. de caus. possess.*, *& proprietat.*, *Borbos. dict. 402. num. 2., & seq.*, *Ciarlin. d.cap.159. num.10.*, *Rot. in rec.dec.256. num.2. part.16.*, *cor. bon. mem. Emerix jun. decis. 788. num. 3.*, *in Rhegien. Fideicommissi 27. Junii 1698. §. Minùsque coram bon. mem. Ansaldo*. Jure igitur, meritòque Doctores, & Sacra Rota hanc sequentes interpretationem, sub hujusmodi privilegiis Bigamos minimè com-
41 prehendi, docuerunt, ut apud *Paris. de Resignat. lib.7. quæst. 7. num. 4., & seq.*, *Lotter. de Re Benefic. lib.1. quæst.40. num.205., & plurib. seqq.*, *Pirr. Corrad. in Prax. Beneficiar. lib. 5. cap.5. num.14. vers. necnon Milites*, *Garz. de Benef. part.1. cap.5. num.253.*, *bon.mem R.P.D. Fattinell. de Transl. Pension. cap.1. num. 15., & cap.2. num.25.*, & demum, veluti certi, atque exploratissimi Juris principium, positum, atque decisum fuit per Sacram *Rotam decis. 485. num.6. part.4. tom.1. Rec.*, ibi = *Non obstat privilegium Conclavistarum, quia de Bigamis non loquitur, & ideò non potest Jacobo suffragari* =, quam, ad rem nostram, specialem dixit *clar.me. Card. de Luc. de Pension. disc. 78. num.12.*

Jam verò, constabitâ his omnibus incapacitate assequendi, retinendi, ac transferendi Pensiones, in Piana Constitutione generaliter sancita contra omnes laicos, omnesque uxoratos, magis verò contra Bigamos, Sacrisque Canonibus tantoperè odiosos quoad omnes Juris effectus, & præsertim, ut probabitur *§. Quamquam verò & seqq.*, quoad illum translationis Pensionum, quam esse odiosissimam, ut dictum est *§.10. Porrò quod attinet & seqq.*, fatentur omnes: &, demonstrato etiam, quod, licèt Indulta tum Pauli V., tum aliorum Summorum Pontificum, derogando Pianæ Constitutioni, Conclavistas laicos, immò etiam uxoratos cum unica tantùm, & virginè, iterum donaverunt privilegio, nedum assequendi, & retinendi, sed transferendi etiam Pensiones; nihilominùs tali privilegio juvari nequeant bigami, non solùm nunquam in dictis Indultis nominati, sed, ut dictum est *§. Legalis*, & pluriès alibi, apertè exclusi. His, ut dicebamus, planè, solidèque constabilitis, ideòque rationibus luce clarioribus, cum demonstrata videri possit nullitas, & invaliditas translationis Pensionis, de qua agitur; perspicuum sanè redditur, quàm futilis sit interpretatio illa, quâ Pars adversa, vim faciendo literæ, & germano sensui, ac menti privilegiorum, concessorum Conclavistis, illis se quoque juvari posse contendit.

Inquiunt enim ejus Defensores, quod, licèt Privilegia Conclavistarum in ea parte, quâ no-

minatim, conjugatis *cum unica, & virgine*, tribuitur capacitas assequendi, & retinendi Pensiones, Bigami, tamquam nullo pacto ibi nominati, relicti censeri possent sub veteri Juris censura; nihilominùs tamen in altera dd. Indultorum parte, in qua per caput separatum Conclavistis conceditur facultas transferendi Pensiones, cum, nullâ factâ mentione aut conjugatorum *cum unica tantùm, & virgine*, aut Bigamorum, facultas isthæc, generalibus verbis concepta, Conclavistis omnibus tributa reperiatur, propterea, ut illa suffragari posset March. Alexandro, satis esset, quod idem ex alio Jure præventivo, videlicet Indulto, legitimè jam gauderet Pensione, ab ipso favore filii translata.

Potiori verò Jure interpretationem istam recipiendam esse, contendunt in nostra hypothesi, quia Causa, de qua agitur, definienda minimè videtur cum consuetis regulis dispensationis concessæ Bigamo post jam bigamiam contractam, quæ certè, strictè est interpretanda, rejectâ quacumque extensione ad quemlibet alium casum, in verbis, & litera dispensationis expressè non comprehensum; sed, ut innuebamus *§. Idque probè*, præfatus D. Marchio antequam bigamiam incurreret, jam munitus præventivo Indulto, quo capax reddebatur retinendi controversam Pensionem, ideòque, tamquam præambulâ præservatione, ab illa effectus exemptus, reputandus erat perindè, ac si bigamiæ maculâ contaminatus nunquam fuisset, ac per consequens, instar aliorum omnium Conclavistarum, gaudere poterat privilegio transferendi Pensiones, generaliter elargito Conclavistis omnibus, quas ratiocinationes confirmant nonnullis etiam auctoritatibus, in præteritis propositionibus adductis, nempè *clar. mem. Card. de Luca de Pension. disc.61.*, *Bertachin. vot.171.*, *Rot. coram Ninot. decis.61. & decis.89.*, *in Rec. decis. 369. num. 3. part 14.*, *in Romana Pensionis 4. Maii 1696. coram clar. mem. Card. Priolo*, &, veluti quæstionem hanc finaliter decidentem, afferunt *Adden. ad Pamphil. decis.427. n.14.*; His prætereà omnibus speciosum dando colorem quæsitum ex Conclavistarum eximiis meritis, Bigamis æquè, ac conjugatis cum unica, & virgine, communibus; Verùm contrariæ istæ inductiones nulla ex parte subsistunt.

Porrò, quod attinet primam earum partem, nullâ justâ ratione sustineri posse videtur, quod in illa privilegiorum parte, qua Conclavistis, retinentibus Pensiones, generalitèr conceditur facultas eas transferendi, Bigami etiam, licèt ibidem minimè nominati, comprehendantur; Nàm, si verum est, quod nemo dubitat, & Pars ipsa adversa fateri cogitur, quia convicta tùm literâ, & aperto tenore dd. Privilegiorum, tùm etiam Supremi istius Tribunalis Judicatis, favore tàm Rev. Cameræ, quàm etiam Eminentissimi Principalis editis, ut dicebamus, si verum
est, quod in prima Privilegiorum parte, qua 42
Conclavistis conjugatis cum unica, & virgine indulgetur facultas assequendi, & retinendi Pensiones, Bigami nullo pacto comprehendun-

tur ; dicendum profectò est, posteriorem quo-
que Privilegiorum partem, quâ eisdem Concla-
vistis, ampliativè, & cumulativè conceditur
facultas etiam transferendi Pensiones, intelli-
gendam omninò esse de illis solummodò perso-
nis uxoratis *cum unica*, *& virgine*, quibus no-
minatim, & taxativè permissa fuerat consecu-
tio, & retentio Pensionum, ut satis probatum
videri posset eâ solâ ratione, quod nullo pacto
percipi, nulloque colore suaderi queat, Sum-
mos Pontifices, qui ea parte Indulti, qua con-
cedebat simplicem facultatem retinendi Pen-
sionem (quæ nec Juris regulis, nec naturæ
Pensionis adeò adversatur) exclusere Bigamos,
eosdem, licèt tantoperè Sacris Canonibus, &
Pontificiis Constitutionibus exosos, & cum
quibus difficilius dispensatur, quàm cum gra-
vium delictorum reatu irretitis, comprehen-
dere deindè voluisse in posteriori parte, qua
43 concedebatur facultas illam transferendi, quæ,
ut pluries dictum est, tamquam contraria na-
turæ Pensionis, improbatur Juris nostri regulis,
& S. Sedis praxi, ideoque, vel non solet, vel
saltem raró concedi consuevit: quamobrem, si
eorum favore, eadem expresè, & nominatim
44 concessa minimè legitur, utique de illa à Papa
cogitatum minimè præsumitur, cum ea, quæ
insolita sunt, & perardua, non veniant in ejus-
cemodi Indultis, ut, post *Puteum lib.2. in alibi
citat. decis.*512. *num.*2., in specie Indulti tran-
sferendi Pensiones pro certo habuit *Rota in
Nolana Pensionis coram Sacrato penès Mar-
chesan. de commiss. part.*1. *fol.*622. *num.*2. *&* 3.,
quam sequitur *Rota coram bon. mem. Emerix
Jun. dec.*85. *num.*7.

Certòque certius hæc locum sibi vendicant
in nostro casu; quia, præter rationem odii, quo
tum Bigamos, tum Pensionum translationes
Ecclesiastica disciplina prosequitur, litera ipsa
Indulti Pauli V., magis verò illius concessi à
san. mem. Innocentio XII., apertè demonstrat,
45 hac speciali facultate transferendi Pensiones,
donatos fuisse uxoratos dumtaxat cum *unica*, *&
virgine*, numquam verò cogitatum fuisse de
Bigamis: Ut enim perspicue legitur in Indulto
Innocentiano, dictis conjugatis *cum unica*, *&
virgine tantùm* conceditur facultas non solùm
retinendi Pensiones tum ad eorum favorem re-
servatas, sed etiam assequendi alias, eis impo-
46 sterum reservandas, & assignandas, non tamen
ultrà summam ducentorum ducatorum auri de
Camera pro quolibet eorum. deindè verò,
progrediendo ad facultatem transferendi, hæc
quoad Pensiones sivè jam *reservatas*, *seù re-
servandas*, *seu fructus &c. hujusmodi Benefi-
ciorum reservatos*, *seù reservandos* data legi-
tur *usque ad summam centum ducatorum auri
de Camara similium* = quæ est medietas dd. du-
catorum bicentum; Quo sanè perspicuum fit,
quod, sicuti in priori parte hujus privilegii (ex-
47 clusis prorsus Bigamis) solummodò conjugati
cum unica, *& virgine tantùm* habiles redde-
bantur ad retinendas Pensiones obtentas, no-
vasque obtinendas, ità etiam dicendum est,
quod in posteriori parte, quâ indulgetur facul-
tas transferendi Pensiones *reservatas*, seu *re-
servandas*, Bigami excludantur, cum enim,
juxtà tenorem Indulti, de istis, veluti incapaci-
bus non minùs antiquas retinendi, quàm novas
adquirendi Pensiones, verificari nequeat facul- 48
tas illas transferendi, tamquam necessarium
antecedens, supponens in transferente legiti-
mam illarum retentionem, & assecutionem,
*clar. mem. Card. de Luc. de Pension. disc.*78.*n.*4.,
ambigi profectò minimè posse videtur, eam
Papæ mentem fuisse, quod illi soli transferre
valeant Pensiones, qui in antecedente parte
Indulti habilitabantur ad easdem recipiendas,
& retinendas, exclusis illis, qui tàm de Jure,
quàm ex litera Indulti, incapaces erant tum
consecutionis, tum retentionis Pensionum, qua-
les erant Bigami, in Pontificiis Privilegiis nus-
quam nominati, quique, nec de Jure, nec il-
lorum vigore Pensiones recipere, aut retinere
valentes, certè eas transferre non poterant.

Et hæc quidem omnia optimè confirmantur
ex *Rotæ Decisionibus*, in contrarium allegari
solitis; illa nempè *coram Ninot. la* 61. *sub.n.*4.,
loquitur his verbis = *Dicebant DD.*, *quod eo
ipso*, *quod uxorati* (videlicèt cum unica, & vir- 49
gine, de quibus agebatur in d. Decisione) *per
Pontificem habilitantur ad obtinendas*, *& reti-
nendas Pensiones*, *illicò*, *& incontinenti cade-
bant sub Indulto*, *& consequebantur facultatem
transferendi* = Si igitur Sacra Rota censuit, con-
jugatos cum unica, & virgine, comprehensos
esse in posteriori Indulto transferendi Pensio-
nes, ob eam rationem, quod illi per Pontifi-
cem habilitabantur ad obtinendas, & retinen-
das Pensiones; indè justâ ratione; in nostra
hypothesi infertur, quod Bigami, minimè ha-
bilitati ad eas obtinendas, & retinendas, nec 50
etiam capaces effecti fuerint illas transferendi;
quomodò enim transferre poterant, si eas, nec
obtinerè, nec retinere valebant? Et quo pacto
præsumi potest, mentem Summi Pontificis fuisse
eis concedere facultatem transferendi Pensio-
nes reservatas, & reservandas, quos ab Indul-
to retinendi, & assequendi easdem Pensiones
manifestè excluserat? Præterea, si, ut prosequitur
*Sac. Rota coram eodem Ninot. decis.*89. *num.*1.,
alii ex Dominis asserebant, *Utrumque Indul-
tum*, *& transferendi*. *& retinendi æquè princi-* 51
paliter omnibus Dapiferis concedi, *& aliud venire
cumulativè*, *seù ampliativè ad aliud*, *ut deno-
tat dictio illa* = *ac* =, *de cujus natura est augere*, *leg.
Ea tamen adjecto ff. de legib.*, *Gregor. decis.*21.
*num.*3., *& in Rec. decis.*59. *num.*11. *part.*7., *&
illa dictio* = *etiam* =, *quæ pariter præcedentia repetit
cum eisdem qualitotibus*, *Decian. cons.*17. *n.*9.
*lib.*1., *Rota decis.*415. *num.*18. *part.*4. *tom.*2.,
*& decis.*47. *nu.*8., *quasi quod cum eodem Indulto
transferendi retentio indulgeatur* =, dicendum
profectò est, quod Bigami, exclusi prorsùs à pri-
vilegio retinendi, & consequendi Pensionem,
exclusi paritèr censendi sint à Privilegio tran-
sferendi, quod ampliativè, & cumulativè con-
ceditur personis, jam habentibus illud aliud, im-
parti-

52 partitum pro retinendis, & consequendis Pen-
sionibus, cui, veluti necessario, & jam præe-
xistenti subjecto, accedere debebat facultas illas
transferendi, ex *Card. de Luc.*, superiori §. al-
legato.
At cur his utimur argumentis, quasi res
dubia sit, & obscura, quando illam perspi-
cuam reddit litera, & tenor Indulti san. mem.
Ionocentii XII.? Is enim, postquam conju-
gatis *cum unica, & virgine tantùm*, concef-
ferat facultatem consequendi, & retinendi Pen-
53 siones jam obtentas; quam deindè exemplo
Pauli V. confirmare voluit, potestatem illas
transferendi, quam eisdem tribuebat, eam
explicavit his verbis = *Et insuper conclavistis
præfatis* =; Clariori profectò Sermone decla-
rare non poterat, quod, exclusis prorsùs Bigamis
nullibi nominatis, minimèque comprehensis in
priori parte, quâ soli uxorati *cum unica, &
virgine tantùm*, capaces efficiebantur obtinendi,
ac retinendi Pensiones; ad eosdem paritèr dum-
54 taxat referre, ac restringere voluerit faculta-
tem illas transferendi; quippè verba, quibus
hæc concepta legitur, cum suâpte naturâ con-
tinuativa sint, atque repetitiva, & relativa
Conclavistarum, in priori Privilegii parte no-
minatorum, juxtà ea, quæ de privilegio Con-
clavistarum benè considerat *D. Advocat. Piton.
discept. Ecclesi. tom.1. discept. 30. num. 6.*, indè
sequitur, quod continuatio hæc, & repetitio,
facta intelligenda sit, cum omnibus suis quali-
55 tatibus, ut, omissis generalibus, in nostra specie
de relatione facienda ad præcedenter expressa
traditur per *Rot. coram Nivat. locis superiori
§. relatis, & in rec. dec.287. num.21. part.18.*
In subsequenti namque oratione, eamdem
Pensionum materiam prosequente illis, modò
relatis verbis, *& insuper conclavistis præfatis*,
56 ad ejuscemodi continuationem, ac personarum,
atque qualitatum, superiùs expressarum, repeti-
tionem inducendam si satis esset dictio = & =,
ut per *Natt. cons.573. num.14.*, *Paris. de resi-
gnat. lib.11. quæst.11. num.25.*, aliisque relatis,
Barbos. dict.110. num.3. & n.29., multò magis,
eadem dictio operabitur conjuncta cum illa alia
57 *insuper*, ex qua pariter sequentia dicuntur con-
jungi cum præcedentibus, & continuativè adjici
ad superiora, retentis semper eisdem terminis,
Marescott. variar resol.lib.1. cap.51., ibi = *dictio=
insuper = intelligitur circa superiora, ut addat
superiori dispositioni, retentis eisdem terminis* =
Paris. d. quæst.11. num.24., *Barbosa dict.166.
num.3. & seqq.*, *Rota in recen. dec.348. num.4.
part.4. tom.1.*, *& dec.356. num.9. part.13.*, ibi =
*deindè consideratâ d. particulâ = insuper = visum
est, ex ea conjungi sequentia præcedentibus, ea-
demque venire continuativè, addendo ad supe-
riora, & superiori dispositioni, eisdem reten-
tis terminis* = Certiùs denique, spectatâ dictio-
58 ne, = *præfatis* = quæ si ambigi nequit, quin, veluti,
ut dicitur, demonstrativa ad oculum, repetat
personas, superiùs nominatas cum omnibus suis
qualitatibus, *Altograd. cons.54. num.17. lib.1.*,
Gration. discept. forens. cap.629. num.20., *Bar-
bos. dict.276. per tot.*, *Urceol. consult.79. nu.21.
& seqq.*, *Adden. ad Burat. decis.742. num.12.*,
Rot. divers. decis.713. num.1. part.1., *& decis.
194. n.7. part.2.*, *in rec. dec.7. num.41. part.10.*,
& decis. 296. num.1. & 9. part.13., quanam
ratione referri, aut intelligi poterit de Biga-
mis, in nulla Indulti parte præcedentèr nomina-
tis? absurdum namque id esse, notant *Honded.
cons.72. nu.24. lib.1.*, *Urceol. d. consult. forens.
79. num.19. & seqq.*, *Rota in recen. decis.110.
num.22. & seq. part.7.*
Quamquam verò clarissima sint verba,
per quæ, rejectis Bigamis, facultas transferendi
Pensiones, io hac posteriori Indulti parte re-
stringitur ad solos conjugatos *cum unica, & vir-
gine tantùm*; Nihilominus tamen, etsi colora-
tâ aliquâ interpretatione induci posset illorum 59
extensio: talis interpretatio, extensiva etiam
ad Bigamos, rejicienda prorsus esset, ex illa,
superioribus locis pluries, pluriesque inculcata
ratione, qua admonemur, translationem Pen-
sionis, tamquam odiosissimam, difficillimè
concedi, eamdemque, etiam quando indulge-
tur Clericis non coojugatis, requirere expres- 60
sam mentionem, minimèque posse compreheo-
di sub verbis, & clausulis generalibus, *Rot. coram
Puteo decis.512. nu.1. & 2. lib.2.*, *coram Verall.
dec.100. per tot. part.3.*; Quanto itaque potiori
jure id procedat in casu nostro, in quo require- 61
batur dispensatio à bigamia, quæ, tamquam ge-
neraliter improbata in *Cap.2. de bigam. non ordi-
nand.*, quo statuitur = *in bigamis contra Aposto-
lum dispensare non licet* = nullo certè pacto com-
prehendi poterat verbis, & clausulis generali- 62
bus, ut, omissâ regulâ, de qua apud *Doctores
in Leg.1. ff. de legib.*, de dispensatione super bi-
gamia tradit *Marchesan. de Commiss. appellation.
in caus. Pension. part.1. §. 3. num.153.*, ibi = *&
talis dispensatio super bigamia, difficilis concessio-
nis, non comprehenditur sub clausulis generalibus*,
fol.600., *Gigas de Pension. quæst.19. nu.5.*, *Bar-
bos. de Offic. & potest. Episcop. part.2. allegat.
49. nu.30.*, ut alibi animadvertimus, illam æqui-
parans irregularitati contractæ ex homicidio vo-
luntario, *Bordon. variar. resol. cap.8. de privileg.
Clericor. bigamor. sub num.72. §. Illud Privile-
giam, & sub num.73. & seqq. tom.7.*; propterea-
que, multò magis requirebatur specialis illius
meotio in dispensatione ad effectum translatio- 63
nis Pensionis, quæ, præter odium personæ, con-
traria erat ipsius oaturæ, *bon. mem. R.P.D. Fat-
tinell. de translat. Pension. cap.14. num.2.*, *Rot.
coram Veralla decis. 303. num.15. part.2.*, *&
dec.99. num.2. ac seqq.*, *& dec.100. num.3.*, id
firmans, etiamsi retentio concederetur illi,
qui Peosionem jam obtinuerat cum facultate
eaodem transferendi aliis, *Adden ad Burat. de-
cis.465. num.12.*
Enim verò, si immota ubique manere debet
elementaris regula, præcipiens, dispensationes,
tamquam semper odiosas, strictè paritèr intelli-
gendas semper esse, rejectâ quacumque exten-
sivâ interpretatione verborum, quibus conce- 64
ptæ reperiuntur, plenè *Barbos. vot. decis. lib.2.*

vot.31. num.62. & seqq., & vot.58. num.1. & plurib. seqq., Rota coram Verallo d. decis. 303. num.5. & seqq., coram Pen. dec.488. num.1. 8. & 9., in rec. decis.11. num.27. part.6., & dec. 18. num.15. part.19.: profectò in nostro casu, inspecto odiu, quo habentur tum translatio
65 Pensionis, tum persona Bigami, in dubium venire nequibit, quin adeò servandi sint fines gratiæ, ut illos nollo pacto prætergredi liceat, sicuti, præter firmata in *§. Dubitari*, traditur per *Pirr. Corrad. in prax. dispensat. lib.1. cap.5. n.3. & seqq., Rocca disput. Jur. select. cap. 191. num.21. & seqq., Cerill. Episcop. Neocastrens. quæst. Jur. cap.70. num.6. & seqq., D. Advocat. Piton. discept. Ecclesiast. part.1. discept.30. n.5. seqq.*, ubi loquens *de Privileg. Conclavistarum*, disertè per Juris principia probat, adeò inspiciendum esse tenorem gratiæ, ut qualibet omninò extensio rejicienda sit, quibus addimus *Capon. discept. forens.125. num.14. & seqq., & Rot. coram Verall. in pluries citata decis.99., & decis.100. part.1., & ad ornat. clar. mem. Card. de Luca de Jurepatronat. in Mantis. decis.74. num.15., coram Cels. decis.69. nu.27., post Torr. de pact. futur. success. decis.17. num 11. & seqq., & decis.211. num.7., coram bon. mem. Emerix Jun. decis.516., & dec.671., & in rec. dec.126. num.5. & seqq.*, ubi, quod amplitudo verborum secundum subjectam materiam, intelligi debet de ea specie, quæ remanet sub eodem genere, non autem de dissimili, & *decis.287. num.20. & seqq. part.18.*, in quibus omnibus decisioni-
66 bus consideratâ naturâ odiosâ similium gratiarum, latissimè firmatur, privilegia, & Indulta prò retinendis, sive transferendis Pensionibus in uno statu concessa, non suffragari pro alio statu, in illis minimè expresso.

Imò verò, si in eo, quod competere nequit, nisi quatenùs à Lege, vel ab homine datum est,
67 nullum valet argumentum à majori ad minus, neque illud ab identitate, sivè majoritate rationis, sed nemo arrogare sibi potest plus eo, quod expresse concessum reperitur, ut, rem pluribus exornando, generalitèr admonet *Cuiac. ad tit.16. de divers. regul. jur. fol. mihi 721. lit. A. & seqq. tom.4. oper. posthum. part.2., & in appendic. ad lib.4. Cod. fol.767. lit. D. & seq*; Cer-
68 tiùs id, ob naturam odii, illis insitam, procedet in omnibus dispensationibus, ut, præter dicta *§. Enim verò*, docuit *Abb. in cap. ad aures 8. n.7.*, inquiens = *in gratiis, & dispensationibus non arguitur ex paritate, vel majoritate rationis* = *tit. de rescript., Pax. Jordan. tom.2. lucubrat. lib.9. tit.1. num.34., Rocca disput. Jur. select. cap.191. num.21., Rot. decis.213. num.7.* post *Torr. de pact. fut. success. & in materia Pensionum idem Rocca d. num.21. & seqq., Rot. coram Celso decis.69. num.27. & seqq., & decis.216. num. final.*, post *Torr. de pact. futur. success. dec. 27. num.11., coram bon. mem. Emerix Jun. dec. 681. num.6., & ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de Jurepatron. in Mantiss. decis.74. n.15.*, ibi = *datâ autem patenti restrictione Indulti ad dictas Pensiones reservandas, subintrant notæ regulæ, quod dispensationes hujusmodi, uti valdè odiosæ, strictè interpretari debent, & sine ullâ extensione de casu ad casum, nec ex verisimili mente concedentis, nec ex identitate, vel majoritate rationis* = quibus denique addimus *D. Advoc. Piton. d. discept. 30.*, qui præcisè loquens de 69
privilegio Conclavistarum, optimè probat, quod illud, tametsi favorabile dici mereretur; attamen dispensando ab irregularitate ad effectum, de quo ibi agebatur, non etiam ab ea dispensatus censebatur ad alium effectum, de quo Indultum non fuit locutum, & de Indulto pariter Conclavistarum id ipsum firmat *Rota in Mantiss. ad clar. mem. Card. de Luc. dec.75. num.20. tit. de Jurepatronat. lib.13.*

Satis superque cum demonstratum sit, similia Indulta, dispensationes, atque Privilegia, quæ in subjecta materia Pensionum à Summis
Pontificibus concedi consueverunt, adeò stri- 70
ctè intelligenda esse, ut sivè agatur de retentione, sive translatione Pensionis de uno ad alium casum, nec etiam ex identitate, aut majoritate rationis, illatio ulla fieri possit; Profectò immorandum minimè videretur iis, quæ, ut superiùs notavimus, à DD. contrariis Defensoribus dicuntur, quod videlicet regulæ hactenùs allatæ, utpote loquentes de dispensatione concessa illi, qui bigamiæ irregularitate, aut alio simili obstaculo impediretur consequi, retinere, aut transferre Pensiones, locum habere nequeant in casu nostro, in quo Marchio Alexander, vigore præambuli, ac præventivi Indulti, præservatus ab incursu bigamiæ, adeò suum primævum statum retinuisse dicebatur, ut perindè ac si nunquam bigamiam contraxisset, reputandus esset capax privilegiorum omnium, quæ à Summis Pontificibus concessa reperiuntur simplicibus conjugatis *cum unica, & virgine tantùm*; Verumtamen, non ut Causæ, quæ ex jam dictis planè confecta videri potest, sed ut Parti adversæ satisfaciamus, non pigebit argumentis, luce clarioribus, demonstrare, commentitiam prorsùs esse præventivam istam abolitionem labis bigamiæ, cujus vigore præfatum Marchionem Alexandrum, ad effectum saltem, de quo agitur, nulli amplius irregularitati obnoxium remansisse, contenditur.

Ambigi enim nequit, quod exemptio, sive
præservatio isthæc à bigamiæ labe, nativa certè 71
non est, nec esse potest; ideoque, cum necessariò dativa sit, veluti, nonnisi ex Apostolica gratia competere valens, nemo, ex illa arrogare sibi potest plus eo, quod expresse concessum reperitur: Cumque præterea exploratissi- 72
mum etiam sit, Indultum, veluti in radice, & ad omnes Juris effectus omnino tollens impedimentum bigamiæ, juxtà praxim, & stylum concedi non solere, ut testantur *Pirr. Corrad. in prax. dispensat. lib.5. cap.12. num.11., Amayden. de styl. Datar. lib.1. cap.16. §. 3. num. 3.*, ideoque ejuscemodi Indultum, Marchioni Ale-
xandro concessum, exhiberi nequeat, ex his, ve- 73
luti ex necessario antecedente, sequitur, illud, ab ipso obtentum ad effectum retinendi Pensionem,

nem, prodesse non posse ad effectum acquirendi
privilegium eandem transferendi, Bigamis
minimè concessum: tale namque Indultum,
tametsi præventivum, reverà nihil aliud est,
74 quàm dispensatio, ut benè advertit *Rota dec.
50. num.21.*, dicens = *Doctores distinguunt tan-
tùm inter dispensationem antecedentem, & sub-
sequentem, nam antecedens præservat, subse-*
75 *quens tollit* =, *part.5. tom.1. rec.*, quamobrem
sive antecedens sit, sive subsequens, utraque
in hoc convenit, quod, ut priùs dixerat eadem
decisio *num.11. & seqq.*, dispensatus per illam,
76 *siquidem impedimentum omnino tollatur, tunc
gaudebit omnibus privilegiis Clericorum, si verò
omninò non tollatur, sed ad certos tantum effe-
ctus, tunc gaudebit privilegio Clericorum, quoad
illos effectus, & quoad illos effectus erit, & re-
putabitur persona Ecclesiastica, etiam quod,
quoad alios effectus habeatur pro laica;* Nam, ut
præcipit tum naturalis, tum legalis rationis di-
77 ctamen, Indultum nullum, nullaque dispen-
satiò ultra concedentis mentem operari valet,
ut benè admonet *Rota coram Ninot. d. dec. 61.
num.7.*, inquiens = *Cum dispensatio sive sit præ-
ventiva, & præservativa; sive subsequens, &
reintegrativa, non operetur ultrà mentem di-
spensantis, & ad unum effectum concessa, non tra-
hatur ad diversam* =.

Propterea que, respectu etiam hujus præam-
bulæ dispensationis, retinenda erit regula, præ-
cipiens, similes gratias, & privilegia suffragari
78 solummodò quantum sonant, ut monent *Inno-
cent. in cap. dilecto de offic. Archidiacon. & Fe-
lin. in cap. and tis num.10. de præscript.*, *Rot. in
rec. decis.8. num.7. part.8.*, *decis.287. num.23.
part.18.*, *in Leodien. Canonicatus 1. Junii 1707.
§. Non attento coram Eminentissimo Scotto*, &
de Conclavista *benè D. Advocat. Piton. discept.
Eccles.30. tom.1.*, ex eisdemque illud dum-
taxat tribui, quod in ipsis exprimitur, illas sem-
per intelligendo juxta rigorosam, & practicam
significationem verborum, desumendam ex na-
tura, & terminis concessionis, *Felin. in cap.
final. limit.1. in fin. de Simon*, *Fermosin. tom.2. ad
cap. final. de fil. illegitimor. quæst.5. num.24. &
seqq. fol.299.*, *Gambar. de auct. legat. lib.10.
num.103.*, *Rota coram Dunoz. Jun. decis.632.
num.20.*, *in rec. decis.252. num.6. part.15.*, &
decis.12. num.10. part. 16.; Præsertim quando
79 agitur de extendendo tali Indulto ad difficilio-
rem casum, & longè duriorem effectum, in illo
minimè expressum, nam, ut loquitur *Bonifa-
cius VIII. in cap.1. in fin. de fil. Presbyter.* = *præ-
textu dispensationis hujusmodi, quam exorbitan-
tem à jure, oportet, veluti odiosum, restringi* = &,
præter notata in *§. Hac verò*, & in *§. Enim ve-
rò*, tradunt *Sanchez de matrimon.l.8.disp.1.n.32.*,
Gratian. discept.397.n.38., *Pax.Jordan. variar.
lucubrat. tom 2. lib.9. tit. de dispensat. num.34.*,
*latè Pignatell. consult. canon. tom.3. consult.19.
num.1.*, Id denique confirmando exemplo clar.
80 mem. Card. Albitii, de quo alibi sermo habe-
bitur, qui, quamvis obtinuisset dispensationem
à bigamia pro consequendis, ac retinendis
Beneficiis, attamen, ut promoveri posset ad Su-
premam Cardinalatus dignitatem, donatus fuit
peculiari dispensatione.

Quæ profectò regula eò firmiùs, ac religio-
siùs servanda erit in casu nostro, inspectà qua-
litate Indulti, de quo agitur, quod non solum
generale non est, sed apertis verbis restrictum
legitur ad solam retentionem Pensionis, & qui-
dem limitatam ad certam dumtaxat quantita-
tem, proptereàque, cum illius vigore, totali-
ter abolita censeri certè non posset bigamiæ ir-
regularitas, sed Marchio Alexander denuda-
tus adhuc esset omni privilegio clericali, ideò-
que, ut exadversò non controvertitur, incapax
etiam remanens consequendi novas Pensiones,
quas alioquin ceteri Conclavistæ non bigami
obtinere poterant; quonam pacto, ex alio jure,
& titulo, expressè non removente irregularita-
tem ex bigamia, quam sanè non tollebat privi-
legium Conclavistarum, adquirere potuit fa-
cultatem transferendi Pensionem, quando, ut 81
jamjam dictum est, ejusce modi dispensatio-
num, & indultorum indoles, & natura ea est,
ut tantum capiant, quantum sonant, ut benè de
dispensatione à bigamia, obtenta quoad unum
effectum, quod non suffragetur quoad alium,
tradit *Capon. discept. tom.5. disceptat. 401. con-
clus.4. per tot.*, & *præsertim num.4.*, ibi = *In
uno eorum dispensavit Urbanus VIII.*, *nempè*, 82
*ut retineret Pensionem, etiamsi tonsuram, & ha-
bitum Clericalem non asportaret; non utique in
altero, ut Clericum bigamum ageret, & nullum
Ecclesiæ servitium exhiberet, ut constat ex di-
ctis Brevibus, sed, quot sunt impedimenta, tot
dispensationes requiruntur; aliàs, uno remoto, aliud* 83
*remanet, cap. Ex tuarum &c. ergo, & si Clerica-
tum habuisset Illustris Princeps, cum eum per
Matrimonium amiserit; quantumvis dispensa-
tum cum eo fuerit, ut Pensionem retineret, Ma-
trimonio non obstante, etiam cum vidua: Non
autem fuit dispensatum, ut Clericum ageret con-
jugatum cum Vidua. Et rursùs, quamvis di-* 84
*spensatum cum eo fuit, ut absque habitu, & ton-
sura incederet, minimè fuit dispensatum, ut ab
alicujus Ecclesiæ servitio eximeretur* =, ut etiam
Bigamus dispensatus ad tonsuram, quod ndri
censeatur dispensatus ad Beneficium, *Petr. Re-
buff. de Pacific. Possessor. inter tract. magn.
tom.15. part.2. num.232. fol.549. à terg.*
Idque licèt confirmare possemus pluribus simi- 85
libus, satis erit afferre illud dispensationis ille-
gitimitatis, quæ non eluit talem maculam in
genere, & quoad omnes effectus, sed tantùm
tollit defectum quoad quid, vel in certo casu,
in reliquis verò, dispensatus, illegitimus rema-
net, ut loquitur *Rota cor. Gregor. decis. 353.
num.14.*, & passim apud alios; Licèt igitur ex
Indulto, obtento à Marchione Alexandro,
sublatum esset impedimentum bigamiæ quoad
retentionem Pensionis, & quidèm limitatè ad 86
certam dumtaxat quantitatem, submotum ta-
men non erat quoad facultatem transferendi;
Sed, ut ea validè transferri posset, tot require-
bantur dispensationes, quot erant impedimen-
ta,

ta, & obstacula, id prohibentia, ex nota regula,
de qua generaliter apud *Cassador. decis.9.num.4. de Prebend.*, *Menoch. de arbitrar.cas.203. n.13. Pirr. Corrad. in Prax. Dispensation. lib.5.cap.5. num.15.*, *& lib.5. cap.12. num.11.*, & in terminis Pensionis *Rocc. d. cap. 191. num. 21.*, *& seqq.*, *Fattinell. de Translat. Pension. cap. 14. num.12.*, *Rota coram Penia decis. 619. num.2.*,
87 *& seqq.*, ubi, quod, sublato obstaculo Matrimonii, non tollitur illud defectus Clericatus requisiti pro Pensione obtinenda, *Rot. post Tarr. de pact. futur. success. decis.17. num.12.*, & in terminis impedimenti ex bigamia *Capon. rel. in §. præcedenti*, *Tondut. de Pensionib. cap. 78.*
88 *num.36.*, ibi = *Quia duo hic concurrunt impedimenta, unum ex parte Matrimonii, aliud ex parte bigamiæ, &, uno sublato, semper remanet aliud* =, & benè de Conclavistarum privilegio *Rota cor. Ludovis. decis.87.num.5.*, sic inquiens = *Non obstat privilegium Conclavistarum, quia habilitat tantùm ad testandum, respectu Bonorum adquisitorum intuitu Ecclesiæ, & de reditibus*
89 *Ecclesiasticis, nihil autem disponit circa inhabilitatem personæ, & propterea non suffragatur militi, in quo concurrit duplex prohibitio, & ratione Bonorum, & ratione personæ, ubi enim plura obstant, si unum removeatur, alia remanent* = *& decis.109. num.5.*, *& 6.*, ibi = *stante*
90 *autem inhabilitate personæ fratris Ludovici ad testandum, non juvatur privilegio, quod tantùm habilitat ad disponendum de reditibus ecclesiasticis, & nihil disponit super incapacitate personæ, & tamen tot requiruntur habilitationes, quot obstacula*, = & hasce Gregorii decisiones ad rem sequitur *Rota cor. Card. Celso decis.69. num.29.*, *& Rocca disput.191. num.23.*, *D. Advocat. Piton. d. discept.30. ex num.5. ad finem.*
91 Etsi hæc certa videantur, & adhuc certiora etiam reddi possent, ex modo, quo de stylo Datariæ, non solum semper difficiliùs Bigamis, quàm uxoratis cum unica, & virgine, conceditur retentio Pensionis; Verùm, quando agitur de Indulto illam transferendi per Bigamos,
92 istud, veluti continens extraordinariam gratiam, & concedi minimè solitam, expeditur per Se-
93 cretariam Brevium secretorum, non autem per organum Datariæ, quemadmodum fit, quando agitur cum uxoratis cum unica & virgine; quodque magis est, primò per Breve
94 separatum expeditur illud retinendi Pensionem, etiam in statu bigamo, deindèque, factâ mentione istius primi Brevis, expeditur aliud transferendi; Quæ omnia confirmantur ex ipsissimet, quæ in contrarium allegari consueverunt, *Decisionibus* la *95.* post *Vivian. de Jurepatr.*, *& la 12.*, *ac la 50. part.5. rec.*, in una, eademque Causa editis. Ex serie facti, in eisdem, & præsertim *la 50.* sub initium *§. Idem quoque*, exposita, habetur, quod Princeps Perettus Pronepos Sixti V. in statu etiam bigamiæ dispensatus fuerat ad recipiendas, & retinendas quascumque Pensiones, tùm reservatas, tùm reservandas, tali impedimento præventivè remoto, ex amplissimo Indulto, munito amplissimâ
quoque derogatione Conciliis generalibus, & Bullæ S. Pii; licèt hæc alioquin minimè requirerentur, ut Indultarius, non obstante bigamiâ, 95
Pensiones retinere, aut consequi valeret, ut benè per *Rotam cor. Coccin. decis.1627. ex n.7.*, *& plurib. seqq.*; Quisque autem, ipso primo oculorum conjectu, animadvertere poterit, Indultum, de quo disceptabatur in dd. Decisionibus, longè diversum esse ab eo, super quo vertitur hodierna controversia: Illud enim, qualia esse semper consueverunt, & solent simi- 96
lia Indulta, quæ conceduntur Nepotibus, & Consanguineis Summorum Pontificum, eximium, ac insigne erat: At illud, de quo agitur, nedùm caret hâc derogatione Conciliis generalibus, & Constitutioni Pianæ, sed continet nudam dispensationem, concessam pro mera, ac simplici dumtaxat retentione Pensionis in statu bigamo, restricta ad ratam solummodò ducatorum 176., exclusâ facultate omni novas Pensiones adquirendi.

Virtute ejuscemodi Indulti, Princeps Perettus possidebat Pensionem super fructibus Ecclesiæ Ferrariensis, in ipsum translatam à Cardinali Peretto Patruo suo: hanc translationem, tamquam factam favore Bigami, impugnabat Cardinalis Lenius, d. Ecclesiæ Episcopus, eamdemque sustineri non posse, contendebat, virtute Indulti, tùm Principi, tum Cardinali Peretto concessi, quia illis facultas isthæc consequendi, & transferendi Pensiones tribuebatur favore dumtaxat personæ Ecclesiasticæ, qualis tempore translationis, in eum factæ, Princeps Perettus esse desierat, nam, licèt initiatus reperiretur primâ Tonsurâ; nihilominus tamen, ob bigamiam, deinceps contractam, denudatus fuerat 97
privilegiis omnibus clericalibus, juxtà pluriès memoratum Decretum Concilii Lugdunensis *in cap. unic. de Bigam. in 6.*; Verùm *Sacra Rota* animadvertens, characterem clericalem impressum ex prima Tonsura, esse indelebilem, & dispensationem, à Principe Peretto præventivè obtentam pro retinendis Pensionibus, amplissi- 98
mam esse, atque insuper continere derogationem, non necessariam Conciliis Generalibus, & Constitutioni S. Pii, respondit, Pensiones sustineri vigore d. præventivæ dispensationis: Eâ namque efficiebatur, quod, superveniente bigamiâ, extinctus minimè censendus foret Clericalis character. Attamen non idcircò ea- 99
dem Sacra Rota censuit, illius virtute, illæso undequaque manente Clericatu, ejusque privilegiis, & effectibus, induci potuisse totalem dispensationem ab incursu bigamiæ, sed partialem tantummodò, ad effectum videlicet dumtaxat impediendi extinctionem Pensionum jam obtentarum, & tollendi incapacitatem novas consequendi: *Decisionum* verba etsi clara sint; nihilominùs abs re non erit nonnulla illarum loca exscribere, ut apertiùs ex iisdem elucescat, quod ex constanti sententia Sacræ Rotæ, per hasce, tametsi præventivas dispensationes, *illud jus tantum tribuitur, quantum exprimitur.*

In prima enim dictarum Decisionum, quæ
est

est la 95. coram Remboldo post Vivian. num. 8.,
& 9., ità legitur = Verùm id locum minimè obti-
net in Bigamo dispensato, quia in eo, in quo est
dispensatus verus Clericus, quia habet characte-
100 rem, & gaudet privilegio, super quo est dispen-
satus, & quoad d. effectum retinet Clericatum
penitùs illæsum, ut benè per Turrecremat &c.,
ac propterea d. Princeps, qui erat dispensatus ad
obtinendum Pensiones, non obstante bigamiâ,
fuit dispensatus ad retinendum privilegium, seù
exercitium characteris clericalis ad effectum &c. =
En igitur, quod, licèt in d. casu ageretur de
adeò eximio Indulto, sive præventivâ dispen-
satione ab incursu bigamiæ, attamen Sacra Ro-
ta censuit, talem dispensationem, non indefi-
nitè, & generaliter, sed præcisè, & taxativè,
ad effectum, de quo agebatur, præventivè di-
spensato præservatum fuisse psivilegium cleri-
cale.
Clariùs id habetur in alia Decisione cor. eod.
Remboldo, relata part. 5. rec. la 12., quæ pariter
præventivam hanc dispensationem, nonnisi ad
certum effectum impartitam, agnovit, cùm
enim objiceretur, Principem Perettum, nec
potentiâ quidèm frui potuisse privilegio, & ef-
fectibus Clericatus, num. 10. respondit his ver-
101 bis = Quia imprimis pro responsione est advertem-
dum, quod non requiritur ad hoc, ut quis dica-
tur persona ecclesiastica, quod in potentia sit ta-
lis, ut possit gaudere omnibus privilegiis Clerico-
rum, sed sufficit, quod possit gaudere etiam aliquo
privilegio, ad illum enim effectum dicitur persona
Ecclesiastica (quidquid sit quoad alios effectus).
quia concurrit in eo Clericatus, & potentia gau-
dendi aliquo privilegio Clericatus, & sic ad il-
lum effectum non potest dici Laicus = & postquam
num. 11., & seqq., illis alibi relatis verbis, non
tamen abs re hic repetendis, dispensationem to-
talem à particulari distinxerat, dicendo = Et,
102 si quidem impedimentum omninò tollatur, tunc
gaudebit omnibus privilegiis Clericorum, si verò
omninò non tollatur, sed ad certos tantùm effectus,
tunc gaudebit privilegio Clericorum quoad illos
effectus, & quoad illos effectus erit, & reputabi-
tur persona Ecclesiastica, etiam quod quoad alios
effectus habeatur pro Laico = rediens deinde ad
d. præventivam dispensationem, num. 15. hæc
habet = Nec obstat, quod D. Princeps tunc non
gaudebat omnibus privilegiis Clericorum, quia
sufficit, quod gauderet aliquo privilegio, ad illum
enim effectum erat verus Clericus, & per conse-
quens ad illum effectum erat persona ecclesiastica,
& sic potuit in eum, tamquam in Clericum, &
personam Ecclesiasticam ad effectum transferri
d. Pensio = & rursus firmans num. 18., ejuscemo-
di dispensationes quoad certos dumtaxat effectus
operari posse, quod quis censeatur persona ec-
clesiastica, & quod in aliis habeatur pro Laico,
nec ullo gaudens privilegio Clericatus, nu. 30.,
& seqq. ait = Quod D. Princeps Perettus fuit in
effectu dispensatus ad retinendum privilegium
Clericale quoad Pensiones, per eum obtinendas,
quia scilicet, stante d. dispensatione, ei poterant
conferri, seù assignari Pensiones tamquam Cleri-
co, licèt quoad alios effectus esset Laicus, & omni
alio privilegio Clericorum denudatus = & deni-
que efficaciam d. præventivæ habilitationis, re-
strictivis illis verbis = quoad d. effectum =, capa-
citatis nempè Pensionis, in eum transferendæ,
suffragari posse dispensato, confirmat num. 32.,
& 36.
Copiosè hæc omnia confirmata leguntur in
postrema hujus Causæ decisione, edita à Cardi-
nali Virili in rec. d. p. 5. la 50.: In ea enim di-
cta præventiva dispensatio Principis Peretti
semper restringitur ad præcisum, & limitatum
effectum retinendi, & adquirendi Pensiones,
ità quidem, ut, licèt ille, quoad alios effectus,
non obstante derogatione Conciliis Generali-
bus, denudatus remaneret privilegio omni
clericali, illo tamen cum ejus exercitio adhuc
frueretur pro retinendis, & consequendis Pen-
sionibus, ut expresè habetur num. 10., & seqq.,
ibi = Quia, cum Sixtus V. ad effectum Pensionis, 103.
ut supra relatum est, dispensaverit Principem
ante incursum bigamiæ, versamur in dispensatione
præventiva, & præservativa, quæ, removendo de
medio obstaculum Canonis inductivi bigamiæ,
impedit incursum bigamiæ, & efficit, ut rema-
neat non solùm præservatus Clericatus, habitu
indelebilis, sed etiam exercitium ad effectum di-
spensatum, respectu Pensionum, juxtà tenorem
dispensationis præventivæ. = Sacra itaque Rota,
statuens, minimè excedendum esse tines, in litera
præventivæ habilitationis præscriptos, eamdem,
juxtà illius tenorem, suffragari posse, firmat quo-
ad effectum dumtaxat expressum, & ubique
semper intelligendo d. præventivam habilita-
tionem = taxativè =, quoad effectum retinendi, 104.
& consequendi Pensiones, dum num. 19. re-
spondet sæpiùs inculcatæ objectioni, quod
Princeps denudatus reperiretur privilegiis, &
effectibus Clericatus, sicuti ex Turrecremata,
aliisque responsum fuerat in d. decis. 95. num. 9.,
inquit = Non obstat, quod Princeps non gaudeat
privilegio Fori, & aliis privilegiis, seù effecti-
bus Clericatus, quia sufficit, quod sit dispensatus
pro Pensionibus, nam in hoc casu dispensationis
retinet Princeps Clericatum illæsum =, & nu. 39.
similiter dicitur, quod = ob derogationem cap. 1.
de Bigam. in 6., est obviatum denudationi exer-
citii Clericatus, ad effectum Pensionis. =.
Juxtà igitur Sacræ Rotæ judicium, post adeò
maturum examen similis præventivæ dispensa-
tionis, sive habilitationis in dd. tribus decisio-
nibus editum, ambigi nequit, quod, licèt ob
characterem Clericatus indelebilem, Bigamus
quoque effici valeat capax retentionis privile-
giorum Clericatus cum illorum exercitio; ni-
hilominùs tamen talis dispensatio, sive habi-
litatio, non ex eo, quod præventiva, atque præ-
servativa sit (quotiès generalis non est, sed
partialis, & ad certum dumtaxat effectum in-
dulta) juvare valebit quoad alios effectus, in
simili limitata dispensatione non expsessos, Rot.
cor. bon. mem. Emerix jun. decis. 334. num. 1., re-
petita in rec. decis. 88. num. 3. part. 19.; Quo-
nam itaque pacto sustineri poterit, Indultum, 105
Mar-

Marchioni Alexandro, antequam bigamus efficeretur, impartitum nominatim ad effectum retinendi Pensionem in limitata quantitate scutorum 175. auri, absque ullâ generali derogatione Conciliis, & *cap. unic. de Bigam. in 6.*, prodesse eidem potuisse ad effectum quoque translationis Pensionis; docuisse namque oporteret, unum, eumdemque esse effectum retentionis, & illum translationis Pensionis, quales certè non sunt; ideoque agendo de translatione, tamquam longè diversâ à retentione, atque etiam odiosissima, & indigente speciali gratiâ, maximè, quando talem facultatem sibi arrogat Bigamus, cum in Indulto nulla fiat mentio, quoad d. effectum Indultarius relictus dicebatur in statu bigamiæ.

Quamquam verò ex iis, quæ magistralitèr firmata fuerunt in dictis tribus decisionibus, evidens, & apertum reddatur, ejusdemodi

106 præventivas habilitationes, quando juxtà earum expressum tenorem, & verba, generales, & totales non sunt, sed partiales, opitulari posse pro illo dumtaxat effectu, pro quo conceduntur: attamen id confirmatur tùm aliis auctoritatibus, ex *Capono* nempè, cujus verba jam exscripsimus, in specie loquente in subjecta materia Pensionum, & ex *Rebuffo*, aliisque superiùs relatis, quibus additur *Fermosin. de offic., & Sacr. Eccles. tom. 2. tract. 2. ad cap. 2. de Bigam. non ordinand. quæst. 3. num. 1., & seqq. fol. 364.*, ubi, quod, licèt præventiva dispensatio impediat incursum bigamiæ, id tamen juxtà tenorem dispensationis operetur quoad solum effectum dispensatum, bene *Rot. coram Ninot. decis. 61. num. 6., & sequen., & post Torr. de pact. futur. success. decis. 17. num. 11., & seqq.*, & optimè *eadem Sacra Rota in Mantiss. ad ornat. clar. mem. Cardin. de Luca de Jurepatron. decis. 74. num. 17.*, ibi = *Quapropter sivè præce-*

107 *dat, sivè subsequatur, semper Sacris Canonibus, & Ecclesiis est odiosa, & exorbitans, rejiciens proindè omnem ampliationem, & subauditum intellectum extensivum* =, cum ibi plenè cumulatis; tùm etiam ex aliis similibus dispensationi-

108 bus, semper juxtà earum tenorem restringendis ad certum illum effectum, & casum, de quo loquuntur, ut de præventivis præservationibus, à quis Judiciis ab incursu irregularitatis, aliaque simili dispensatione concessâ ad dandum nomen militiæ, tradunt *Molin. de just. & jur. tom. 2. tract. 2. disput. 108.*, *Avila de Censur. par. 7. de homicid. in bell. disput. 6. dubit. 2. in secunda conclus.*, *Sayr. de Censur. lib. 6. cap. 18.*, *Fermosin. d. quæst. 3. num. 1., & seqq.*, & de illegitimo dispensato ad Ordines latè idem *Ferm. sin. dicto tom. 2. ad cap. final. de illegitim. quæst. 5. num. 24., & seq. fol. 199., & dictum est §. Idque licèt*.

Hæc igitur cum ità se habeant, & plenè jam demonstratum dici posse, videatur, quod dispensatio à bigamia, ex Indulto Innocentiano, impar-

109 tita Marchioni Alexandro, licèt præventiva; Nihilominùs tamen, utpotè limitatè tributa ad præcisum, nominatum effectum retinendi certam Pensionis ratam, nullo pacto ei prodesse queat prò eadem Pensione validè transferenda: frustrà hæc facultas eidem quæsita dicitur ex alio diverso jure, ex superveniente videlicet privilegio Conclavistarum, quasi istud, prò valida translatione Pensionis nihil aliud requisiverit, quàm quod Conclavista legitimè illam obtineret, descriptusque esset in albo Conclavistarum, ut sic consequi possèt talem facultatem, quâ in remunerationem laborum, Conclavistæ generaliter donantur.

Nam, ex hactenùs fusissimè deductis, cùm ambigi nequeat, similia privilegia, juxtà eorum tenorem, suâpte naturâ intelligenda esse taxativè, de casu, & effectu, ad quem conceduntur; 110 ità quidem, ut dispensatio, vel indulgentia omnis, *sivè sit præventiva, & præservativa, sivè subsequens, & reintegrativa, non operetur ultrà mentem dispensantis, & ad unum effectum concessa, non trahatur ad diversum*, ut alibi diximus; Indè sequitur, rejiciendam prorsùs esse illam dicti privilegii interpretationem, quâ supponitur, quod prò consequenda facultate transferendi Pensionem Conclavistæ, tametsi bigamo, satis sit, quod eam legitimè obtineat; quippè, cum id in privilegio Conclavistarum expressè concessum non legatur, ea sequenda erit interpretatio, quæ sit conformis juris dispositioni, juxtà quam facultas transferendi Pensionem regulanda non est ex solo facto possessionis, sed ex capacitate personæ, ad adquirendam talem facultatem: quapropter, licèt per Innocentianum Indultum, incapacitas personæ, ex impedimento irregularitatis ob bigamiam, allato Marchioni Alexandro, sublata 111 reperiretur pro effectu retinendi Pensionem, attamen quoad omnes alios juris effectus cùm verè Bigamus remaneret; dicendum idcircò est, quod superveniens privilegium Conclavistarum, utpotè illum reperiens in vero statu Bigamiæ, opitulari eidem nequibat; quia tale privilegium, nihil disponendo circà inhabilitatem personæ, illamque non totaliter, imò nec etiam partialiter quoad bigamiam submovendo, Bigamum generaliter relinquebat obnoxium dispositioni juris, exceptâ solâ retentione Pensionis, ex alio speciali jure illi permissa: Bigamiæ namque labes, cum sit adeò indelebilis, 112 ut nec etiam Sacro Fonte ablui queat, procul dubio effectus irregularitatis, ex illa proficiscentes, nonnisi expressâ Summi Pontificis dispensatione impediri poterant; multòque magis in casu nostro, quia, si Bigamus, ut alibi insinuatum est, & inferiùs etiam dicetur, vigore hujusmodi privilegii Conclavistarum, effici nequibat capax consequendi, vel retinendi Pensionem, ante bigamiam, adeptam: multò sanè 113 minùs adquirere valuit privilegium illam transferendi, quod longè difficiliùs, Bigamo præsertim, conceditur: Dùm igitur Conclavistarum privilegium de Bigamis expressè non loquitur, quinimò, ut supra ostendimus, alios nominatim comprehendendo, illos exclusisse censetur, servandus erit illius tenor, ejusdem metam

tam minimè transgrediendo, ut, præter alias
deducta, est ex mente *Tent. in cap. porrò 7. de
privileg., Fajard. allegat. fiscal. par. 1. alleget. 32.
num. 122., & par. 2. allegat. 33. artic. 8. n. 2158.,
& sequen., Ciarlin. contr. 159. num. 13. lib. 2.,
Pignatell. consult. tom. 2. consultat. 34. num. 23.,
& tom. 3., consult. 19. num. 6., D. Advoc. Piton.
disceptat. Eccles. 33. num. 9., Rot. post Antonell.
de jurib., & onerib. Cleric. decis. 26. num. 50.,
& in recent. decis. 583. num. 11., & sequen. par. 12.*

Nec est, cur obtendantur merita, ob quæ
Conclavistarum privilegium, veluti reale, latis-
simam recipere queat interpretationem: Nam
pro illa excludenda satis est ad sapientissimo-
114 rum Patrum memoriam revocare, quod S. Pius
§. 2. dictæ suæ Constitutionis adeò explosa vo-
luit ejuscemodi privilegia, ut eadem abolève-
rit; etiamsi, nedùm per contractum quæsita di-
cerentur; verùm etiam, quod maximâ notâ di-
gnum est, *licèt motu proprio, & ex certa scien-
tia, deque similis potestatis plenitudine etiam pro
defensione Fidei Catholicæ, aut dictæ Sedis, &
quibuslibet aliis causis, quantumlibet gravibus,
urgentibus, necessariis, & onerosis* elargita re-
perirentur: At verò, si S. Pontifex sancivit, quod
nec etiam maxima, ac immortalia ex defensio-
ne Fidei Catholicæ, & S. Sedis parta merita
meris Laicis, multò verò minùs uxoratis, & Bi-
115 gamis suffragari possent pro retinendis similibus
privilegiis, dicendum sanè erit, quod, licèt
Summi Pontifices successores, hac ex parte, de-
rogaverint Pianæ Constitutioni favore conju-
gatorum *cum unica, & virgine tantùm*, atque
his facultatem retinendi, & transferendi Pen-
siones concesserint in remunerationem labo-
rum, hæc tamen ratio efficere quidem valeat,
quod privilegium sit perpetuum, & per mor-
tem concedentis minimè expiret, quodque
adversus illud admitti nequeat exceptio ulla
obreptionis, aut subreptionis, at non etiam ope-
retur, quod gratia, ultra intentionem conceden-
tis, extendatur ad casum omissum, optimè *Rota
cor. bon. mem. Emerix jun. decis. 671. num. 9.,
& 10.*, propatereaque privilegium Conclavi-
starum; opitulari nullo pacto potest Bigamis,
de quibus Summi Pontifices non cogitarunt,
nec unquam locuti fuerunt: Imò verò, si talis
ratio laborum, talis tantaque non fuit, ut nec
Summum Pontificem Paulum V., qui primus
omnium moderatus fuit Pianam Constitutio-
nem, nec alios ejus successores inducere value-
116 rit ad indulgendam Bigamis facultatem conse-
quendi, vel retinendi Pensiones, ad quem ef-
fectum, ut etiam à Parte adversa admissum
fuit, requirebatur aliud speciale Indultum po-
tentiùs illo Conclavistarum, quonam pacto ta-
lis ratio Bigamis prodesse poterit ad effectum
translationis Pensionis, quæ longè magis odio-
sa, & exorbitans est, quàm illius retentio
117 quando explorati alioquin juris est, quod in iis,
quæ, nonnisi ex dispensatione Apostolica com-
petere possunt, nec etiam valeat argumentum
à majori ad minus, aut illud ab identitate, sivè
majoritate rationis?

Reliquum est, ut modò refellamus, atque
explicemus auctoritates, quibus Pars adversa in
postremis Causæ hujus disceptationibus consta-
bilire conata est, quod præventiva dispensatio,
antè contractam bigamiam concessa Marchioni
Alexandro, saltem quod attinet materiam Pen-
sionis, adeo abolverit maculam dictæ irregula-
ritatis, ut eidem obstaculum nullum præbuerit,
quin illam ex alio superveniente jure validè
transferre posset: Profectò, si perpendamus Sa-
cræ Rotæ decisiones, in contrarium allegari so- 118
litas, si spectemus auctoritatem *Card. de Luc.
disc. 62. de pension.*; licèt præclarissimus ille no-
stri ævi Jurisconsultus, & ob diuturnam in Foro
exercitationem, jurium, & morum, quibus
Romæ vivitur, peritissimus, ut de eo dixit *Ro-
ta decis. 46. num. 38. post Antonell. de jurib., &
oner. Clericor.*, licèt, ut dicebamus, summus
ille juris vertex *dict. disc.* id incidenter de Bi-
gamo innuisse videatur, attamen vel revocavit,
vel super hoc articulo judicium suum suspendit
disc. 78. eodem tit. de pension. num. 12, inquiens=
*major autem difficultas cadit in casu, de quo supra
dicto disc. 62., ubi scilicet concurrat cum Matri-
monio etiam qualitas bigamiæ ex Constitutione
S. Pii V., ut advertitur dictâ decis. 485. num. 5.,
& seqq. par. 5. rec., quæ videtur specialis, quo-
niam urgere videtur dictà ratio, ut, positâ non
cessatione Pensionis ex dicto remedio præservati-
vo, intret facultas, quæ competat alio jure, quàm
ex ipsa dispensatione, concessa ad retinendam,
quoniam conclusio procedit, ut eadem dispensatio
concessa pro retentione, non competat pro transla-
tione, non autem, ut alia diversa facultas, ex di-
verso fonte manans, non suffragetur, adhuc ta-
men desuper in uno, vel altero casu omninò matu-
rum judicium efformare non potui, dum istud non
solet efformari, nisi præviâ formali disputatio-
ne*=.

Articulus hic, quem firmo judicio definire
minimè ausus tantus vir, audacter determina-
tus reperitur *ab Addente ad Pamphilium de-
cis. 427.*, at, quoniam Additionatoris nomen 119
multum detraheret illius opinioni, in dicta ad-
ditione traditæ; Parum namque de ejuscemodi
Additionatorum opere, & labore curandum es-
se, post *Ruin. cons. 83. num. 6. lib. 1., & Ga-
briel. comm. opinion.*, animadvertit *Lancellott.
Gall. cons. 106. num. 3. vers. ut parum*, ubi nul-
lo numero habendam, ait, additionem *Ursilli* ad
Afflicti decisiones, hisque addimus *Conciol. al-
leg. 32, num. 16.*; Idcircò DD. contrarii Defen-
sores, auctoritatem illi conciliare conantur, in-
ferendo præclarum nomen, doctrinâ, & digni- 120
tate præclarissimi viri, Cardinalis nempè Al-
bitii: verùm commentum istud illicò detegitur
ex epistola dedicatoria, in qua *vers. cum igitur*,
tantus vir profitetur, se prælo solummodò com-
misisse Innocentii X. decisiones, quorum ori-
ginalia penes se retinebat; quis verò exaraverit
dictas additiones, quærendum hodie ampliùs
non est, nam fuit bon. mem. Philippus Luca-
tellus, qui tunc juvenis erat à studiis dicti Emi-
nentissimi Cardinalis, ut ipsemet ad Lectorem

modestè asserit verbis illis = *In additionibus verò compositoris audaciam non arguas* = .

Omissâ igitur Additionatoris dignitate, spectanda solummodò erit gravitas rationum, & auctoritatum, quibus ille sententiam suam fulcire conatur, his addendo quoddam judicatum. Porrò, quod attinet rationes, earum prima ab illo explicatur his verbis = *facultas transferendi reputatur tamquam accidens, quod est applicabile ubicumque subjecta materia capax reperitur, quæ in proposito est habilitas retinendi; dum itaque iste Bigamus Pensionem retinere poterat, & sic ex sui parte erat capax substantiæ principalis, erat quoque capax accidentis, seù accessorii, prout est facultas transferendi* = & ad id probandum allegat *Tondut. de Pension. cap. 78.*, *& Card. de Luc. eodem tract. dicto disc.78.*; Altera, quæ ab eodem affertur, ratio, ea est, quod *Bigamus dispensatus ad retinendam Pensionem, non dicitur amplius Bigamus, cum dispensatio præventiva occurrat incursui bigamiæ, ideoque non erat, cur in facultate transferendi exprimeretur impedimentum bigamiæ, quod realiter non subsistebat, ad tradita per Cels. decis. 355., & decis. 395.*, verum utraque hæc ratio penitus insubsistens dignoscitur.

Si namque de prima quæratur, illa procul dubio peccat contrà omnia juris principia, quia Doctores omnes, qui tradunt, facultatem transferendi requirere specialem gratiam, & indultum, illamque non comprehendi sub dispensa-
121 tione eam retinendi, moventur ex ratione, quod translatio Pensionis, tamquàm odiosissima, non est quid intrinsecum Pensioni, sed extrinsecum, nec est de jure, & natura ipsius Pensionis, sed contrà ejusdem naturam, & indigens speciali notâ, ut, præter latè deducta §. 10. *Porrò quod attinet*, tradunt *Spada cons. 74. vers. primò quia iste lib. 3.*, *Paris. de resignat. lib. 6. quæst. 4. num. 29.*, ubi ex facultate retinendi Pensionem argui non posse facultatem eandem transferendi, probat ratione
122 illâ = *quia facultas transferendi non est quid accessorium ad Pensionem, sed est quid extrinsecum, nec est de esse, & natura Pensionis, ideò erat speciali notâ digna* = idque confirmat *num. 31.*, *Gratian. discept. 296. num. 67.*, inquiens = *cum de ea* (translatione videlicèt Pensionis) *tamquàm odiosa, deberet fieri specialis mentio, præsertim quia dicta facultas transferendi non est accessoria ad Pensionem, sed est quid extrinsecum, & nihil habet de esse, & natura Pensionis* =, *bon. memor. R. P. D. Fattinell. de translat. Pension. cap. 14. num. 2.*, *Capon. discept. 10. num. 35. tom. 1.*, *Tartaglia quæst. commun. Pension. post tractat. de reservat. statutar. §. 2. num. 55.*, *& num. 254.*, *Rota coram Veralle decis. 303. num. 11.*, *& seqq.*, *& decis. 319. par. 2.*, *& par. 3.*, *decis. 99. num. 2.*, ibi = *& ratio est, quia facultas transferendi non est quid accessorium ad Pensionem, sed est quid extrinsecum, nec est de esse, & natura Pensionis, ideò erat digna speciali notâ* = *& decis. 100. num. 7.*, *& 8.*, dicens, translationem Pensionis esse *contra naturam ipsius, quia Pensio est ad tempus, & morte Pensionarii extinguitur, sicut ususfructus* = *& in rec. decis. 287. nu. 12. par. 18.*; Quonam itaque colore, aut quà juris ratione præfatus *Addens* firmare potuit, facultatem transferendi reputandam esse tamquàm accidens, & quid accessorium Pensioni, quando illa, juxtà firmata pluribus locis, tamquàm contraria naturæ Pensionis, difficilimè semper uxoratis, & præsertim Bigamis, nonnisi ex speciali gratia concedi consuevit?

Haud verò immorandum auctoritatibus, quas Additionator affert pro suo assumpto confirmando; nàm quo sensu loquutus fuerit *clar. mem. Card. de Luc. dicto disc. 78.*, jam exposuimus, *Tondutus verò de Pension. cap. 78.*, loquitur in hypothesi longe diversâ à nostra, illamque *num. 6.* explicat his verbis = *cum aliàs fuisset disputatum, utrum solutio Pensionis retardari posset sub prætextu Bigamiæ contractæ per Pensionarium propter Matrimonium, cum vidua cele-*
bratum; fuit nihilominùs resolutum, Pensionem 123
deberi, non obstante illo Matrimonio, cum vidua celebrato, quia non fuerat probatum, copulam fuisse subsequutam, imò uxorem mortuam fuisse post duos menses à tempore Matrimonii, semperque fuisse infirmam, & inhabilem ad copulam, ideo-
que non obstare bigamiam, quæ non contrahitur, 124
nisi subsequatur copula, & consumatio = Auctor itaque iste, tamquam expressè loquens de sola retentione Pensionis, & in casu, quo bigamia, ob defectum consumationis Matrimonii nondum incursa dici poterat, ex *Text. in Can. final. distin. 34.*, *& cap. debitum 5. de Bigam.*, *Van. Espen. in jus Ecclesf. univ. tom. 1. par. 2. tit. 10. num. 14. fol. 607.*, *Rot. coram Pamphil. dicta decis. 427.*, afferri certè nequit ad decisionem casus nostri, in quo nedum per consummationem Matrimonii, sed per filiorum procreationem bigamiæ irregularitas contracta certè fuit.

Minùs verò urget alia ratio desumpta ex qualitate dispensationis præventivæ, quasi hæc impediendo incursum bigamiæ effecerit, quod
dispensatus dici amplius nequiverit Bigamus: 125
quia, ut copiosè probavimus, quoties talis dispensatio totalis non est, sed ad certum dumtaxat effectum limitatè conceditur, impedimentum bigamiæ partialiter solummodò tollitur, videlicet taxativè quoad illum effectum, pro quo tributa reperitur; Quapropter, ut pluriès dictum est, sive inspiciatur præventiva dispensatio impartita Marchio[illegible] Alexandro, hæc restricta nominatim legit[illegible] ad solam retentionem Pensionis in limitata quantitate scut. 175.
auri, sivè etiam intueamur Indultum transfe- 126
rendi Pensiones concessum Conclavistis, & ex illo pariter statim perspicitur, quod, nullâ factâ mentione Bigamorum, talem facultatem elargitur tantummodò uxoratis *cum unica, & virgine*. Cum itaque tale superveniens Indultum verè repererit Marchionem Alexandrum in non dubitabili statu bigamiæ, à qua non totàliter, sed partialiter, & præcisè ad certum effectum alio speciali jure præventivè dispensatus fuerat; quonam pacto illum capacem red-

de-

127 dere potuit transferendi Pensionem, quandò, si defecisset præventiva gratia, pro retinenda Pensione, jam obtenta in statu clericali, & antè bigamiam, illam vignre ejuscemodi generalis privilegii Conclavistarum retinere nullo pacto potuisset? Illo enim, ob non plenariè, & totaliter abolitam labem bigamiæ, sublata dici non poterat incapacitas personalis, quæ adhuc etiam post couclavistatum vigebat, ex regula
128 illa, quod, ubi impedimenta *plura obstant, si unum removeatur, alia remanent*. Evidens itaque, & apertum est, quod jus superveniens ex Conclavistarum privilegio, tamquàm inveniens impedimentum bigamiæ, nihil novi juris tribuere valuerit: ex eo enim, quod alio præventivo Indulto concessa esset Marchioni Alexandro facultas retinendi Pensionem, communicari eidem non potuit facultas illam transferendi, conjungendo nimirum utrumque Indultum, quia talis conjunctio, ad effectum, de quo agitur, nullò pacto, nulloque jure fieri potest, quandò Summi Pontifices, qui talia Indulta concessere, nunquam voluerunt, imò nec etiam cogitarunt Bigamo conferre extraordinariam hanc facultatem.

Verba facere omittimus de judicato, quo præfatus *Adden. ad Pampbil.* opinionem suam confirmari, ait, dùm minimè innuit, à quo Judice, & in quo Tribunali editum fuerit, justàque ratione affirmare posse credimus, illud non adfuisse tempore, quo scripsit *clar. mem. Card. de Luc.*; quippè qui dicto *disc. 78.* in hac quæstione judicium suum suspendit, inquiens, illud efformari ab eo nequivisse, quià ejuscemodi quæstio formali disputatione disceptata, ac definita nondùm fuerat.

Nec pariter est, cur immoremur contrariis auctoritatibus, nam, quod attinet *decisiones cor. Ninot. la 61., & 89.*, præterquamquod loquuntur de Indulto, ab Urbano VIII. concesso Dapiferis, quod sanè diversum est ab illo, quod Innocentius XII., ejusque Prædecessores elar-
129 giti fuerunt Conclavistis; illud etiam præcipuè animadvertendum est, quod dictum quoque Indultum Urbanum, licèt nullam alioquin faciat distinctionem inter non uxoratos, & uxoratos, attamen, quum loquitur de uxoratis, nominatim designat conjugatos cum unica tantùm, & virgine, ut in fine §.13. dicti Indulti: proptereàque rectè Sacra Rota in dd. decisionibus definire potuit, quod, si vigore Indulti Urbani tales uxorati consequebantur facultatem retinendi Pensiones, consequi etiam valuerint potestatem illas transferendi, eisdem cumulativè concessam; Rogando denique Illustrissimos Patres, ut perpendere dignentur dictam decisionem 89., in qua, licèt non ageretur de extendenda ad Bigamos facultate transferendi; nihilominùs, semel, atque iterùm, absque ullâ resolutione, discussâ Causâ, valdè dubitatum fuit, an facultas transferendi Pensiones indulta Dapiferis, comprehendere posset etiam uxoratos; & Domini de Rota, moti tamen ex diversis rationibus, nonnisi in tertia propositione steterunt in decisis, quoad tamen uxoratos cum unica, & virgine, nam respectu Bigamorum, de quibus in dicta Causa coram *Ninot*, actum non fuit, urgere diversum Juris impedimentum, agnovit, & professus fuit *Card.* etiam *de Luc. d. disc.78. num.12.*

Ad rem denique nostram non pertinent *Decisiones coram Celso la 356., & 395.*, ab *Addente* allegatæ, præcipuè pro confirmanda secunda sententiæ suæ ratione; quia in earum prima *num. 4.*, & in altera *num. 2.* referuntur, à nobis superiùs citatæ *decisiones la 12., & la 50. part.5.*, ad effectum nempè probandi, Principem Pamphilium, vigore præventivi Indulti, fuisse præservatum ab extinctione Pensionum, in quam incidisset ob bigamiam, ab ipso contractam; Quam præventivam præservationem ab extinctione Pensionis, quoad simplicem retentionis effectum, suffragari quoque potuisse Marchioni Alexandro, admittimus; At non etiam prodesse valuisse pro transferenda Pensione, licèt per bigamiam non extinctâ. Non est autem, cur loquamur de ceteris auctoritatibus, quia, ut illustrissimis Patribus patebit ex earum inspectione, longè aberrant ab hodiernæ quæstionis hypothesi.

Improperari fortè nobis poterit, quod plusquam rei ratio exposceret, immorati sumus in refellenda opinione dicti *Addentis*; Sed à sapientissimis Patribus nobis ignoscendum fore, speramus, quia id egimus, non ut Causæ, sed ut Parti adversæ satisfaceremus: Probè enim alioquin novimus, quod, cum Causa hæc versetur in supremo Tribunali, & quidèm collegialiter judicante, parvi faciendum sit dictum alicujus, & quidèm non magni nominis Doctoris, 130
cùm in similibus Tribunalibus, non Doctorum dicta, sed rationes, & rerum judicatarum auctoritas perpendantur, ut rectè admonent *clar.mem. Card. de Luc. de Usur. disc. 22. nu.2., & seqq., de Emphyt. disc. 3.num. 8., Torr. de pact. futur success. lib. 3. cap. 12. num. 337., & seqq., Sacra Rota decis. 501. num. 1. part. 1. divers., & in recent. decis. 163. num. 7. part. 7.*; Certiùs in casu nostro, quia pro adstruenda incapacitate transferendi Pensiones, respectu Bigamorum, tametsi privilegio Conclavistarum donati reperirentur, attulimus classicorum Beneficialistarum sententiam, & Sacræ Rotæ auctoritatem, à quibus id firmatur tùm ex Piana Constitutione, tum ex rationibus desumptis ab intrinseca natura, & essentia Pensionum, atque insuperabili impedimento bigamiæ.

Id unum modò superest, videlicet, ut enodemus nonnulla æquivoca, in postrema Causæ propositione à Parte adversa insinuata. Ajebat enim, quod prohibitio in Piana Constitutione realis sit, non autem personalis, ideòque Sanctus ille Pontifex prohibere solummodò intenderit actum ipsum translationis, non consideratâ qualitate, & conditione personæ, Pensionem transferentis; At respondemus, quod, si Pensionis 131
reservatio re ipsâ, suâpte nempe naturâ odio-

sa est, *Gomes. de regul. de infirmis quæst. 16.*, *Gigas. de Pension. quæst. 96.*, *Pirr. Corrad. in Prax. Benefic. lib. 5. cap. 5. num. 1.*, *Rot. coram Verall. decis. 303. num. 8. part. 2.*, ex ratione,
quod ob divisionem fructuum Beneficii adver-
132 setur Juris communis regulæ, præcipienti, nul-
lam in Beneficia cadere divisionem, ideòque
necesse fuerit interponi supremam auctorita-
tem, quâ dictæ regulæ rigor relaxaretur, *Tho-
massin. de Re Benefic. tom. 3. part. 3. lib. 2. cap. 29.
num. 9.*, *Van. Espen. in Jus Eccles. univ. tom. 2.
part. 2. tit. 28. cap. 1. fol. 977.*, *& seqq.*, ubi latè
de natura, & origine Pensionum, & meliùs
133 *cap. 2. fol. 982.*; Si magis odiosa est illius reten-
tio, impediens ejusdem extinctionem, cetero-
quin inducendam per mutationem status, *Rot.
in mox citata decis. 331. num. 5.*, *& seqq.*; Si
denique, ut pluriès dictum est, odiosissima est
illius translatio, prorogans servitutem Ecclesiæ,
maximumque irrogans præjudicium Titulari.
134 Profectò quantò majorem odii rationem hæc
habebunt, si accedat odium quoque personæ,
illa omnia concedendo nedum Laicis, sed uxo-
ratis quoque, immò etiam Bigamis. Quamob-
rem Sanctus Pontifex Pius, ut declaravit *§. 1.*
suæ Constitutionis, cùm providere voluerit,
nè deinceps optima quæque, quibus Ecclesia
summoperè indigebat, multitudo præriperet
Laicorum, ideòque communi Ecclesiæ saluti
consulendo, hanc eorum indomitam cupidita-
tem reprimendam esse, censuerit; ut perspici
potest *ex §. 1. & 2. dictæ Constitutionis*, am-
bigi certè nequit, quin respectu illorum indu-
xerit personalem incapacitatem quoad Biga-
mos, privilegio Conclavistarum minimè sub-
motam.

Malè enim exadverso asseritur, Sixtum V.,
derogando Pianæ Constitutioni, Conclavistas
bigamos reintegrasse ad facultatem transferen-
di Pensiones, ad id allegando *Paris. de resignat.
lib. 7. quæst. 7. num. 4. & 11.*; nalm palmaris est
error, & æquivocum, quo Pars Adversa lapsa
est, ut perspicuum fit ad memoriam revocando,
S. Pium dictâ suâ Constitutione *§. 2.*, cujus
verba retulimus *§. 19.*, permissâ Clericis dum-
taxat retentione Pensionum, facultatem,
tàm retinendi, quàm easdem transferendi non
solùm Bigamis, sed uxoratis cum unica, &
virgine, imò Laicis omnibus ademisse; Sixtus
autem V. generaliter non abrogavit hanc Pia-
135 nam Constitutionem, sed Clericos, in cœlibatu
viventes, capaces reddidit transferendi Pensio-
nes, & in hoc sensu de hac Sixti Constitutione,
per ipsum relata *la 32.*, loquitur *Parisius*; Ex
hoc autem, apertum redditur, vigore talis po-
sterioris Constitutionis Conclavistas uxoratos
cum unica, & virgine, minùs verò Bigamos,
donatos neutiquam fuisse privilegio transferen-
136 di Pensiones, quià de his nullibi dictus Pontifex
loquutus fuit; Et sanè si Conclavistæ bigami,
hac gratiâ impartiti dici potuissent, Paulus V.,
& ceteri Summi Pontifices ejus successores re-
strinxisse dicerentur privilegia, jàm jàm ipsis
elargita per Sixtum V., quando alioquin mo-
derando Pianam Constitutionem, verbis amplia-
tivis talia privilegia extendere professi fuerunt
ad uxoratos *cum unica, & virgine tantùm*, nullâ
unquam mentione factâ Bigamorum, qui, ut
pluriès dictum est, speciali, & difficillimâ di-
spensatione indigebant.

Pariterque non est, cur obtendatur, quod in *Constitutione 10. san. mem. Innocentii XII.* derogetur Pianæ Constitutinui, quia, ut legitur *§. 25. & 27.* ejusdem Constitutionis, non derogatur Constitutioni 73., sed alteri contrà illegitimos, ibi = *Ac Pii V. Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum contra illegitimos* = quæ postrema verba in dicta contraria responsione omissa fuerunt: Nil itaque mirum, quod in omnibus posteriorum Summorum Pontificum Indultis, nusquam loquendo de Bigamis, uxorati dumtaxat cum unica, & virgine declarati fuerint capaces assequendi, retinendi, ac transferendi Pensiones.

In plena Camera diei 11. Februarii anni 1726. repropositâ Causâ sub præinserto Dubio, nullâque iterum ob suffragiorum paritatem captâ resolutione, Illmi Patres præcedenti Rescripto = Non liquet = *juxta stylum addiderunt* = Et accedat votum DD. Cameralium =.

In eadem Causa.

Ex privilegio Conclavistarum Pensiones à Bigamo transferri non posse, quamvis antea donatus, jam fuisset indulto obtinendi, ac retinendi Pensiones in statu etiam bigamiæ, rursus ostenditur.

SEQUITUR EADEM DISCEPTATIO.

136 *Pensionis translatio, ut valeat, docendum est à translatario de legitima transferendi facultate.*

137 *A facultate retinendi Pensionem colligi nequit facultas transferendi.*

138 *Privilegia Conclavistarum tribuunt facultatem transferendi Pensiones uxoratis cum unica, & virgine.*

139 *Indultum præcedens retinendi Pensiones in in statu bigamiæ, & alterum subsequens datum Conclavistis uxoratis cum unica, & virgine transferendi easdem Pensiones, conjungi nequeunt, ut Bigamus Pensiones transferre possit*, & num. 143. & 178.

140 *Medium inhobile, per quod transeundum est, impedit, ne conjungantur extrema, alioquin habilia.*

141 *Indulta extendi non debent ultra suos limites, præsertim in alterius damnum*, & n. 191. & 212.

142 *Duo indulta, per unicum libellum, uno & eodem contextu expressa, alterum retinendi Pensiones in statu conjugali, & alterum transferendi, nullâ factâ mentione status conjugalis, non tribuunt uxorato facultatem transferendi.*

144 *Pen-*

144 *Pensionis translatio est odiosissima, & contra Pensionis naturam.*

145 *Et strictissimè intelligenda facultas eam transferendi.*

146 *Atque hæc facultas, utpotè difficillimè concedi solita, expressam mentionem requirit*, & num. 149. 171. & 195.

147 *Facultas transferendi Pensionem non est illi accessoria, sed extrinseca*, & num. 181.

148 *In odiosis, quidquid est omissum, consultò omissum censetur.*

150 *Bigamiæ labes Sacris Canonibus exosa*, & num. 196.

151 *Bigami omnibus Clericorum privilegiis carent*, & num. 166. & 215.

152 *Bigami arcentur etiam ab illis ministeriis, ad quæ uxorati cum unica, & virgine quandoque admittuntur.*

153 *Bigamiæ labes Baptismo non eluitur.*

154 *Privilegia Conclavistis, alisque personis laicis uxoratis, vel Bigamis concessa quoad largitiones rerum ecclesiasticarum, abrogavit S. Pius V.*

155 *Ac præsertim facultatem obtinendi, retinendi, ac transferendi Ecclesiasticas Pensiones.*

156 *Lex non abrogata, firma esse debet.*

157 *Præsertim, si agatur de lege latâ pro communi Ecclesiæ salute, & munita clausulis* sublatâ, & decreto irritanti.

158 *Conclavistas laicos, & uxoratos Sixtus V. & Clemens VIII. Pianæ Constitutioni obnoxios reliquerunt.*

159 *Conclavistis uxoratis cum unica, & virgine, non autem Bigamis Paulus V. restituit facultatem obtinendi, retinendi, ac transferendi Pensiones.*

160 *Bigami egent speciali mentione, ut comprehendantur sub Indulto retinendi, ac transferendi Pensiones.*

161 *Indultum concedens uxoratis* cum unica tamen, & virgine, *Bigamos excludit.*

162 *Dictio* = tamen = *ita aliquid comprehendit ut omne aliud excludat.*

163 *Indulta retinendi, ac transferendi Pensiones à Successoribus Pauli V. restricta fuerunt ad uxoratos* cum unica, & virgine, & num. 165., 167., 230., 236., & 242.

164 *Dictio* = tantùm = *includit expressa, & reliqua excludit.*

168 *Bigami, qui non gaudent privilegiis Conclavistarum pro retinendis Pensionibus, multò minùs gaudere debent pro iis transferendis.*

169 *Facultas retinendi Pensiones minùs odiosa est facultate transferendi.*

170 *Clerici etiam cælibes à Piana Constitutione exuti fuerunt facultate transferendi Pensiones.*

172 *Insolita concedi, & ardua, Papa, cogitasse non præsumitur.*

173 *Facultas transferendi Pensiones supponit legitimam earum assecutionem, & retentionem*, & num. 180.

174 *Et ampliativè concessa dicitur personis jam habilibus ad retinendas Pensiones.*

175 *Verba* = & insuper Conclavistis præfatis = *referenda sunt ad Conclavistas antea nominatos*, & num. 234.

176 *Dictio* = & = *repetitionem inducit.*

177 *Dictio* = insuper = *continuat sequentia cum præcedentibus, retentis iisdem terminis.*

179 *Facultas transferendi Pensiones metienda est ob habilitate transferentis, & potestate, illi tributa*, & num. 182.

183 *Facultate transferendi Pensiones non gaudet, qui non docet, omnia obstacula transferendi per dispensationem sublata fuisse.*

184 *Tot requiruntur dispensationes, quot sunt impedimenta*, & num. 213.

185 *Dispensatio à bigamia, pro retinenda Pensione, non prodest quoad alios Juris effectus*, & nu. 206., 210., & 217.

186 *Privilegia Conclavistarum non prosunt Bigamis pro novis adquirendis Pensionibus.*

187 *Privilegia Conclavistarum non tollunt personalia impedimenta, de quibus non disponunt.*

188 *Privilegia Conclavistarum testandi de reditibus ecclesiasticis non prosunt personæ, aliàs ad testandum inhabili.*

189 *Dispensatio ad unum effectum non prodest quoad alium*, & num. 211., & 222.

190 *Dispensatio ab irregularitate, contractâ ex bigamia, specialem mentionem requirit.*

192 *Privilegia Conclavistarum pro obtinendis Pensionibus non prosunt Bigamo, etiamsi antea obtinuerit præventivum indultum retinendi Pensiones, etiam in statu bigamiæ*, & num. 224.

193 *Nec etiam prosunt pro transferendis Pensionibus*, & num. 224.

194 *Dispensatio à bigamia quoad omnes Juris effectus concedi non solet*, & num. 205.

197 *Facultas transferendi Pensiones, justâ ex caussa quandoque concedi solet Laicis uxoratis cum unica, & virgine.*

198 *Bigamis vix, ac rarò indulgetur Pensionis retentio, ac longè difficiliùs translatio.*

199 *Dispensatio à futura bigamiæ labe quoad effectum transferendi Pensiones, nonnisi Nepotibus, & Consanguineis Summi Pontificis, aut Magnatibus concedi solet.*

200 *Indultum retinendi Pensiones, in statu etiam bigamiæ, expediri solet per organum Datariæ.*

201 *Indultum verò transferendi Pensiones in statu Bigamiæ expediri solet per organum Secretariæ Brevium secretorum.*

202 *Et quomodo expediri soleat?*

203 *Gratiarum qualitas dignoscitur ex modo, quo illæ concedi solent.*

204 *Officialibus Datariæ, de ejus praxi testantibus, deferendum est.*

207 *Indultum præventivum retinendi Pensiones in statu bigamiæ vera est dispensatio.*

208 *Dispensatio antecedens præservat, subsequens tollit.*

209 Bi-

209 *Bigamus dispensatus à bigamia, gaudet privilegiis Clericorum ad illos tantùm effectus, ad quos est dispensatus*, & num. 219.

214 *Indulta, quæ conceduntur Nepotibus, & Consanguineis Summorum Pontificum, eximia, & insignia esse consueverunt.*

216 *Bigamia impedit solum effectum Clericatus, non autem tollit ejus characterem.*

218 *Ut quis dicatur persona ecclesiastica, satis est, quod gaudeat aliquo privilegio Clericorum.*

220 *Dispensatus à gestatione habitus clericalis pro retinenda Pensione, non censetur dispensatus, ut Clericum bigamum agat, & nullum Ecclesiæ servitium exhibeat.*

221 *Dispensatio à bigamia, sivè præcedat, sivè subsequatur, semper odiosa est.*

225 *Ordo militaris S. Mauritii, & Lazari permittit dumtaxat Matrimonium cum unica, & virgine.*

226 *Dispensatus à bigamia pro retinenda Pensione, si profiteatur in Ordine militari, in quo permittitur Matrimonium cum unica, & virgine, non potest in eo Ordine Pensionem retinere, Matrimonio cum vidua contracto.*

227 *Privilegia Conclavistarum, nec etiam ob rationem meritorum extendi possunt ad Bigamos.*

228 *Dispensationes non extendantur ob eandem, vel majorem rationem.*

229 *Eximia Laicorum merita tueri nequeunt antiquas eorum facultates, & privilegia retinendi, & transferendi Pensiones.*

231 *Privilegia Conclavistarum de transferendis Pensionibus prodesse Bigamo, jam antea peculiare Indultum pro retinendis Pensionibus nacto, an senserit* Card. de Luca? & n. 237.

232 *Diversa sunt Conclevistarum, ac Dapiferorum privilegia.*

233 *Etiam quoad facultatem retinendi, ac transferendi Pensiones.*

235 *Privilegia Dapiferorum transferendi Pensiones an extendantur ad Bigamos?*

238 *Privilegia Cubiculariorum, ac Conclavistarum diversa sunt quoad retinendas, vel transferendas Pensiones.*

239 *Privilegia Cubiculariorum pro transferendis Pensionibus non prosunt uxorato, licèt antè Matrimonium effectus fuerit Miles Lauretanus, atque ideò capax retinendi Pensiones in statu conjugii.*

240 *Miles Ordinis S. Stephani retinere potest Pensiones etiam bigamus.*

241 *Privilegia Cubiculariorum longè ampliora sunt illis Conclavistarum.*

DUabus sententiis, alterâ videlicet in prima instantia ab Illustrissimo Thesaurario; alterâ verò in secunda instantia editis ab Eminentissimo D. Cardinali Joanne Baptista de Alteriis, tunc supremi istius Tribunalis Decano, Eminentissimus D. Cardinalis Oliverius absolutus fuit à solutione terminorum tùm decursorum, & non solutorum, tùm deinceps decurrendorum integræ Pensionis, à bon. mem. Marchione Alexandro Capponi nulliter translatæ favore D. Marchionis Francisci Petri Mariæ ejus filii, & Eminentissimi D. Principalis Adversarii: at per appellationem ab isto interpositam, commissa Causâ Illustrissimo D. Ponenti, eàque die 4. mensis Decembris anni 1724. propositâ sub consueto Dubio = *An Sententia Eminentissimi de Alteriis esset confirmanda, vel infirmanda?* =, responsum fuit = *Quoad medietatem ducatorum 175. non liquet, in reliquis Sententiam esse confirmandam* =; quapropter die 26. mensis februarii sequentis anni revocatâ Causâ ad examen quoad medietatem illam, de qua dictum fuerat = *Non liquet* =, Illustrissimi Patres rescripserunt = *Sententiam Eminentissimi de Alteriis quoad medietatem ducatorum 175. esse infirmandam* =.

Beneficio novæ audientiæ ad novum examen redeunte Causâ, die 4. mensis Julii dicti anni 1725., ob suffragiorum paritatem, iterùm rescriptum fuit, = *Non liquet*, =, ut etiam die 11. mensis Februarii currentis anni, reproposito eodem Dubio, nullàque ob similem suffragiorum paritatem captâ resolutione, Illustrissimi Patres Rescripto = *Non liquet* = addiderunt = *Et accedat votum DD. Cameralium* =, quibus ad Causæ examen hodiè ascitis, respondendum fore confidimus, prævio recessu ab ultimo loco decisis = *Sententiam Eminentissimi de Alteriis quoad dictam medietatem ducatorum 175. esse confirmandam* =, innixi validitate, & justitiâ duarum sententiarum conformium, quæ, ut diximus, latæ fuerunt favore Eminentissimi Principalis, quæque perspicuam reddunt injustitiam postremæ contrariæ resolutionis, prævalidis sanè rationibus antea jam demonstratam. In hodiernis autem scriptis, eâ majori, quâ valebimus, brevitate indicando, & nos referendo ad copiosè in illis deducta, pauca quædam superaddemus, quibus re meliùs enucleatâ, contraria argumenta, & ratiocinationes penitùs explodantur.

Itaque Marchio Alexander, licèt vigore Indulti, eidem impartiti à Ven. Servo Dei Innocentio XI., retinere justè posset in statu conjugali, & bigamo dictam Pensionem ducatorum 175., attamen per ejus obitum eadem il-
licò extinguenda erat, nec per ejusdem transla- 136
tionem prorogata censeri poterat favore D. Ad-
versarii, nisi ab eo doceatur, Transferentem
legitimâ facultate donatum fuisse, quâ defi-
ciente, subsequuta translatio, tamquàm irrita,
& invalida impedire nequivit ejusdem extin-
ctionem; cumque hæc tributa dici non possit,
ex dicto Innocentiano Indulto permittente so- 137
lummodò retentionem Pensionis in statu biga-
miæ, eò quod à facultate retinendi argui nequeat ad facultatem transferendi Pensionem, aliundè idcircò, & quidem concludentibus probationibus, de ea docendum est à Translatario, intentionem suam fundante in dictæ translationis validitate.

Fru-

Frustrà verò facultas isthæc transferendi desumi contenditur ex eo, quod Marchio Alexander, valide alioquin retinens dictam Pensionem, tamquàm unus ex Conclavistis in Conclavibus ipsius Innocentii XI., Alexandri VIII., Innocentii XII., & Clementis XI., illius medietatem transferre valuerit in D. Ad-
138 versarium ejus filium, vigore Privilegiorum Conclavistarum, hanc facultatem eisdem tribuentium: Eadem enim, licèt de Bigamis non loquantur, sed comprehendant quidem Uxoratos, modò tamen Matrimonium contraxerint cum unica, & virgine: attamen Marchio Alexander, vigore Indulti Innocentiani, sublato impedimento bigamiæ, validè alioquin retinens controversam Pensionem, virtute alterius Indulti, per ipsum deindè, tamquàm Conclavistam, quæsiti ex alio diverso jure, ex dicto videlicet superveniente privilegio Conclavistarum, capax fieri potuerit transferendi Pensionem, valide ab ipso retentam, conjungendo hæc duo Indulta, sivè privilegia, & ex hac conjunctione assequendo id, quod ex eorum neutro ipsi competebat.

Profectò ipso primo oculorum conjectu, ejusmodi argumentandi ratio insubsistens prorsùs dignoscetur, si animadvertatur, quod, dum neutrum ex dictis Indultis, bigamiæ impedimentum penitùs, & quoad omnes Juris effectus sustulit, ideòque eadem, seorsim sumpta, insufficientia proculdubio erant ad facultatem
139 transferendi Pensiones Bigamis tribuendam, nullo certè pacto effici poterit, ut ad effectum, de quo agitur, conjungantur; Minimè namque submoto impedimento bigamiæ, & sic manente adhuc medio inhabili, extrema quoque remanent inhabilia ad hoc, ut conjungi possint, *Tusch. practic. conclus. lit.E. conclus.604. n.4.*,
140 *Thabor. axiom. Jur. lib. 5. cap. 50. axiom. 8.*, dicens *ex Castrens. cons.422. num.3. lib.1.*, medium inhabile, per quod transeundum est, impedire, extrema, tametsi alioquin habilia, posse conjungi: nemo quippè non videt, per absurdum certè esse, quod ex conjunctione duorum Indultorum, quorum nullo Summi Pontifices declararunt concedere velle Bigamo extraordinariam, & odiosam hanc facultatem transferendi Pensiones, produci valeat translationis effectus, in illorum concessione nec volitus, immò nec à Concedente cogitatus.

141 Utrumque idcircò Indultum (præsertim, quando non agitur de illo interpretando in præjudicium solius Concedentis, sed Tertii) intelligendum est intrà suos limites, quos, absque novâ gratiâ, prætergredi non licet, ut traditur per *Tondut. de Pension. cap. 28. num. 41.*, *Cyrill. Episcop. Neocastrens. quæstion. Jur. cap.70. num.6., & seq.*, *D. Advoc. Piton. Discept. Eccles. discept.30. num.6., & seq.*, & rectè per *Rot. coram Emerix jun. decis.516., & 543.*, in
142 quarum hypothesi agebatur de Indultario, qui unicum libellum, & uno, eodemque contextu obtinuerat duplex Indultum, alterum videlicet pro retinenda Pensione in statu quoque conjugali, & alterum pro eadem transferenda in quoscumque Clericos, quocumque consanguinitatis, vel affinitatis gradu conjunctos: verum, quia in hoc secundo Indulto omissa fuerat mentio status conjugalis, expressi in alio, *censuit Sacra Rota*, dicta duo Indulta, tametsi contemporanea, & sub unico simplici libello petita, & ab uno, eodemque Summo Pontifice concessa, conjungi non posse pro facienda translatione Pensionis in statu conjugali, licèt in tali statu eadem jam validè retineretur.
Multò itaque potiori jure, in nostro casu, in 143
quo non agitur de contemporaneis Indultis, ab eodem Pontifice, sed diverso tempore, & à diversis Summis Pontificibus concessis, dicendum erit, quod, licèt vigore Indulti Innocentiani à Marchione Alexandro Pensio validè retineretur in statu bigamiæ, attamen ab eodem transferri nequiverit vigore Privilegii Conclavistarum, deinde quæsiti, quod, utpotè nullibi loquens de Bigamis, relinquebat eosdem obnoxios tùm censuræ Juris, tùm dispositioni aliarum Pontificiarum Constitutionum, Pensionum translationem absolutè prohibentium, ideòque figuratam, ac imaginariam hanc Indultorum conjunctionem impedientium; præsertim verò, quando vigore istiusmodi conjunctionis hanc facultatem sibi arrogat Bigamus, cui tantoperè Sacri Canones resistunt.

Et rem ordiendo à dispositione Juris, transla- 144
tionem Pensionis *esse odiosissimam*, *fatentur omnes*, *cùm nec sit de jure, nec de ipsius Pensionis natura, quinimmò contra naturam; quandoquidem Pensio reservatur ad tempus, & sic extinguitur morte Pensionarii; translatio verò cùm sit obligatio eamdem solvendi de una ad aliam personam, operatur perpetuitatem Pensionis post mortem Pensionarii, atque ità servitutem Beneficiis impositam, quodammodò perpetuam efficit: præsertim, quia qui habent potestatem transferendi, possunt eam transferre, non modò in unum, sed etiam in plures* =, ut benè *apud Van. Espen. in Jus Eccles. univers. tom.2. cap.9. tit. 28. num.6.*
fol.1004.; proptereàque talis facultas transfe- 145
rendi non solum intelligenda semper est strictissimâ illâ interpretatione, quam efflagitat natura rei odiosissimæ, sed eadem, utpotè dif-
ficillimè concedi solita, specialem, & expres- 146
sam mentionem requirit, ut concessa dici possit, cum non sit quid intrinsecum, sed extrinsecum, & contrà naturam ipsius Pensionis, *Spad. cons.74. vers. primo quia iste lib.3.*, *Parif. de Resign. lib.6. quæst. 4. num. 29.*, ibi = *Quia fa-*
cultas transferendi non est quid accessorium ad 147
Pensionem, sed est quid extrinsecum, nec est de esse, & natura Pensionis, ideò erat speciali notâ digna =, idque confirmat *num.31.*, *Gratian. discept.296. num.67.*, *bon.mem. R.P.D. Fattinell. de Translation. Pension. cap. 14. num. 2.*, *Capon. discept. 10. num. 35. tom. 1.*, *Tartagl. quæstion. commun. Pension. post tract. de Reservat. Statut. §.2. num. 55., & num. 254.*, *Rotæ coram Verall. decis.303. num.11., & seqq., & decis.319. part.2., & part.3, decis.99. num.2.*, ibi = *Et ratio*

tio est, quia facultas transferendi non est quid ac-
cessorium ad Pensionem, sed est quid extrinsecum,
nec est de esse, & natura Pensionis, ideò erat di-
gna speciali notá, = *& decis. 100. num. 7., &*
seq., & in recent. decis. 287. num. 10., & seqq.
part. 18., ideòque, si deficiat specialis hæc
mentio, & expressa concessio facultatis, seù
548 privilegii transferendi, fit locus regulæ, quâ
traditur, quod in odiosis quidquid est omissum,
habetur pro consulto omissò, atque denegato,
Gratian. discept. 551. num.33., & seqq., Tou-
dut. de Pension. cap.31.num.32., & seqq., Card.
de Luc. eod. tract. disc. 58. num. 9., Adden. ad
Pamphil. decis.719. num.14., Rota cor. Verall.
decis. 303. num.3., & seqq., & num.15. part.2.
decis.99., & decis.100. per tot. part.3., in re-
cent. decis. 143. num.1. in fin. part.2., cor. Eme-
rix. jun. decis.516. num.3., & seqq., & dec.671.
num.3., & seqq.

At verò, si Jura nostra adeò abhorrent tran-
slationem Pensionis, ut, nisi speciali, & expres-
so privilegio concessa reperiatur, eidem locus
149 esse nequeat; quantò potiori jure hac speciali,
individuàque concessione egebit Bigamus, cui,
præter naturam rei odiosæ, & à Jure impro-
batæ, resistit personalis deformitas, & irregula-
150 ritas contracta ex làbe bigamiæ, tantoperè Sacris
Canonibus exosæ, ut ob ejuscemodi labis tur-
pitudinem, nedum secernantur ab uxoratis *cum*
unica, & virgine, aliquas retinentibus reliquias
privilegiorum clericalium; sed à clericali Or-
dine penitùs dejecti, omnibusque illius pri-
vilegiis denudati, in Laicorum statum detru-
551 dantur ex Decreto Concilii Lugdunensis sub
Gregorio X. relato *in cap. Unico de Bigamis in 6.*,
quod loquitur his verbis = *Bigamos omni pri-*
vilegio clericali declaramus esse nudatos, &
coercitioni Fori secularis addictos, consuetudine
contrariâ non obstante: ipsis quoque sub anathe-
mate prohibemus deferre Tonsuram, vel habitum
clericalem = ut etiam Sacram quoque Triden-
tinam Synodum *sess.23. de Reformat. cap.17.*,
Bigamos abominatam fuisse, benè notarunt
Thomasin. de Re Benefic. tom. 2. lib. 1. cap. 83.
num.3. vers. ut ergo, Van. Espen. in Jus Eccles.
univ. tom.1. part.1. tit.10. cap.2. num.24. vers.,
Neque hodierna, ubi ait, Bigamos non solùm
orbari privilegiis omnibus clericalibus, sed
arceri ab illis etiam ministeriis, ad quæ Laici,
552 quamvis uxorati cum unica, & virgine, quan-
doque admittuntur.

Quonam igitur pacto bigamiæ macula, quæ,
veluti quodammodò indelebilis, neque etiam
553 Sacri Baptismatis lavacro elui posse, dicitur,
deleta censeri poterit privilegiis Conclavista-
rum, quæ tantum abest illam sustulisse, ut
potiùs talia privilegia per Pontificias Constitu-
tiones vel fuerint abrogata, vel Bigami effecti
prorsus inhabiles ad eadem assequènda. Utque
id demonstremus, satis est, ad Illustrissimorum
Patrum memoriam revocare solemnem San-
ctissimi Pontificis Pii V. Constitutionem *inter*
ejus impressas la 73. Bullar. nov. tom.2., quâ San-
ctus ille Pontifex collacrymans ecclesiastico-
rum redituum abusum, ac profusionem, & im-
moderatas extrà Ordinem ecclesiasticum de 554
rebus dominicis largitiones, quæ suis tempori-
bus fiebant ob amplissima, atque effusissima
privilegia, quibus plures Militares Ordines,
diversarum personarum Collegia, necnon
etiam *Conclavistæ*, tametsi laici, & nedum
uxorati, sed etiam bigami essent, impartiti
passim reperiebantur; ejuscemodi propterea
privilegiis generaliter infirmatis, rem ad Juris
regulas, & ad Sacrorum Canonum disciplinam
restituit, verbis, & sententiis, Sancto, tantoque
Pontifice dignis, quæ jam alibi retulimus.

At verò, si, ut Sanctus ille Pontifex præfatur
in sua Constitutione, Legem hanc condidit pro
communi Bono Ecclesiæ, professusque fuit,
Lege haud quidem novâ, sed conformi Sacro-
rum Canonum dispositioni, ac ecclesiasticæ
disciplinæ, prohibere velle, nè multitudo Lai-
corum præriperet optima quæque, quibus Ec-
clesia summoperè indigebat, ideoque hâc in-
domitâ cupiditate repressâ, ut de communi
Ecclesiæ salute consuleret, universalitèr Laicos
omnes, & uxoratos, multò verò magis Biga-
mos incapaces declaravit nedum transferendi,
sed ecclesiasticas Pensiones assequendi, ac reti- 155
nendi, nominatim abolitis privilegiis *Concla-*
vistarum, ejuscemodi profectò lex, adeò salu-
bris, utilis, rectæque disciplinæ, ac Canonicis
Sanctionibus consentanea, sanctè quoque, &,
donec exadverso afferatur alia posterior lex,
quà prior expressè abrogata fuerit, vel nova 156
aliqua indigitetur Constitutio, cum illa omninò
incompatibilis, immota, firma, atque incorrecta
manere debet = *quod enim non mutatur, quarè*
stare prohibetur =? ut rescripsit Imperator Justi-
nianus *in leg. Sancimus 27. Cod. Testament.*,
quippè quidquid novâ Lege speciliter non fuit
expressum, *Id veterum Legum, Constitutionum-*
que regulis omne relictum intelligunt, cum aliis
apud *Thabor. axiomat. Jur. l.3. cap.98. axiom.10.*

Idque potiori jure locum obtinet in casu no-
stro, quia agitur de Constitutione, quà, ut di-
ctum est, Summus Pontifex communi Ecclesiæ
saluti, atque incolumitati perpetuò consulere 157
velle declarans, eandem nedum munivit clau-
sulâ *sublata, ac Decreto irritante*, quibus, juxta
vulgatas regulas Judicibus adimitur potestas
omnis aliter judicandi, aut interpretatione ullâ
contrariâ menti Sancti Legislatoris, & verbis,
ac sententiæ saluberrimæ Legis, eandem inter-
vertendi: verùm successores etiam suos horta-
tus, ne potestate, quâ pollebant, ab illa disce-
derent, eosdem sapientèr, graviterque admo-
nuit, aiendo = *Volumus autem similium privile-*
giorum, dispensationum, facultatem, & Indul-
torum concessionem nostris explodi temporibus, &
quod nobis licere non patimur, nostris successori-
bus indicamus =.

Monitum hoc, & vota dicti Sancti Pontifi-
cis obsecundarunt plures illius Successores, vi-
delicet tùm Sixtus V. in Indulto ab eo concesso
suis Conclavistis, tùm etiam Clemens VIII.,
cujus Indultum habetur *Bullar. nov. tom.3. inter*
ejus

ejus Constitutione la 16.; Uterque enim Con-
158 elavistas omnes laicos, ac uxoratos Pianæ Con-
stitutionis censuræ obnoxios reliquit, &, nonnisi
Paulus V., unus, & primus omnium, mode-
raudo ex parte Pianam Constitutionem, privi-
legii aliquid Conelavistis restituit, *ut ex ejus*
Constitutione in ordine la 3. Bullar. nov. tom. 3.;
Veruntamen, licet in ea declaraverit, quod
159 illi Pensiones imposterum assequi, & retinere,
ac in alios transferre possent, tametsi Matri-
monium contraxisse reperirentur, nihilominùs
tamen præfatus Summus Pontifex in hac sua
160 Constitutione comprehendere certè noluit Bi-
gamos, tùm quia nusquam de illis in eadem
loquutus fuit, licèt speciali mentione, ac di-
spensatione, seu veriùs exorbitanti privilegio
indigerent, *ad tradita per Rotam coram bon.*
mem. Ansaldo decis. 20. num. 27. & seqq., verùm,
quod magis est, apertè eosdem exclusisse vi-
detur, dum uxoratos tanto privilegio donavit
161 non quidem absolutè, sed dummodò Matri-
monium contraxisse reperirentur *cum unica*
tamen, & virgine, dictio namque illa *tamen*
adeò restrictiva, atque adversativa est, ut unum
casum separando, ac distinguendo ab alio, & in-
162 cludendo id dumtaxat, quod terminat, omne
aliud excludat, *Barbos. de diction. usufreq. diction.*
401., *Rota coram Emerix. Jun. decis. 403. n. 12.*
Pauli V. exemplo successores ejus insistentes,
permiserunt quidem, Conclavistas gaudere pri-
163 vilegio, quo ab illo donati fuerunt; At tantùm
abest, illa ampliasse, ut potiùs magis apertè de-
clarasse videantur, eadem intelligenda, inter-
pretandaque esse cum ea restrictione, cum qua
concessa fuerant à præfato Summo Pontifice;
nam, quoties cum Conclavistis uxoratis dispen-
sarunt vel quoad retentionem, & translatio-
nem Pensionum, vel quoad non gestationem
habitus, & Tonsuræ Clericalis, *taxativè* loquuti
semper fuerunt de uxoratis *cum unica, & vir-*
gine: quinimmò qualitatem hanc, à Paulo V.
designatam cum dictione adversativa *tamen*,
præscripserunt, atque efflagitarunt cum dictio-
ne taxativa *tantùm*, ut patet ex Indultis *Vener.*
Servi Dei Innocentii XI., & Alexandri VIII.
& legitur in privilegio, à san. mem. Innocen-
tio XII. Conclavistarum favore edito, quodque
refertur in ejus *Bullar. Constit. 10. num. 11. &*
seqq., quibus absimile non est illud san. mem.
Clementis XI.; Certi autem Juris est, quod
164 dictio illa *tantùm*, veluti suâpte naturâ restri-
ctiva, taxativa, atque exceptiva, includit
solummodò expressa, & reliqua omnia exclu-
dit, cum rejectione cujuscumque extensionis
ad non expressa, per *Text. in leg. Qui alienæ ff. de*
negot. gest., *Abb. in cap. Cum Ecclesia Sutrina*
num. 9. de caus. possess. & proprietat., *Barbos.*
diction. 402. n. 2. & seqq., *Ciarlin. lib. 2. cap. 159.*
n. 10., *Rot. in Recent. decis. 256. num. 2. par. 16.*,
coram Emerix Jun. decis. 788. n. 3., *coram bon.*
mem. Ansalda decis. 57. num. 7., & latiùs proba-
tum fuit *in dicto postremo Restrictu §. 23. & seq.*
Quod igitur attinet privilegia Conclavista-
rum, cum illa (respectu præsertim Bigamo-
rum) abolita fuerint Pianâ Constitutione, ut
patet ex ejus litera, & notarunt *Flavius Che-*
rubin. ad d. Constit. la 73. tom. 2. fol. 56., *aliique*
mox referendi, dictaque Constitutio abrogata, 165
prorsusque sublata minimè extiterit ullâ aliâ po-
steriori Constitutione, quâ Bigamis commu-
nicata fuerint cuncta Conclavistarum privilegia;
indè fit, quod Bigami ab eis juxta Pianam
Constitutionem exclusi remanserunt, ac proin-
dè Marchio Alexander, tamquam bigamiæ
labe infectus, nullo pacto consequi valuit pe-
culiarem illam, & extraordinariam facultatem
transferendi Pensiones, quâ Summi Pontifices
moderando dictam priorem Constitutionem,
potiri deindè posse voluerunt Conclavistas, non
aliter uxoratos, quàm *cum unica, & virgine*
tantùm. Quapropter, cum habeamus Legem
undique claram, ac literaliter arcentem Biga-
mos à consecutione, retentione, ac translatio-
ne Pensionum Ecclesiasticarum, cui successores
Pontifices in hac parte, respiciente Bigamos, non
solùm non derogarunt, sed adhæserunt, eam-
que amplexi, & secuti fuerunt, rectè Doctores,
& Sacra Rota, ita interpretando mentem Sum-
morum Pontificum, concedentium privilegia
Conclavistarum, eisdem Bigamos, de quibus
non loquuntur, juvari minimè posse, statuerunt,
juxtà ea, quæ tradunt *Paris. de Resignat. lib. 7.*
num. 4. & seqq., referens, ita judicatum fuisse per
Sacram Rotam, *Garz. de Benefic. part. 1. cap. 5.*
num. 153., *Lotter. de Re Benefic. lib. 1. quæst. 40.*
nu. 205. & plurib. seqq., *Pirr. Corrad. in prax.*
benefic. lib. 5. cap. 5. num. 14. versic. Nec non
milites, & in prax. dispensat. lib. 2. cap. 7. n. 23.,
bon. mem. R. P. D. Fattinell. de translat. Pen-
sion. cap. 1. num. 14., & cap. 2. num. 25.; Et de-
nique tamquam res non dubia, sed exploratis-
simi Juris, ita supposita, atque decisa fuit per
Sacram Rotam decis. 485. num. 6. part. 4. tom. 1.
Recentior., ibi = *Non obstat privilegium Con-*
clavistarum, quia de Bigamis non loquitur, &
ideo non potest Jacobo suffragari =.

Notâ autem dignum est, quod dicta Decisio
edita *anno 1617.*, vivente nimirùm adhùc Pau-
lo V., loquitur de privilegio transferendi Pen-
siones, à Clemente VIII. concesso Conclavistis,
quod, licèt conceptum similitèr esset generalibus
illis, & indefinitis verbis, quibus Paulus V. *an-*
no 1605. moderando ex parte Pianam Consti-
tutionem, privilegia, quorum meminimus,
jam restituerat Conclavistis; nihilominùs tamen
nullo numero habitâ simili verborum generali-
tate, censuit Sacra Rota, tale privilegium, ad
effectum translationis Pensionis nullo pacto suf-
fragari posse Conclavistis bigamis, quia de illis
non loquebatur; ita agnoscendo, atque, veluti
rem non dubiam, supponendo, quod, cum Piana
Constitutio non penitùs abrogata, sed illius
tantùm parti derogatum esset, necessariò requi-
reretur specialis, & expressa dispensatio, nomi-
natim tollens incapacitatem, & impedimen-
tum, ab illa opositum Bigamis: quamobrem
jure, meritòque, quod attinet præsentem contro-
versiam, dictam Decisionem specialem dixit *clar.*

mem. Card. de Luc. de Pension. dicto disc. 78. num.12.

Quamquam verò sive spectemus rem ipsam, translationem nempè Pensionis, ob sui odium universis Juris nostri regulis contrariam; sive intueamur bigamiæ deformitatem, insigentem
166 personalem incapacitatem, quà Bigami arcentur à prærogativa, & privilegio omni Clericali, iidem consequenter inhabiles omninò sint ad consequenda privilegia adquirendi, retinendi, ac transferendi Pensiones; & hæc demùm deformitas, atque incapacitas agnita quoque fuerit, atque improbata à Doctoribus, & Tribunalibus: frustrà Pars adversa, vim faciendo literæ, ac germano sensui, & menti privilegiorum, quibus Conclavistæ impartiti fuerunt, eadem Bigamis etiam prodesse posse, contendit.

Insinuare enim conatur, rectè dici, quod privilegia Conclavistarum in ea parte, qua, verbis & oratione taxativâ, conjugatis *cum unica tantùm, & virgine* tribuitur capacitas assequendi, & retinendi Pensiones, Bigamos reliquerint sub veteris Juris censurâ: at aliam Juris rationem, interpretationemque sequendam esse respectu facultatis eas transferendi, quà per caput omninò separatum Conclavistæ omnes generalitèr, & indefinitè donantur; ibi enim, cum illa, non adhibitis ampliùs verbis taxativis, nullâque ampliùs ibidem factâ repetitione, & mentione aut conjugatorum *cum unica tantùm, & virgine*, aut *Bigamorum*, indistinctè Conclavistis omnibus tribuatur, inde fiat, quod talis facultas, veluti generalibus verbis concepta, æquè omnibus concessa censenda sit, minimè exclusis Bigamis, veluti sub dictâ generalium verborum amplitudine comprehensis, dummodò ex valido titulo Pensionem aliquam retinere reperiantur, quasi nimirùm Summi Pontifices respexisse censendi sint solùm factum validæ retentionis, ut indefinitè Conclavistis omnibus permittere voluisse, dicantur, liberam Pensionis, legittimè retentæ, translationem.

Nec sinè justâ ratione factum, ajebant, quod Bigami etiam privilegio hoc, licèt eximio, & extraordinario, ut ceteri Conclavistæ, participes effecti fuerint, quippè ipsi, non minùs, ac alii, socii laborum susceptorum in Conclavi, consequi idcircò debeant præmia, ac privilegia, quæ talium laborum contemplatione generalitèr Conclavistis omnibus rependuntur.

Quæ profectò rationes multò magis valere dicebantur in nostra hypotesi, quia non agitur de dispensatione concessa Bigamo post bigamiam jam contractam, ideoque interpretanda rigidioribus illis regulis, sub quibus cadunt dispensationes, quæ, utpotè odiosæ, ac contrariæ Juri, strictè semper intelligendæ sunt, rejectâ quacumque extensione, sed præfatus Dominus Marchio, antequam bigamiæ labe inficeretur, præventivo Indulto effectus fuerat capax retinendi controversam Pensionem, ideoque hujusmodi præambulâ præservatione, impedito incursu bigamiæ, reputandus erat, perinde ac si tali personali maculâ contaminatus nunquam fuisset, & consequenter, ut alii omnes Conclavistæ, frui poterat privilegio transferendi Pensiones, generaliter eisdem elargito.

His denique addendo, nos carere punctualibus auctoritatibus; contrà verò Domini contrarii Defensores plures ad suum assumptum probandum sese afferre, jactant, nempè *clar. mem. Card. de Luc. de Pension. disc.61., Bertacchin. vot.171., Rot. cor. Ninot. decis.61., & decis.89., in Recent. decis. 369. num. 3. part. 14., in Romana Pensionis 4. Maii 1696. cor. clar. mem. Card. Priulo*; sed, veluti quæstionem hanc planè deficientem, allegant *Adden. ad Pamphil. dec.427. num.14.*, qui præterea ad id confirmandum meminit cujusdam judicati; Verùm, nec contrariæ ratiocinationes, atque inductiones ullâ ex parte subsistunt, nec mox allegatæ auctoritates pertinent ad rem nostram.

Initium autem facientes à prima contrariarum rationum, si, ut Pars ipsa adversa fatetur, 167
in ea privilegiorum parte, quâ Conclavistis conjugatis *cum unica, & virgine* conceditur facultas assequendi, ac retinendi pensiones, Bigami, tamquam ibi non nominati, nullo pacto comprehenduntur, ideòque, manente adhuc bigamiæ impedimento, prohibentur fieri participes privilegii novas consequendi, & antiquas retinendi Pensiones, inde certè fit, ipsos com- 168
prehensos censeri non posse in posteriori privilegiorum parte, quâ eisdem ampliativè, & cumulativè conceditur facultas illas transferendi.

Et apertum reddi videtur eâ prævalidâ, ac pa- 169
tenti ratione, videlicet nullo pacto percipi, nulloque colore suaderi posse, quod Summi Pontifices, qui à simplici facultate retinendi Pensionem, quæ nec Juris regulis, nec naturæ Pensionis adeo adversatur, excluserè Bigamos, nihili, quoad hunc faciliorem effectum, faciendo merita, quæsita ex laboribus, ab ipsis in Conclavi susceptis, atque impensis; eosdem, licèt tantoperè Sacris Canonibus, & Pontificiis Constitutionibus exosos, in præmium talium meritorum, comprehendere deindè voluerint in posteriori parte Indulti, quâ concedebatur exorbitans, & prorsùs extraordinaria facultas trans- 170
ferendi Pensiones, cùm ab ea exclusi remanerent etiam Clerici cælibes per memoratam Constitutionem Pianam, ut liquet ex ejus lectura, ac quæ vel non solet, vel saltem perrarò 171
concedi consuevit, ideoque, tamquam de insolitis, & perarduis, de quibus Papa cogitasse 172
non præsumitur, venire non potuit sub simili Indulto, seù privilegio, ut, post *Puteum decis. 512. num.2.*, in specie Indulti transferendi Pensiones firmavit *Rota in Nolana Pensionis coram Sacrato penes Marchesan. de commis. part.1. fol. 622. num.2., & 3.*, quam sequitur *Rota coram bon. mem. Emerix jun. decis.85. num.7.*

Hæc ratio, uberiùs aliàs explicata, confirmatur etiam ex eo, quod, ut benè notavit *clar.*

clar. mem. Card. de Luc. de Pension. d. disc.78.
173 *num.4.*, facultas transferendi Pensiones, cùm
tamquam necessarium antecedens supponat le-
gitimam illarum assecutionem, & retentionem,
dicendum profectò est, quod, si Bigamis dene-
gatum omninò reperiebatur privilegium reti-
nendi, & consequendi Pensionem, eisdem,
tamquam non habentibus, quod transferre pos-
174 sent, denegatum quoque fuerit privilegium il-
lam transferendi, quod, ut probavimus ex *Ro-*
ta coram Ninot. decis.61. sub num.4., *& decis.*
89. sub num. 1., cumulativè, & ampliativè
concessum dicitur personis illis, quibus tribue-
batur correspectiva capacitas consequendi, &
retinendi Pensiones, quæ personæ aliæ certè
non sunt, quàm conjugati *cum unica tantùm*, *&*
virgine, quibus quemadmodum concedebatur
capacitas illas adquirendi, ac retinendi usque
ad summam ducatorum biscentum, ità etiam
correspectivè tribuebatur facultas transferendi
earum medietatem, ducatos nempè centum
dumtaxat ex Pensionibus, quas dicti conjugati
cum unica, *& virgine* obtinebant, seu obtinere
poterant.

Eòque magis urgent hæ rationes, quia pro-
manant ex litera, & verbis ipsis privilegii Con-
clavistarum, ex quibus perspicuum fit, quod,
nonnisi ad conjugatos *cum unica*, *& virgine*,
qui, tali privilegio, capaces efficiebantur retinen-
di, ac consequendi Pensiones, referri valeat fa-
175 cultas illas transferendi, cumulativè, & am-
pliativè eisdem deinde concessa, ut probatur ex
verbis, quibus eadem facultas explicata fuit,
ibi = *& insuper Conclavistis præfatis &c.* = ; cùm
enim verba hæc suâpte naturâ continuativa,
repetitiva, & relativa sint Conclavistarum, in
priori parte privilegii nominatorum, ut benè
ad rem nostram considerat *D. Advoc. Piton.*
d. discept.30. num.6., hæc continuatio facta in-
telligenda est cum omnibus suis qualitatibus,
ut, omissis generalibus, traditur per *Rotam cor.*
176 *Ninot. locis superiori §. relatis*, *& in rec. decis.*
287. num.21. part.18.: quinimmò, si sola di-
ctio = *&* = repetitionem induceret, & quidèm
multò magis, si conjuncta reperiatur cum di-
177 ctione = *insuper* =, quæ continuat sequentia
cum præcedentibus, retentis tamen semper eis-
dem terminis ; ambigi profectò nequibit, quin,
exclusis prorsùs Bigamis, in nulla parte Indulti,
sive præcedente, sive subsequente unquam
nominatis, privilegium transferendi Pensiones
referendum, atque restringendum sit ad Con-
clavistas uxoratos *cum unica tantùm*, *& virgi-*
ne, in priori privilegii parte, quà tribuebatur
capacitas adquirendi, & retinendi Pensiones
nedum nominatim expressos, sed, quod magis
est, connotatos illâ etiam aliâ dictione = *præ-*
fatis =, quæ, veluti demonstrativa ad oculum,
intelligi nequit, nisi de personis supra nomina-
tis, atque designatis cum certis illis qualitatibus,
ibi expressis.

Inspectâ igitur tum ratione, Jurisque regulis,
tùm etiam literâ, & tenore Indulti, ac privi-
178 legii Conclavistarum, quod attinet tàm reten-
tionem, quàm etiam translationem Pensionis,
compertum inde fit, illud, tamquam imparti-
tum solummodò conjugatis *cum unica*, *& vir-*
gine, suffragari certè nullo pacto posse Bigamo,
tametsi ex Indulto aliquo peculiari Pensionem
legitimè retinenti. Ac clariùs res elucescet, si
quæratur ratio, & causa, ob quam Pensio sit 179
transferibilis ; ejus namque transferibilitas me-
tienda, & consideranda non est respectu ipsius
Pensionis ; Sed, tamquam a sua causa, unicè pen-
det à personali habilitate Transferentis, atque
à potestate, eidem tributa ; etsi enim verum sit,
quod passiva transferibilitas, veluti suum sub-
jectum, respicit ipsam Pensionem, &, ut alibi
diximus ex *Cardinali de Luc. de Pension. d. disc.*
78. num. 4., translatio, tamquam necessarium 180
antecedens, supponit retentionem Pensionis: At-
tamen talis passiva transferibilitas ità circa il-
lam, tamquam suum subjectum, versatur, ut *nec*
sit de jure, *nec de ipsius Pensionis natura*, *quinim-*
mò contrà naturam, ideòque consideratur non 181
veluti quid intrinsecum Pensioni, sed veluti
quid extrinsecum, & accidens contrarium
ipsius naturæ.

Pensio itaque sive à Clerico, sive etiam à
Laico, & uxorato, sive demùm à Bigamo obti-
neatur ; habebit quidèm passivam transferibili-
tatem : at, quod attinet activam habilitatem, 182
nimirùm illam transferendi, hæc desumenda
erit, non ex subjecto Pensionis, sed ex faculta-
te, & potestate, concessa personæ transferenti,
& ex personali habilitate, atque capacitate ta-
lem facultatem activè adquirendi ; ità sanè, ut, 183
si quis pluribus personalibus impedimentis red-
datur incapax eam adquirendi ; nisi doceatur,
omnia obstacula per dispensationem sublata pe-
nitùs fuisse, uno dumtaxat eorum manente,
tametsi alia submota reperirentur, dictam fa-
cultatem exercere certè non posset, ex nota re-
gula, quod tot requirantur dispensationes, quot
sunt impedimenta, & in terminis impedimen- 184
ti ex bigamia tradit *Capon. discept. tom. 5. di-*
scept.401. conclus.4. per tot., *& præsertim n.4.*,
Tondut. de Pension. cap.78. num.36., ibi = *Quia*
duo hic concurrunt impedimenta, *unum ex parte*
Matrimonii, *aliud ex parte bigamia.* =

Quamobrem Marchio Alexander, utpotè, non- 185
nisi ad certum effectum, retinendi videlicet
Pensionem, dispensatus à bigamia, quoad ce-
teros Juris effectus cùm reverà Bigamus sem-
per remanserit, &, ut talis considerandus fue-
rit, indè fit, quod, quemadmodum ob irregu-
laritatem ex bigamia, tametsi Conclavista, in- 186
capax erat novas adquirendi Pensiones, ità
etiam multò minùs adquirere valuerit privile-
gium, tribuens Conclavistis activam faculta-
tem illas transferendi, eò quod idem privile-
gium, tamquam nullibi loquens de Bigamis,
minimè substulerit personale obstaculum ex bi-
gamia proficiscens, benè per *Rotam coram Lu-*
dovis. decis. 87. num. 5., quæ rectè animadver- 187
tens, Conclavistarum privilegiis non tolli perso-
nalia impedimenta, de quibus non disponunt,
habet hæc = *Non obstat privilegium Conclavi-*

starum, quia habilitat tantùm ad testandum respectu Bonorum adquisitorum intuitu Ecclesiæ & de reditibus ecclesiasticis, nihil autem dispo-
188 *nit circa inhabilitatem personæ. & propterea non suffragatur militi, in quo concurrit duplex prihibitio, & ratione Bonorum, & ratione personæ, ubi enim plura obstant, si unum removeatur, alia remanent* = & idipsum confirmatur *decis.* 109. *num.* 5., *&* 6., ibi = *Stante autem inhabilitate personæ fratris Ludovici ad testandam, non juvatur privilegio, quod tantùm habilitat ad disponendum de reditibus ecclesiasticis, & nihil disponit super incapacitate personæ, & tamen tot requiruntur habilitationes, quot obstacula.* =

Quas *Gregorii* decisiones ad rem sequitur *Rota coram Cardinali Celso decis. 69. num. 29., Rocca disput. Jur. select. disputat. 191. num. 23., D. Advoc. Piton. d. discept. 30.*, qui pariter lo-
189 quens de Indulto Conclavistarum, per Juris principia optimè probat, quod, quando etiam idem favorabile dici mereretur; Nihilominùs tamen dispensando ab irregularitate ad effectum, de quo ibi agebatur, non idcircò dispensasse dici poterat ad alium effectum, de quo dictum Indultum non fuit locutum. Et huc redeunt ea, quæ latiùs alibi dicta sunt, de dispensatione nimirùm ab irregularitate, contracta
190 ex bigamia, quæ, si, tamquam difficilis concessionis, semper requirit specialem, & expressam mentionem; quonam pacto eadem subintelligi poterit in Indulto Conclavistarum, de illa nusquam loquente? præsertim verò ad ef-
191 fectum odiosissimum translationis Pensionis, ideòque inspecto odio, quo habentur tum translatio Pensionis, tùm persona Bigami, adeò servandi erunt fines gratiæ, ejusque tenor inspiciendos, ut quælibet omninò extensio rejicienda sit, tametsi illa induci contenderetur ab identitate, sive majoritate rationis.

Nec est, cur obtendatur, per Innocentianum Indultum impedimentum bigamiæ, ad effectum, de quo agitur, sublatum censeri posse ex ratione illa, quod non versemur in dispensatione à bigamia, concessa post illam contractam, ideòque strictè intelligenda, sed agatur de Indulto, à Marchione Alexandro obtento, antequam ipse Bigamus efficeretur; propterea que eumdem, veluti illius virtute præventivè præservatum ab incursu bigamiæ, adeo suum primævum statum retinuisse, ut, perinde, ac si personali hâc maculâ nunquam aspersus fuisset, capax effectus foret privilegiorum omnium, quæ Summi Pontifices elargiti fuerunt conjugatis simpliciter *cum unica tantùm, & virgine*.

Antequam contrariam hanc objectionem rejiciamus, fas nobis sit, repetendo id, quod pluriès alibi innuebamus, quærere à Parte ad-
192 versa, num Marchio Alexander vigore ejusce modi præventivi Indulti adeò à bigamiæ irregularitate præservatus, adeòque suum primævum statum retinuisse censendus esset, ut novam ullam Pensionem ex privilegio Conclavistarum consequi valuisset? certè quod non, idque numquam exadversò iu dubium revocatum
fuit; quonam itaque pacto tale præventivum 193
Indultum eidem suffragari potuit ad magis exorbitantem, & difficiliorem effectum transferendi Pensionem, quam retinebat? Dum enim privilegium Conclavistarum removere nequibat personalem inhabilitatem retinendi Pensiones, contractam ex bigamia, sed opus fuit præventive obtinere aliud speciale, & extraordinarium Indultum, nullâ certè ratione idem privilegium prodesse potuit pro consequenda capacitate transferendi Pensionem, cui obstabat impedimentum bigamiæ. Hàc itàque solâ animadversioue satis demonstratum dici posse, videtur, quam parvifacienda sit ratio desumpta ex qualitate præventivæ præservationis à bigamia: Verùm quàm instabili loco positum sit fundamentum istud, cui; tamquam præcipuo, & firmiori, Pars adversa innititur, nunc rursùs attingemus.

Exploratissimi Juris est, hujusmodi præventi- 194
va Indulta, veluti in radice, & quoad omnes Juris effectus, impedimentum bigamiæ tollentia, concedi non contuevisse, ut de communi praxi, & stylo testantur *Pirr. Corrad. in Prax. dispensat. lib. 5. cap. 12. num. 11., Amayden. de styl. Datar. lib. 1. cap. 16. §. 3. num. 3.*, quæ praxis, si eò religiosiùs, firmiùsque retinenda ef- 195
fet, quando ageretur de concedenda facultate transferendi Pensiones, tamquam nimirùm odiosissima, & magis exorbitante, quàm sit retentio, ideòque, nonnisi difficillimè concedi solita; quantò difficiliùs eadem concessa censenda erit Bigamo, cujus personam Sacri Ca- 196
nones tantoperè abhorrent, ut disertè testantur Officiales, & Expeditores Datariæ.

Digredi paululum ad hæc liceat, ut magis, magisque indè compertum fiat, quod in nostra hypothesi, qua agitur de transferenda Pensione, à Bigamo retenta, figurari nullo pacto queat totalis hæc præservatio à bigamia, desumpta ex præventivo Indulto illam retinendi: quodque etiam idem adeptus dici nequeat facultatem eam transferendi vigore privilegii, concessi Conclavistis conjugatis *cum unica, & virgine*, nullâ in eo factâ mentione Bigamorum indigentium singulari, & extraordinario Indulto.
Dicunt enim dd. Officiales, & Expeditores, 197
quod, licèt aliquando relaxato tùm juris, tùm Pianæ Constitutionis rigore, justa de causa Laicis, atque etiam uxoratis cum unica, & virgine, nedùm concedatur retentio Pensionis, verùm etiam tribuatur facultas illam transferendi; nihilominùs, quum agitur de Bigamis, si eisdem vix, ac rarò indulgetur sola retentio, ex 198
Pirr. Corrad. in prax. dispensation. lib. 2. cap. 8., loquente verbis illis, *sicut omnes sciunt Curiales*: longè sanè difficiliùs eis concedi consuevit translatio; & explicantes maximam differentiam intercedentem inter Indultum retinendi, & illud transferendi Pensiones, concedendum pro futuro casu, quo contrahatur bigamia; quod attinet hoc secundum Indultum, minimè 199
loquendo de figurata exadversò præservatione
in

in primævo statu ; testantur, quod, si aliquan-
do à Clericis pro futura bigamia illud obtinea-
tur, nihilominus nedum raro, sed, nonnisi ne-
potibus, aut Consanguineis, vel Magnatibus,
idem à Summis Pontificibus impartiri consue-
vit, servatâ insuper diversâ formâ, & praxi in
expediendis eisdem Indultis, quibus solummo-
do removetur obstaculum, & impeditur effe-
ctus, ex bigamiæ irregularitate proficiscens.

Quum enim agitur de solo, ac simplici In-
dulto retinendi Pensiones in statu etiam biga-
200 miæ, idem expediri solet per organum Data-
riæ, prout expeditum fuit illud Marchionis Ale-
xandri: At, si res sit de Indulto transferendi quo-
que Pensiones, Bigamis concedendo, istud, tam-
201 quam continens gratiam exorbitantem, & inso-
litam, expeditur per organum Secretariæ Bre-
vium Secretorum: referendo autem ordinem,
quo fit talis expeditio, inquiunt, quod per ean-
dem Secretariam primò per Breve separatum
202 expeditur Indultum retinendi Pensionem etiam
in statu bigamo, deindeque expeditur illud
transferendi, in quo tamen, tamquam conti-
nente gratiam distinctam, & multo majorem,
fit mentio, & ampliatio præcedentis Brevis, seu
Indulti concessi pro retentione, cujus rei exem-
plum attulimus in *Summario* dicti nostri tertii
Restrictus *num.* 2.

Nemo autem non scit, quanti, pro dignoscen-
203 da qualitate, & differentia gratiarum, facienda
sit praxis, quæ in illarum concessione, atque
expeditione servari solet, *Felin. in cap. super li-
teris num. 8. de rescript.*, *Lotter. de re benefic.
lib. 2. quæst. 40. num. 68.*, *& seq.*, *Amaydea. de
styl. Datar. lib. 1. cap. 38. ante num. 45.*, *Cassa-
dor. decis. 2. num. 4. vers. & iste stylus*, *& de-
cis. 3. sub num. 3. versic. pro qua interpretatione
de reservat.*, *& in rec. decis. 70. num. 22. par. 8.*;
Ut etiam quisque novit, quanta fides adhibenda
204 sit probis, summèque peritis Officialibus Data-
riæ, de simili praxi testantibus, *Lotter. de re be-
nefic. d. quæst. 40. num. 69.*, *Rot. coram Sera-
phin. decis. 792. num. 3.*, *coram Comitul. dec. 119.
num. 5.*, *d. decis. 70. num. 19.*, *& seq. par. 8.*, *&
decis. 322. num. 23. par. 11. rec.*, proindeque ex
205 his manifestum nedum sit, quale requiratur In-
dultum, ut Bigamus Pensionem validè transfer-
re queat; verùm etiam in praxi ignota quodam-
modo esse præventiva isthæc Indulta: quibus to-
taliter, &, veluti in radice, sublatâ bigamiæ irre-
gularitate, indultarius primævum statum reti-
nuisse dicatur.

Redeundo modò undè digressi sumus, ad
Indultum videlicet præventivum retinendi Pen-
sionem, concessum præfato Marchioni Ale-
xandro, illud, tametsi conjungatur cum privile-
gio Conclavistarum, suffragari nullo pacto posse
pro sustinenda controversæ Pensionis transla-
tione, satis superque dignosci valeret ex mox
relata praxi, & solemni forma, servari solita,
quando Summi Pontifices ad ejuscemodi facul-
tatem, Bigamis elargiendam, gravi aliqua ex
causa inclinantur: sed propiùs ad illud acceden-
do, ejusdemque qualitatem, & intrinsecam ef-
ficaciam spectando, tantum abest, quod contra
ea, quæ hactenus probavimus, generaliter, &
præventivè quoad omnes juris effectus, præser-
tim verò illum translationis Pensionis præser-
vaverit ab incursu bigamiæ, ut apertis verbis 206
restrictum legatur ad solum effectum retinendi
Pensionem, & quidem limitatum ad certam so-
lummodo quantitatem, ibi = *quoad reliques du-
catos 175. auri* = & paulò post subditur = *Pensio-
nem prædictam, quoad vixeris, retinere, & Pen-
sionem prædictam cessare, nec extinctam esse* =
ideoque, cum non fuerit absolutè, & absque ullâ
limitatione, sed partialiter dumtaxat, & quoad
actum determinatum, & respectu determinatæ
rei, atque effectus concessum, ut, dispensatio-
nem totalem à partiali distinguendo, tradunt
Sanchez de Matrimon. lib. 8. disput. 30. num. 7.,
Salas de legib. disput. 20. sect. 2. num. 7., *Vin-
cent. de Justis de dispensat. Matrim. lib. 1. cap. 1.
num. 40.*, *& seqq.*, parvi refert, quod antè in-
cursum bigamiæ obtentum fuerit.

Quippè illud, tametsi præventivum, attamen
reverâ nihil aliud est, quàm dispensatio ; nullâ 207
aliâ, inter præventivam hanc, & subsequentem
dispensationem, ex mente Doctorum, factâ dif-
ferentiâ, quàm illâ, de qua in nostris terminis
dispensationis à bigamia per *Rotam in sæpiùs
allegandа decis. 50. num. 21. par. 5. tom. 1. rec.*,
aientem = *& propterea supradicti Doctores di-
stinguunt tantùm inter dispensationem anteceden-
tem, & subsequentem, nam antecedens præser- 208
vat, subsequens tollit* = eamque sequitur *de Ju-
stis d. cap. 1. num. 73.*, *& seqq.*; Verumtamen,
ut in eadem Causâ (de qua *d. dec. 50.*) prius di-
xerat *Sacra Rota decis. 22. num. 11.*, *& seqq. d.
par. 5.*, per similem præservativam dispensa-
tionem *si quidem impedimentum omninò tollatur,* 209
*tunc gaudebit omnibus privilegiis Clericorum, si
verò omninò non tollatur, sed ad certos tantùm ef-
fectus, tunc gaudebit privilegio Clericorum quoad
illos effectus, & quoad illos effectus erit, & repu-
tabitur persona ecclesiastica, etiam quod quoad
alios effectus habeatur pro laico* = & pluribus in
locis id confirmat *d. dec. 50.*, operationem ejusce-
modi præventivæ dispensationis restringens ad
præcisum illum effectum, ad quem fuit obten-
ta : dum igitur Marchio Alexander præcedenti 210
Indulto à bigamiæ incursu præventivè dispensa-
tus fuit ad effectum solummodo retinendi Pen-
sionem, & quidem in certa, & limitata quan-
titate, talis præventiva dispensatio quoad alios
juris effectus, præsertim verò illum exorbitan-
tem transferendi Pensiones substulisse dici ne-
quit tale bigamiæ impedimentum ; eò quod
juxtà tum naturalis, tum legalis rationis dicta-
men dispensatio nulla ultra concedentis men-
tem operari valeat, ut in proposito admonet
Rota coram Ninot. decis. 61. num. 7., hæc ha-
bens = *cum dispensatio sive sit præventiva, &
præservativa, sive subsequens, & reintegrativa,
non operetur ultra mentem dispensantis, &, ad* 211
*unum effectum concessa, non trahatur ad diver-
sum* =.

Quod profectò confirmare possemus univer-
sis

sis juris nostri regulis, aliàs latè deductis, quod
videlicet dispensatio concessa ad unum effe-
ctum, ad alios trahi nequeat, & ejusmodi gra-
tiæ, & privilegia prodesse solùm possint, quan-
tum sonant; illaque intelligendo juxta rigoro-
sam, & practicam significationem verborum,
eisdem id dumtaxat tribui, quod in ipsis expri-
212 mitur, exclusâ semper quâcumque extensione,
præsertim verò ad duriores effectus, in illis mini-
mè expressos, plurima afferendo exempla, pro-
bant etiam *Pirr. Corrad. in prax. dispensation. lib.2. cap.5. num. 24., & seqq., & cap. 6. nu.1., num.8., & per tot., de Justis in prax. dispensat. cap. 2. num. 41., & seqq.*, indeque etiam fit,
213 quod, si plura concurrant impedimenta, & ob-
stacula, aliquid prohibentia, tot requirantur
dispensationes, quot illa sunt; Quodque regulæ
istæ, certissimaque juris præcepta religiosè ser-
vanda, firmiterque, ut dictum est, retinenda
etiam sint, quum agitur de præventivis hisce
Indultis, & dispensationibus. Ad quæ omnia
perpensæ fuerunt *Decisiones* editæ in celebri
Ferrarien. Pensionis; hæ verò *Decisiones* sunt
la 95. post Vivian. de Jurepatronat., & illæ
mox allegatæ, videlicet *la 12., & la 50. par. 5. tom. 1. rec.*

Ex quibus decisionibus ad nostrum assum-
ptum planè confirmandum liceat breviter reas-
sumere seriem facti, in eisdem expositi, ex quo
habetur, quod Princeps Perettus pronepos
Sixti V., præventivè remoto impedimento bi-
gamiæ, habilitatu, & dispensatus fuerat, tùm
ad recipiendas, tùm etiam ad retinendas quas-
cumque Pensiones, tàm reservatas, quàm re-
servandas, etiamsi illum Bigamum effici con-
tingeret; utque tale Indultum majoris firmita-
tis robur obtineret, munitum reperiebatur am-
plissimâ derogatione *Conciliis generalibus, & Bullæ S. Pii V.*; Ambigi verò nequit, quin il-
lud longè amplius, & potentius esset simplici
214 Indulto, super quo vertitur hodierna contro-
versia; Idem enim, qualia esse semper consue-
verunt Indulta, quæ conceduntur nepotibus,
& consanguineis Summorum Pontificum, exi-
mium sanè, ac insigne erat, atque ad nullam
certam Pensionum quantitatem limitatum,
quale est illud, de quo agitur, concessum pro
mera, ac simplici dumtaxat retentione Pensio-
nis in statu bigamo, restricta ad ratam solum-
modo ducatorum 175., exclusâ prorsus facultate
omni novas Pensiones adquirendi.

Vigore dicti Indulti Princeps Perettus cum
obtineret Pensionem quandam reservatam su-
per fructibus Ecclesiæ Ferrariensis, in ipsum
translatam à Cardinali Peretto ejus Patruo, ex
alio Indulto, huic tributo, hanc translationem
impugnabat Cardinalis Lenius, dictæ Ecclesiæ
Episcopus, eandem sustineri non posse conten-
dens virtute dictorum Indultorum, quia in illis
facultas consequendi, & transferendi Pensiones
concedebatur favore tantummodo personæ ec-
clesiasticæ, qualis, tempore translationis, in
eum factæ, Princeps Perettus esse desierat: quip-
215 pè, quamvis initiatus fuisset primâ tonsurâ, atta-
men ob bigamiam deinceps contractam, denu-
datus censendus erat universis privilegiis cleri-
calibus, ex sæpiùs memorato Decreto Concilii
Lugdunensis in *cap. unic. de Bigam. in 6.*; Ve-
rùm Sacra Rota animadvertens, characterem
clericalem impressum ex prima tonsura, esse in- 216
delebilem, & per bigamiam impediri solum-
modò ejus effectus, & privilegiorum, ex Cleri-
catu competentium, exercitium: contra verò
præventivum Indultum, atque dispensationem
pro consequendis, & retinendis Pensionibus
amplissimam esse; respondit, illas sustineri vir-
tute dictæ præventivæ dispensationis, quæ ope-
rabatur, quod ex superveniente bigamia ad *di-
ctum effectum* deletus minimè censendus esset
Clericalis character. At non idcircò eadem Sa-
cra Rota censuit, virtute adeo eximii Indulti,
illæsis undequaque manentibus privilegiis cle-
ricalibus, eorumque effectibus, induci potuisse
totalem dispensationem ab incursu bigamiæ,
sed illam partialem esse, agnovit, suffragantem 217
videlicet ad effectum solummodò impediendi
extinctionem Pensionum, jam obtentarum, &
tollendi incapacitatem novas consequendi.

At nihilominùs, cum à Defensoribus Cardi-
nalis Lenii acriter inculcaretur, Principem Pe-
rettum, adeò ob bigamiam decidisse privilegiis
Clericatus, ejusque effectibus, ut idem, nec po-
tentiâ quidem illis frui valens, censeri non pos-
set persona ecclesiastica ad effectum consequen-
di, & retinendi Pensiones, Sacra Rota in om-
nibus dictis Decisionibus constanti semper sen-
tentia respondit, quod, ut quis diceretur perso- 218
na ecclesiastica, non requirebatur, eundem in
potentia talem esse, ut posset gaudere omnibus
privilegiis Clericorum, sed sufficere, quod vi-
gore præventivi Indulti, impedito effectu biga-
miæ, frui valeret aliquo privilegio Clericatus;
Licèt enim totaliter, & omninò bigamiæ ma-
cula eluta non esset; attamen, cum impedimen-
tum, ex illa proveniens, præventivè remotum
reperiretur, *non quidem quoad omnes effectus, sed ad illum dumtaxat assequendi, & retinendi Pensiones*, quoad dictum effectum sublato dicto
obstaculo, Princeps Perettus tamquàm Clericus
habendus erat; & Illustrissimis Patribus ex ea-
rum Decisionum lectura, meliùs, quàm nos di-
cendo verbis explicare possimus, patebit, quod
ex judicio Sacræ Rotæ, post maturum gravissi-
mæ illius Causæ examen edito, licèt Bigamus 219
quoque per dispensationem effici valeat capax
retentionis privilegiorum Clericatus cum illo-
rum exercitio; attamen, si illa generalis non est,
sed partialis, & ad certum tantummodò effe-
ctum impartita, ex eo quod præventiva, seu
præservativa sit; non idcircò suffragari valeat,
quoad alios effectus, in istiusmodi limitata di-
spensatione minimè expressos, *Rota coram bon. mem. Emerix jun. decis. 334. num. 1.*, repetita
in rec. decis. 88. num. 3. par. 19.

Et hanc esse veram, & constantem tùm Sa-
cræ Rotæ, tùm Doctorum opinionem, quod
nimirùm dispensatio præventiva, impediat qui-
dem incursum bigamiæ, sed juxtà tenorem di-
spen-

spensationis, id operetur, quoad solum effe-
ctum dispensatum, probatur etiam ex *Fermosin.*
de Offic., & *Sacr. Eccles. tom. 2. tract. 2. ad*
cap. 2. de bigam. non ordinand. quæst. 3. num.1.,
& seqq. fol. 364., *Rebuff. de pacific. possess. inter*
tract. magn. tom. 15. part. 2. num. 232. fol.549.
à ter., *Capon. Discept. tom. 5. discept. 401. con-*
clus. 4. per tot, *& præsertim num. 4.*, ibi = *In*
uno eorum dispensavit Urbanus VIII., *nempè ut*
retineret Pensionem, etiamsi tonsuram, & habi-
220 *tum clericalem non adsporturet; non utique in*
altero, ut Clericum bigamum ageret, & nullum
Ecclesiæ servitium exhiberet, ut constat ex dictis
Brevibus, sed quot sunt impedimenta, tot dispen-
sationes requiruntur; aliàs, uno remoto, aliud re-
manet &c., ergò, etsi Clericatum habuisset Illu-
stris Princeps, cum eum per Matrimonium umi-
serit; quantumvis dispensatum cum eo fuerit, ut
Pensionem retineret, Matrimonio non obstante
etiam cum vidua, non autem fuit dispensatum,
ut Clericum ageret conjugatum cum vidua. Et
rursùs, quamvis dispensatum cum eo fuit, ut absque
habitu, & tonsura incederet, minime fuit dispen-
satum, ut ab alicujus Ecclesiæ servitio eximere-
tur = &, præter *Rotam coram Ninot. decis.61.*,
firmatur *decis. 17. num. 11.*, *& seq.*, loquente
in subjecta materia dispensationis ad effectum
gaudendi Pensionibus in statu bigamiæ, post
Torr. de pact. futur. success., *& in Mantiss. ad*
cl. mem. Card. de Luc. de jurepatr. decis. 74.
num. 17., ubi loquens de simili dispensatione,
221 ait = *quapropter sive præcedat, sive subsequatur,*
semper Sacris Canonibus, & Ecclesiis est odiosa,
& exorbitans, rejiciens proindè omnem ampliatio-
nem, & subauditum intellectum extensivum =,
cum ibi plenè cumulatis.

Hoc igitur maneat in Causa, quod dispensa-
tio quævis, vel indulgentia omnis, *sive sit præ-*
222 *ventiva, & præservativa, sive subsequens, &*
reintegrativa, non operetur ultra mentem dispen-
santis, &, ad unum effectum concessa, non traba-
tur ad diversum, ut loquitur *Rota coram Ninot.*,
alibi relata; Propptereaque per Innocentianum
Indultum sublata quidem fuit incapacitas perso-
næ inducenda ex bigamia, ad effectum retinen-
di Pensionem limitatæ dumtaxat quantitatis, at
223 quoad omnes alios juris effectus cum Marchio
Alexander adeo bigamus remaneret, ut nec
vigore Innocentiani Indulti nec privilegii Con-
clavistarum, ob hanc personalem inhabilitatem,
capax esset ullam novam adquirendi Pensio-
nem; superveniens idcirco privilegium Con-
clavistarum, utpotè illum reperiens in statu bi-
gamiæ, & cum eadem inhabilitate personali,
224 suffragari ipsi nequibat ad longè diversum,
extraordinarium, & exorbitantem effectum va-
lidè transferendi Pensionem; tale quippè privi-
legium non loquendo, nihilque disponendo cir-
ca inhabilitatem personæ, orientem ex bigamiæ
irregularitate, Bigamum generaliter relinque-
bat obnoxium dispositioni juris, exceptâ solâ
retentione Pensionis, ex alio speciali jure illi
permissâ, ut superioribus locis dictum est.

Et non discedendo à dicto Innocentiano In-
dulto, id confirmatur ex eo quod in illo eidem
Marchioni Alexandro permittebatur retentio
pensionis in dicta limitata quantitate, *etiamsi*
deinceps habitum alicujus Militiæ, cum Matrimo-
nio compatibilis, & à Sede Apostolica approbatæ
suscipias, ac professionem per illius Milites emitti
solitam, quam nondum emisisti, expressè emit-
tas &c.; ac Matrimonium cum una, vel pluribus
mulieribus virginibus, seù viduis, semel vel
pluries etiam diversis viris ad præsens, seù
quandocumque vitâ functis, nuptis, successivè
tamen, & legitimè contrahas, pensionem præ-
dictam, quoad vixeris, retinere &c. liberè, & licitè
valeas = Hoc posito, si præfatus Marchio, post
contractum Matrimonium cum vidua susce-
pisset habitum, & professionem emisisset in
Militia S. Mauritii, & Lazari, juxtà cujus 225
regulas permittitur solummodò Matrimonium
cum unica, & virgine; profectò juxtà Partis
adversæ suppositum, quod nempe vigore præ-
ventivæ dispensationis, sive præservationis à
bigamia, ille reputandus ampliùs non esset
tamquam bigamus, dicendum videretur, Pen-
sionem non fuisse extinctam: at nihilominùs
contrarium verius est, ut latè tradit *Loter. de*
Re benefic. lib.1. quæst.40. ex num.209. usque ad
nu.225., ubi explicando clausulam illam *etiam*
cum vidua, & reiteratis nuptiis, docuit, verba 226
gratiæ intelligenda esse, singula singulis con-
gruè referendo, ut videlicet si dispensatus pro-
fiteatur in Militia, in qua permittitur Matri-
monium cum unica, & virgine, possit in eo Or-
dine, & cum hujusmodi Matrimonio retinere
Pensionem, at non etiam in Matrimonio cum
vidua, quia Papa non censetur generali ora-
tione, aut clausulis voluisse dispensatum red-
dere habilem in statu bigamiæ ad retinendam
Pensionem in Ordine, in quo talis status non
permittitur, *ut doctè probat præfatus Auctor.*

Haud vero immorandum esse, credimus, in
refellenda extensione privilegii Conclavista-
rum ad Bigamos etiam, ob rationem merito- 227
rum, quæ ipsis quæsita dicuntur ex laboribus
impensis in Conclavi: Nam si ob naturam odii,
semper insitam omnibus dispensationibus, argui
nequit ex paritate, vel majoritate rationis, ut 228
docet etiam *de Justis de dispensat. lib.1. d.cap.2.*
num.19. & seqq., *& num.47. & seqq.*, potiori
certè jure id locum habebit in casu nostro, in
quo extensio ex identitate rationis fieri conten-
ditur ad casum, cui ob odium, tum translatio-
nis Pensionis, tum etiam personæ Bigami,
summoperè jura nostra resistunt, magis verò 229
adversatur Sanctissimi Pontificis Constitutio
statuens, quod universim, Laicorum nulli,
suffragari valeant immortalia etiam merita, *pro*
defensione Fidei Catholicæ, aut S. Sedis &c.
quæsita (sunt verba d. Constitutionis)

Hæc igitur cum ita se habeant, & satis super-
que demonstratum dici posse videatur, quod
Marchio Alexander, licèt præventivo fruere-
tur Indulto, quo ipsi in statu bigamiæ permit-
tebatur retentio Pensionis, attamen, quia ex
eodem totaliter, & quoad omnes Juris effectus
subla-

ſublata non fuerat irregularitas, ex bigamia
230 oriens, & inhabilitas perſonalis, illum reddens incapacem conſequendi privilegia, Conclaviſtis ſolummodò non bigamis conceſſa; ideoque obſtrictus reperiebatur cenſurâ, ac prohibitione Pianæ Conſtitutionis, cui favore Bigamorum derogatum non fuerat, ſupereſt ſolummodo quod explicemus contrarias auctoritates, *diſcurſum nempè cl. mem. Card. de Luc. de Penſion. il 62., Adden. ad Pamphil. deciſ. 427. & quoddam Judicatum A.C.*; Ut autem Illuſtriſſimi Patres facilius dignoſcere valeant, nec d. Judi-
231 catum, nec contrarias auctoritates caſui noſtro applicari, animadvertere ſupplicamus, quod in illis non agitur de privilegio Conclaviſtarum, ſed de illo Dapiferorum, ideoque, cum præſens Cauſa vertatur ſuper primo caſu, nobis, præter alias auctoritates, ſatis eſſet attuliſſe *Deciſionem Sacræ Rotæ la 485. num. 6. part. 4. tom. 1. Rec.*, noſtrum caſum decidentem; Ut enim Summarum Curiarum, ſic Rotæ Romanæ præjudicia ſequi convenit, ut, miſſis noſtris, qui plenâ manu allegari poſſent, tradit *Thabor. axiom. Jur. lib. 1. cap. 79. axiom. 1.*, eòque certiùs quia idem *clar. mem. Card. de Luc.* non inſiſtens iis, quæ firmaverat *d. diſc. 52.*, d. Deciſionem, tamquam ſpecialem, agnovit *d. diſc. 78.*, ideoque illius auctoritate permotus, parvique faciens quoddam judicatum *A.C.*, cujus meminerat præcedenti *diſc. 62.*, profeſſus fuit, quæſtionem hanc altiori examine indigere.

Sed, his omiſſis, dicimus, quod Pars adverſa contendens ex auctoritatibus, & Judicatis, loquentibus de Dapiferis, decidendam
232 eſſe hodiernam quæſtionem, id præcipuè probare teneretur, quod nimirum unum, & idem ſit privilegium Dapiferorum, ac illud Conclaviſtarum, quod certè perfici ab ipſa nequibit, quia ſunt diverſa, & ſeparatim expediuntur, ut patet ex *Bullar. ſan. mem. Innocenti XII., in quo utrumque per extenſum refertur*, illud nempè Dapiferorum in *Conſtitutione 1.*, & aliud Conclaviſtarum *Conſtit. 10.*

Juſtâque ratione ſeparatim expediuntur, ob diverſitatem, quæ inter illa intercedit, & præſertim in concreto caſus retentionis, & tran-
233 slationis Penſionum; In Indulto namque Dapiferorum, juxtà antiquum ſtylum, primò indifferentèr Dapiferis omnibus conceditur facultas transferendi Penſiones Eccleſiaſticas, deindè verò eiſdem tributa legitur facultas illas retinendi, *etiamſi Matrimonium contraxerint cum unica, & virgine tantùm*, ut in dicta prima Conſtitutione *Innocentii XII.*; At in moderno Indulto Conclaviſtarum priùs conceditur facultas conſequendi, & retinendi Penſiones eccleſiaſticas reſervatas, & reſervandas uſque ad ſummam ducatorum biſcentum, *etiamſi Matrimonium contraxerint cum unica, & virgine tantùm*, deindè verò illis alibi relatis verbis = *Et inſuper Conclaviſtis præfatis* = conceditur facultas transferendi dd. Penſiones reſervatas, ſeu reſervandas uſque ad quantitatem ducatorum centum, ut legitur in *Conſtitutione 10.*, in quà præterea facultas retinendi, impartita Conclaviſtis, noſcitur magis reſtricta illâ conceſſâ Dapiferis.

Hæc diverſitas, & variatio fieri primùm cæpta à ſan. mem. Innocentio XI., qui, ſicuti plura alia moderatus fuit, ita etiam in hac parte Indulto Conclaviſtarum hunc novum ordinem conſtituit, eundemque ordinem ſecuti deindè fuerunt Alexander VIII., & Innoc. XII. d. *Conſtit. 10.*; Antiqui autem ordinis variatio, & nova methodus, in hiſce Conclaviſtarum Indultis ſervatæ, utpotè, quemadmodum in ejuſcemodi Literis Apoſtolicis moris eſt, non ſinè cauſa facta, ſufficere poſſe videretur, nè, ſivè ex ſimilitudine, ſivè etiam ex paritate, & identitate rationis ab uno ad aliud Indultum illatio ulla fieri poſſet; Idque ſanè quiſque facilè perſpiciet, ſi animadvertat illam, notâ dignam, circumſtantiam, quod nimirum poſt conceſſam
Conclaviſtis facultatem conſequendi, & reti- 234
nendi Penſiones, modò tamen Bigami non ſint, ſed *Matrimonium contraxerint cum unica, & virgine tantùm*, dum eiſdem immediatè tribuitur facultas, etiam transferendi medietatem dd. Penſionum, eadem conceditur illis mox relatis verbis = *& inſuper Conclaviſtis præfatis* = quæ profectò verba, ſuâpte naturâ repetitiva, continuativa, atque relativa, adhibita cenſenda ſunt, ut ex eiſdem perſpicuum redderetur, d. novum ordinem, & variationem factam fuiſſe, ut ambigi amplius deindè non poſſet, quod, quemadmodum in præcedenti §. facultas retinendi Penſiones concedebatur Conclaviſtis nuptis *cum unica, & virgine tantùm*, ita etiam taxativè de eiſdem intelligenda ſit facultas transferendi Penſiones, ut apertè præſeferunt dicta mox relata verba.

Inſpectâ hâc Indultorum diverſitate, ex ea proculdubio ſola dignoſci poſſe videretur, quod, tametſi colore ullo, aut aliquâ veriſimili ratione, juxtà deducta *à clar. mem. Card. de Luc. d. diſc. 62., & ab Adden. ad Pamphil.*, ut reſpectu Dapiferorum impartita cenſeri poſſet li-
bera facultas transferendi Penſiones, ſatis eſſet, 235
quod illas legitimè retinerent, eò quod ejuſcemodi facultas in prima Indulti parte Dapiferis omnibus generaliter, atque indefinitè elargita, nullâ factâ deſignatione, aut reſtrictione ad conjugatos *cum unica, & virgine tantùm*, locum fortè faceret largiori interpretationi, atque extenſioni ad Bigamos etiam: hæc tamen latior interpretatio locum habere nequit in Indulto Conclaviſtarum, quorum reſpectu, variando antiquum ordinem, moderni Pontifices clariùs, & magis expreſsè declararunt eorum mentem, quod videlicet, ſicuti non intende-
bant concedere Conclaviſtis bigamis Indultum 236
retinendi Penſiones, ità etiam multò minùs eiſdem indulgere volebant facultatem illas transferendi, utpotè quæ per orationem continuativam, relativam, atque repetitivam, tùm perſonarum, tùm qualitatum, immediatè antè nominatarum, referebatur ad conjugatos *cum unica tantùm, & virgine*.

Satis

237 Satis itaque, ut dicebamus, esset ista Indultorum diversitas, ut satisfactum dici posset contrariis auctoritatibus, quibus refellendis immorandum non videtur, quia, quod attinet *cl.mem. Card. de Luc.*, si spectemus ea, quæ ab illo firmata fuerunt *disc.62.*, eadem profectò afferenda minimè sunt ad præsentis Causæ decisionem, quando idem ubique, & semper veritatis amantissimus, *in posteriori disc.78. num.12.* fatetur, in contrarium urgere specialem auctoritatem Sacræ Rotæ, & super iis, quæ ipse ratiocinando scripserat in præcedenti *disc. 62.*, majorem cadere difficultatem, ingenuè fatetur, dicens = *Major autem difficultas cadit in casu, de quo supra d. disc.62., ubi scilicet concurrat cum Matrimonio qualitas bigamiæ ex Constitutione S. Pii V., ut advertitur decis. 485. num.5., & seqq. part.4. rec., quæ videtur specialis, quoniam urgere videtur dicta ratio, ut, posità non cessatione Pensionis ex dicto remedio præservativo, intrat facultas, quæ competat alio jure, quàm ex ipsa dispensatione, concessa ad retinendum, quoniam conclusio procedit, ut eadem dispensatio concessa pro retentione, non competat pro translatione, non autem, ut alia diversa facultas, ex diverso fonte manans, non suffragetur; adhuc tamen desuper in uno, vel altero casu omnino maturum judicium effòrmare non potui, dum istud non solet effòrmari, nisi prævià formali disputatione* =.

Minùs verò urgent ea, quæ à præfato *Addente ad Pamphil.* traduntur, quia latissime aliàs probatum fuit, ipsum loqui contra certissimas Juris nostri regulas, & principia, cum quibus Doctores, & Tribunalia in hisce Causis procedunt, quodque magis est, nimis supinè, & indiligenter verba facere omittens de Constitutione S. Pii V., excludente Bigamos ab assecutione, & retentione, magis verò à translatione Pensionum, allegat auctoritates, à casu nostro extraneas, & quæstionem hanc determinat auctoritate *Card. de Luc. d. disc.78.*, quando, ut dictum est, idem quæstionem hanc maturo judicio definire minimè se posse profitetur.

Quod verò attinet judicatum, quo, in terminis privilegii Conclavistarum, Bigamo quoad translationem Pensionis suffragari privilegium Conclavistarum, pronunciatum fuisse, ait; profectò ignoratur, quale sit istud judicatum, non enim est illud, cujus meminit *Card. de Luc. disc.62.*, quia in Tribunali A. C. emanavit in terminis privilegii Dapiferorum, & præterea quanti faciendum sit tale Judicatum, plenè demonstratum alibi à nobis fuit, ideòque dicendum videtur, quod ille se retulit *ad d. decis.78.* allegando illasmet *decisiones in 355., & 395. coram Card. Celso*, in eodem discursu allegatas; At, si se retulit ad dictum discursum, præterquamquod in eo agitur de privilegio Cu-
238 biculariorum Summi Pontificis, longè magis, quàm illud Dapiferorum, diverso à nostro; dicimus, quod ex illo Judicatum nullum allegari potest, quia contrà ea, quæ pro veritate scripta leguntur in dicto discursu, emanarunt tria Judicata conformia super nullitate translationis Pensionis factæ vigore dicti privilegii, *ut patet ex decisione 126. & 287. part.18. recent.*, in quibus disertè firmatum fuit, quod, licèt Hieronymus Purarellus, tamquam Cubicularius san. mem. Urbani VIII., gauderet privilegio 239
transferendi Pensiones usque ad summam ducatorum 300., etiamsi statum personæ ipsum mutare contigisset, idemque deindè meditans contrahere Matrimonium, nè illæ extinguerentur, tale obstaculum tollere curasset, præventivè emendo plures Militias Lauretanas, quarum Militibus tribuitur facultas retinendi Pensiones, & in hoc statu Pensionem transtulisset favore filii sui; attamen *Sac. Rota* insufficientia declaravit ejuscemodi præventiva remedia, minimèque eadem suffragari posse, conjungendo videlicèt dispensationem, concessam pro retentione, cum privilegio transferendi proveniente ex alio diverso jure, privilegio scilicèt Cubiculariorum.

Quibus demùm addimus, quod, si præsens quæstio decidenda sit exemplis, & Judicatis, nos, præter illud *Sacræ Rotæ dicta decis.485. part.4.rec.*, in præcisis nostris terminis Conclavistarum, afferre possumus recens Judicatum, post longum, ac maturum Causæ examen editum ab R. P. D. A. C. de Gentilibus; In eo enim agebatur de Pensione obtenta à Comite Bernardino Lactantio Milite Ordinis S. Stephani, qui pariter fuerat Cubicularius Innocentii X., ideoque, antequam Matrimonium cum vidua contraheret, fruebatur utroque Indulto, retinendi scilicet, & transferendi Pensionem; cum autem post Matrimonium cum vidua, Pensionem transtulisset favore D. Equitis Dominici Lactantii ejus filii, licèt pro sustinenda translatione scripserint præcipui Romanæ Curiæ Advocati, DD. nempè Pitonius, & Scaramuccia; nihilominus pronunciatum fuit pro nullitate d. translationis.

Judicatum autem, in hac Causa editum, benè à nobis affertur, quia casus, de quo in eo agebatur, persimile nostro videtur, si animadvertatur, quod præfatus Eques Bernardinus, tam- 240
quam adscriptus Militari Ordini S. Stephani, retinere poterat Pensiones etiam in statu bigamo, ut etiam, tamquam intimus familiaris Summi Pontificis, easdem transferre valebat usque ad quantitatem ducatorum 300., juxtà privilegia relata in *Constitutione 7. Innoc. XII.*; Veruntamen Sapientissimus Judex, post rem diu, maturèque discussam, censuit, hujusmodi privilegia conjungi non posse, Pensionem videlicèt vigore privilegiorum Militiæ S. Stephani in statu bigamiæ validè retentam transferendo ex alio jure, proveniente ex diverso fonte, privilegio nimirum impartito Cubiculariis, & 241
familiaribus Summi Pontificis, tametsi eorum privilegia longè ampliora sint illis, quæ Summi Pontifices elargiuntur Conclavistis; Et rectè quidem ità pronunciatum fuit, quia Indultum transferendi Pensiones competens familiaribus, cum non loquatur de Bigamis, pro validitate tran-

translationis suffragari nequibat privilegium impartitum Militibus S. Stephani, quia illud, tamquam concedens meram retentionem in statu bigamiæ, eandem transferibilem non reddebat ex alio privilegio, quod de Bigamis non loquebatur.

Cum igitur ad Sacrorum Canonum mentem, magis verò juxtà Pianam Constitutionem, munitam amplissimis clausulis, majoris firmitatis
242 robur illi tribuentibus, Bigami omninò incapaces sint retinendi, ac transferendi Pensiones, & hæc incapacitas sublata minimè fuerit posterioribus Summorum Pontificum Constitutionibus, per quas, hac ex parte derogatum minimè fuit Pianæ Constitutioni, prout etiam eidem derogatum non fuit Indulto Innocentiano, quo bon. mem. Marchioni Alexandro concessa solummodò fuit retentio Pensionis in statu bigamiæ, jure, meritòque rescribendum speramus, *prævio recessu ab ultimo loco decisis, Sententiam Eminentissimi de Alteriis quoad medietatem ducatorum 175. esse confirmandam*, prout iterùm reverenter supplicamus.

In plena Camera diei 26. Junii 1726. repropositâ Causâ cum voto Cameralium, rescriptum fuit, Prævio recessu à decisis, Sententiam Emi de Alteriis esse confirmandam, *& postmodum die 1. Julii ejusdem anni in propositione pro nova audientia Illmi Patres mandarunt, Causam* expediri, & tradi votum, *qua demum expeditâ, Marchio Franciscus Petrus Maria de Capponi solvit litis expensas.*

Leodien.

Abbas plenissimam potestatem habet Officiales, non conventuales, aut electivos, sed merè obedientiarios, & manuales removendi à suis officiis, etiam sinè caussâ: Eorum autem remotio, non dolo, aut malitiâ facta, sustinetur. Justis itidem ex caussis sustinetur præceptum de observando silentio in Calefactorio, ab Abbate factum.

DISCEPTATIO IV.

1 *Abbati Monasterii S. Jacobi Ordinis S. Benedicti plena competit potestas pro libito, ac etiam sinè causâ removendi Religiosos ab eorum officiis*, & num.6. & seqq.

2 *Ex Regula S. Benedicti* cap.65. *Monasterii ordinatio pendet ab Abbatis arbitrio.*

3 *Et Præpositus, aliique Officiales ab Abbate eligi debent.*

Ejusdemque omnimodæ potestati subsunt, ibid. & num.8.

4 *Ejus est instituere, cujus est destituere.*

5 *In ejus arbitrio est revocare jurisdictionem, cujus est illam demandare*, & num.31.

7 *Ex Regula S. Benedicti, Præpositus, antequam ab officio suo removeri possit, quater verbis admonendus est, &, si non emendaverit, correctio disciplinæ regularis est eidem adhibenda.*

9 *Hic tamen modus non fuit à Regula præscriptus pro forma, necessariò adimplenda.*

Nec derogat proinde Abbatis potestati pro libito removendi Præpositum, ibid. nu.10.

Vel intelligendus est de speciali aliquo casu, in quo Abbas in figura Judicis, & criminaliter procedit, num. 19.

10 *Jurisdictio pura quum data est, sequens commissio cum certa qualitate, formam non inducit, nisi aliud exprimat.*

11 *Beneficiis, & Officiis tum secularibus, tùm regularibus, tamquam obedientiarii, & manuales, præpositi, sinè ullâ causâ, & pro libito præponentis removeri possunt*, & num. 26. & 31.

Hæcque est praxis toto Orbe Christiano recepta, d. num. 31.

12 *Monitiones, & regularis disciplinæ correctiones, quod præcedere debeant amotionem Officialis merè obedientialis, & manualis, adversatur dispositioni Juris*, & n.21.

13 *Abbas* Smaragdus *primus Regularum Ordinis* S. Benedicti *Commentator.*

Hujus interpretationem in suis Statutis amplexa fuerunt plura ejusdem Ordinis Cœnobia, & Congregationes num.14.

14 *In Congregatione Cassinensi Ordinis S. Benedicti constans est, & perpetuum, Superiores plenissimam habere potestatem, absque ullâ Causæ cognitione, Priores, aliosque Officiales removendi.*

Idem servatur in Abbatia S. Uberti in Ardenna, num.15.; *Idem aliis in Regionibus*, ut num.16. & 47.

Et declaratum fuit in Statutis Congregationis Bursfeldensis in Germania, d. num.15.

Ac in Prioribus Congregationis Montis Virginis idem probavit S. Congregatio, specialiter à Sanctissimo deputata, num.17.

17 *Ab Abbate alicui officio præpositus, expedit, ut nudâ illius voluntate, & sinè causâ, removeri possit*, & num.48.

18 *Statutum, quod Monachus per Abbatem removeri nequeat sinè consensu Conventus, non valet.*

20 *Emus* = Turrecremata = *Regularum Ordinis S. Benedicti Commentator.*

22 *Ad censuram extrajudicialiter infligendam monitio necessaria non est.*

23 *Officiales Conventuales, & obedientiarii in exercitio pares sunt.*

Et in hoc solùm differunt, quod primi sinè causâ removeri nequeunt, alii verò etiam sinè causâ destituuntur, ibid.

24 *Dispositio Regulæ cessat quoad personas, & casus non expressos.*

Et cetera sub Juris communis dispositione reliquisse censetur, ibid.

25 *Quod in speciali provisione non dicitur, sub regula generali remanet intactum.*

26 Mo-

26 *Monachalis obedientia propria est cujusque Monachi.*
Præcipuè in Regula S. Benedicti, ibid.

27 *Regulæ Sancti Benedicti fundamentum unicum, & spiritus dicitur perfecta obedientia.*

28 *Statutum, quod Abbas nequeat pro libito Monachum removere, destructivum esset obedientiæ.*

29 *In Monasteriis Ordinis S. Benedicti, submotis Præpositis, aliisque Officialibus Conventualibus, fuerunt, ex Regula ejusdem Ordinis, relicti Officiales, merè obedientiarii.*

30 *Observantia derogans menti Regulæ, & apertæ Juris dispositioni, communiter receptæ, concludenter omninò probanda est.*

31 *Testimonium alicujus, licet eximii Scriptoris, non sufficit, ut constabilita observantia dici queat*, & num. 35.

32 *Consuetudo circa decisoria formiter, & concludenter probanda est.*

33 *In facultativis, ut sunt remotiones Officialium, merè obedientiariorum, & manualium, nulla legitima quasi possessio, aut consuetudo obligatoria inducitur ex contrariis actibus*, & num. 34., & 35.

34 *Juri suo derogasse dici nequit, qui eo uti noluit.*

35 *Observantia derogans Abbatum potestati pro libito, & sinè caussâ Superiores amovendi, ut probetur, requiritur, quod hi non adquieverint eorum remotioni, seseque in suorum officiorum possessione conservaverint, recursu ad Superiorem habito.*
Observantia ejusmodi, tametsi antiquissimorum Scriptorum auctoritate probata dici posset, eadem vel redigenda esset ad mentem Juris, ut scilicet procederet, quoties in Abbatibus urgeret suspicio abusus eorum potestatis, num. 37.
Vel intelligenda esset solùm de tempore, quo illam vigere iidem Scriptores testati sunt, non autem de præsenti, nisi aliunde id probaretur, num. 39.

36 *Ex non usu facultatis quantumcumque temporis effluxerit, nullum jus, & nulla possessio adquiritur.*

38 *Regula S. Benedicti abusum eorum potestatis in Abbatibus detestatur.*

39 *Leges scriptæ, tametsi perpetuò mansuras eas esse deceat, adhuc mutantur, declarantur, & persæpe etiam abrogantur.*
Facilius autem consuetudines, ibid.

40 *Abbates, ceterique Prælati Regulares possunt Superiores non conventuales, sed merè obedientiarios, sinè caussâ, & ipsorum arbitrio officio suo destituere.*
Et hoc Jure ubique hodie vivitur, ibid.

41 *Vigore clausulæ* = sublatâ = *&* Decreti irritantis *quælibet consuetudo, tàm præterita, quàm futura sublata censetur.*
Etiamsi ageretur de consuetudine plurium seculorum, ibid.

42 *Observantiam quoad manualitatem Superiorum, ab Abbate deputatorum in Monasteriis, sub Regula S. Benedicti viventibus, quænam probent?*

43 *Contrariis solemnibus actibus consuetudo interversa remanet.*

44 *Frustrà allegatur consuetudo, quæ fuit judicialiter reprobata, & habet contra se actum difformem.*

45 *Ad Juris assistentiam conservandam quilibet actus, & quælibet non rigorosa probatio sufficit.*

46 *Observantia, magis conformis dispositioni Juris, in conflictu prævalere debet.*

48 *Remotionis Officialium Regularium justam patefieri caussam, pro decore Religionis non expedit.*

49 *Officialium Regularium destitutiones ut, tamquam irrationabiles, & ex odio, ac malitia factæ, retractari queant, id manifestè probandum est.*

50 *Superior Regularis quod illicitè, & cum delicto Officialem removere voluerit, præsumi nequit.*

51 *Actus æquè ad licitum, ac ad illicitum referri valens, potiùs ad licitum referendus est.*
Præcipuè in Religioso, ibid.

52 *De Religioso omnia benè Lex præsumit.*

53 *Pro Abbate corripiente Monachum Lex præsumit.*

54 *In quocumque actu ut dolus, & malitia excludatur, quævis caussa sufficit, quamvis fatua, & bestialis.*

55 *Pro sustinenda remotione Officialium merè obedientiariorum exuberant caussæ, quæ Abbatis dolum, & malitiam excludant.*
Ad hanc autem excludendam satis esset, si eorum fama apud aliquos probos viros vacillaret, num. 57.

56 *Testimonia probitatis, ac idoneitatis nullo numero habenda sunt, quoties vaga sunt, & generica.*

58 *Rumor, & fama ipsa vindicat actum à suspicione doli.*

59 *Sola diffamatio non rarò ab ecclesiasticis repellit officiis, atque Beneficiis.*

60 *Regulares, tametsi canonicè electi, & instituti, levioribus ex caussis ab eorum officio removeri possunt; ratio* num. 61., & 62.

61 *Regulares perfectiores ceteris esse debent.*

62 *Monachus quod ab officio removeatur, non magnum est scandalum.*

63 *In Monacho nil præstantius, quàm cæcâ obedientiâ parere, caussam præcepti non inquirere, & omnem honoris, & officiorum contentionem à se procul amovere.*

64 *Regula, & Constitutiones* S. Benedicti *summoperè commendant silentium, & taciturnitatem.*

65 *Juxta omnes monasticas regulas silentio præcipuè conservatur robur regularis disciplinæ.*

66 *Silentium à Superiore, etiam sub peccato mor-*

mortali indici debet , quaties ex circumſtantiis neceſſarium id eſſe , judicaverit .

DUBIA.

Primò = *An Abbas Monaſterii S. Jacobi pro ſui libito , & ſinè legitimà cauſsâ poſſit removere Religioſos ab eorum officiis in caſu &c. ?* =

Secundò = *An remotiones Religioſorum ab officiis , per Abbatem factæ , ſubſtineantur , in caſu &c. ?* =

Tertiò = *An præceptum de obſervando ſilentio in calefactorio factum ab Abbate , ſubſtineatur , in caſu &c. ?* =

NOn ut negocio , quod planum eſt , præſidium aliquod adferatur , ſed ut ſummæ Emiuentiſſimorum Judicantium dignitati , ea , quæ par eſt , exhibeatur reverentia, libuit hac in Causâ Abbati Monaſterii S.Jacobi Advocatorum operam adſcire ; Ideòque injuncto mihi muneri manum admovens , rem ordiar à primo Dubio , quod favore præfati Abbatis affirmativè reſolvendum videtur ; tum enim ex Regula Sancti Benedicti , tùm etiam ex Sacrorum Canonum cenſura , Abbati plena
1 competit poteſtas pro ſuo libito , etiam abſque causâ , removendi Religioſos ab eorum officiis.

Porrò , ſi intueamur Regulam , illa *cap. 65.* in proemio , veluti cauſam finalem Legis , exponit gravia ſcandala , quibus Monaſteria perturbabantur ab Officialibus , Præpoſitis nempè , qui , ordinati ab iis , qui ipſos Abbates ordinabant , ſe , ſeque æſtimantes ſecundos Abbates , aſſumebant ſibi tyrannidem , diſſentiones faciendo in Congregatione , idcircò , ut tantum
2 malum depelleret , illis abolitis , conſtituit ; Primò , ut Monaſterii ordinatio ab Abbatis arbitrio penderet , Secundò , quòd Præpoſitus , ab ipſo Abbate eligi deinceps deberet ; Perſpicua ſunt verba Regulæ = *Ideòque nos prævidemus, expedire, propter pacis , charitatiſque cuſtodiam , in Abbatis pendere arbitrio ordinationem Monaſterii ſui , et ſi poteſt fieri , per Decanos ordinetur , ut ante diſpoſuimus , omnis utilitas Monaſterii , prout Abbas diſpoſuerit , ut , dum pluribus committitur , unus non ſuperbiat* = .

Quoniam verò Conditores Regulæ , qui ordinationem Monaſterii ab Abbatis arbitrio pendere, voluerunt , id aſſequi minimè potuiſſent , ſi Officiales , & ii , quos Abbates in partem curæ, ac ſollicitudinis regularis diſciplinæ, & Monaſteriorum regiminis aſſumere cogebantur , eorumdem poteſtati plenè ſubjecti non fuiſſent, ſubjunxerunt illam aliam Regulæ partem , qua cautum fuit,quod = *ſi aut locus expetit, aut Congregatio petierit rationabiliter cum humilitate ,*
3 *& Abbas judicaverit expedire , quemcumque elegerit Abbas cum conſilio Fratrum , timentium Deum , ordinet ipſe ſibi Præpoſitum , qui tamen Præpoſitus illa agat cum reverentia, quæ ab Abbate ſuo ei injuncta fuerint , nihil contra Abbatis voluntatem , aut ordinationem faciens* = .

Cum itaque ex verbis , & toto contextu Regulæ evidens , & apertum reddatur , quod , exploſis Præpoſitis, aut iis Officialibus, qui prætextu electionis , aut alterius tituli in officii exercitio, ac retentione , ſe tueri poterant, omnes effecti fuerint obedientiarii , atque ſubditi omnimodæ Abbatis , à quo eligebantur , poteſtati , hinc ſequitur , quod illi non ſolùm ex mente , & clara diſpoſitione Regulæ , ſed etiam juxta Sacrorum Canonum cenſuram pro libito Abbatis removeri poſſint , omni prorſus ſubmotà exceptione ; Nàm , ſi , juxta illud in ſubjecta
materia omnium ore tritum effatum : ejus eſt 4
deſtituere , cujus eſt inſtituere , *Cap. cùm ad Monaſterium §. Tales , ibique Gloſſ. verbo perpetuò , & Cap. Monachi , verb. non moventur , Faguan. in Cap. Qualiter il ſecondo num. 53. , & num. 102.* ; Si huic certiſſimo axiomati conſo-
nat etiam illud aliud juris civilis præceptum: in 5
ejus arbitrio eſſe revocare juriſdictionem , ſivè adminiſtrationem , cujus eſt illam demandare, *leg. ſolent 6. §. Sicut autem , ff. de Offic. Procvaſul. , & leg. prima §. Qui mandat ff. de offic. ejus, cui mandat. eſt juriſdict.* , cùm iu noſtra Congregatione , & Monaſterio S. Jacobi , nulli amplius extent iſtiuſmodi Præpoſiti , ſivè alii Officiales Conventuales , aut electivi , ab alio vide-
licet , quàm ab Abbate , officio ſuo præpoſiti , 6
ii procul dubio ad illius beneplacitum removeri poterunt , per *Text. in cap. Monachi 2. , & cap. cùm ad Monaſterium 6. de ſtat. Monach. §.Tales ,* ubi optime *Gloſſ.* , *& Doctores* communiter , *Card. , Anchoran. , & Imol. in Clement. 1. de ſupplead. neglig. Prælat. , & cap. ſi gratiosè ,* cum ibi notatis per *Doctores de reſcript. in 6. , Gutierez practic. quæſt. lib. 3. quæſt. 11. num. 19. , Pignatell. conſult. canon. tom. 9. conſult. 143. num. 27. , Thomaſin. de veter. , & nov. Eccleſ. diſciplin. part. 1. lib. 3. cap. 69. ſub num. 11. ,* inquiens , *magni intereſt , unum in primis elucidari diſcrimen , videlicet Prioratuum Conventualium , & non Conventualium ; Conventuales electivi erant , & perpetui , ceteri in modum obedientiarium ab Abbatibus , vel Prioribus dabantur , vel adimebantur, cum ex re erat , Hoſtienſ. in Summ. rubr. de ſtat. Monach. num. 2. verſ. aliud in ſimplicibus Prioribus , Henric. Boich. in cap. Monach. in fin. Cod. tit. , & cap. qualiter , & quando num. 5. de accuſat. verſ. quando verò agitur , Faguan. ibidem num. 53. , & num. 102. , Barboſ. in Collect. ad cap. cùm ad Monaſterium 6. de ſtat. Regular. in fin. , Silveſt. verb. Abbas num. 65. , Rota coram Pamphil. deciſ. 112. n. 3. , & ſeqq. ad fin. par. 4. rec. tom. 1.*

Nilque turbat , quod , licèt , ex cenſura mox relatæ Regulæ abolitis Præpoſitis , qui non ab Abbate , ſed ab alio ad ſuum officium inſtituebantur , omnes ad normam obedientialium redacti , liberæ Abbatis poteſtati ſubjecti fuerint , nihilominùs eadem Regulâ illi certus modus præſcriptus fuerit , videlicet *Quod Præpoſitus , ſi repertus fuerit vitioſus , aut elatione deceptus ſuperbiæ , aut contemptor Sanctæ Regulæ fuerit*
comprobatus , admoneatur verbis uſque quater ; ſi 7
non emendaverit , adhibeatur eidem correctio diſci-

sciplinæ regularis, quod si neque sic correxerit, tunc dejicitur de Ordine Præpositura, & alius, qui dignus est, in loca ejus subrogetur. Quod etsi postea in Congregatione quietus, & obediens non fuerit, etiam de Monasterio expellatur. Cogitet tamen Abbas, se de omnibus Judiciis suis Deo rediturum rationem, ne fortè invidiæ, aut zeli flammâ urat animam suam. Dùm igitur Regula, præter tot monitiones, vult etiam, quod adhibeatur correctio disciplinæ regularis, antequàm Præpositus ab officio suo removeri possit, dicendum proculdubio est, quòd Abbati concedere noluerit effrænatam potestatem destituendi Præpositum, etiam nullâ concurrente causâ, de quâ cùm in nostro casu non doceatur, minùs verò constet, in remotione Adversariorum servatam fuisse formam, à Regula præscriptam, illa idcircò, veluti inordinato arbitrio Abbatis facta, sustineri nequeat; Pluribus namque, & quidem validissimis responsionibus nos expedire possemus ab objectione ista desumpta ex mox recitatis verbis Regulæ.

Earum prima est, quod vis, & auctoritas Regulæ in eo consistit, quod, abrogatis Præpositis electivis, atque perpetuis, quorum deputatione summopere perturbabantur Monasteria, cum
8 detrimento regularis observantiæ, voluit, illos à solo Abbate deputari, illiusque plenæ potestati subjici, prout exposcebat rigor disciplinæ regularis, veluti præcipuum, & unicum finem, optantis, *ne aliqui aut labore diurno minimè conficiantur, aut rerum temporalium administratione inveterati, animæ suæ curam obliviscantur, & subjectionis, & spiritualium exercitiorum fructu priventur*, juxtà verba Ceremonialis Benedictini, atque id est, quod Regula non solùm directivè, sed præceptivè, atque coactivè disponit; dum verò in postrema ejusdem parte Abbatibus insinuatur modus, cum quo in hujusmodi Præpositorum destitutionibus procedere debent, id non præscribitur vi coactivâ, tradendo formam, quam Abbates sequi obligentur, sed solùm vi quadam directivâ, sivè per
9 modum consilii Abbati tradit modum, cum quo in similium Officialium destitutione procedere debeat, qui modus cùm à Regula non fuerit pro forma, necessariò adimplenda, servandaque, præscriptus, ut satis innuere videtur sententia illa Regulæ, quà Abbas admonetur, *quod cogitet, se de omnibus judiciis suis Deo rediturum rationem, ne fortè invidiæ, aut zeli flammâ urat animam suam*, non derogat idcircò, nec limitat potestatem Abbatis pro libito remo-
10 vendi Præpositum, ex celebri doctrina *Gloss. in Clement. 1. verb. inhibentes de jurepatr.*, ubi docet, quod, quando jam data est jurisdictio pura, commissio sequens, cum certa qualitate, non inducit formam, nisi aliud exprimat, quam notat, & sequitur *Felin. in cap. cùm dilect. 22. in verb. de formæ observantia col. 3. vers. nonum signum*. Nec adest aliud signum pro formæ inductione, juxta ea, quæ adducit ibi *Felinus, Honded. lib. 1. consil. 27. num. 28. vers. & ut quid de forma, Nevizan. cons. 70. num. 34. vers. quartò ut sit de forma*, & conferunt tradita per *Sanchez de Matrim. lib. 2. disp. 34. num. 27.*

Atque hunc esse germanum sensum Regulæ, satis demonstrari posse videtur ex eo, quod, si Regula ista intelligenda, interpretandaque est ad mentem Juris, & Sacrorum Canonum, dicendum procul dubio est, quod, si tum in secularibus, tùm in regularibus Beneficiis, & of- 11
ficiis, ii, qui, tamquàm obedientiarii, & manuales, illorum administrationi præponuntur, pro libito Præponentis removeri possunt, *Abb., Dec., & alii in cap. ad nostram de confirmat. util., vel inutil., Navarr. comment. 4. de regular. num. 25., Barbos. in cap. cum ad Monasterium num. 7. verb. nec alicui de stat. Monach., Sanchez in præcept. Decalog. lib. 7. cap. 29. nu. 104., Jo. Selva de Benefic. par. 3. quæst. 67. num. 1., Mandos. in regul. 3. reservat. quæst. 11. num. 13., Garz. par. 1. cap. 2. num. 66., Flamin. de resignat. lib. 11. quæst. 3. num. 81., Gambar. de auctorit. Legat. à Later. lib. 4. cap. 1. num. 15., Monet. de commut. ultim. volunt. cap. 11. nu. 100., Campanil. in diversor. Jur. Canon. rubr. 12. cap. 7. num. 21., Pyrr. Corrad. in prax. benefic. lib. 1. cap. 6. num. 278., & seqq.*, dicendum, inquàm, est, quod pro libito etiam removeri posse, voluerit Præpositos istos, alioquin non essent obedientiales, quales illos effecit Regula, cum menti, ac dispositioni Juris adverse- 12
tur, quod causa, & ordo iste plurium monitionum, & correctionum regularis disciplinæ præcedere debeat amotionem illius Officialis, qui merè obedientialis est, atque manualis, ac proindè, nullo servato Juris ordine, potest amoveri, ut ait *Fagnan. in cap. qualiter, & quando sub num. 102. de accusat.*, ibi = *sivè nullâ causâ, & nullo Juris ordine servato* =, & potest hodie mitti, & in crastinum revocari, ut loquitur *Hostiens. in cap. Monach. num. 5., & cap. cùm ad Monasterium num. 20. de stat. Monach. sub num. 28. versic. dicens Priores*.

Verùm longè magis hunc esse sensum dictæ Regulæ, confirmant solemnes illius declarationes, pluries, pluriesque factæ, ac subsecutâ observantiâ confirmatæ: *Abbas* enim *Smaragdus*, 13
primus Regularum Ordinis Divi Benedicti Commentator, in *d. cap. 65.* hæc ait = *Mos eorum tunc erat, ut, quando Abbas ordinabatur, tunc ab eodem Episcopo, & ab aliis eorum adstantibus Abbatibus, & Præpositis ordinaretur, sed quia indè superbiæ vitium nascebatur, jam non ab alio hodie apud nos ordinatur, sed à propria Abbate Præpositura illi injungitur obedientia, ut, quandocumque Abbati visum fuerit, ab ipso ministerio Præpositi mutetur, ne fomes illi superbiæ nascatur*; Interpretationem antiquissimi Commentatoris dictæ Regulæ in suis Statutis 14
amplexa fuerunt plura ejusdem Ordinis Cœnobia, & Congregationes, illa nempè, totius Ordinis Benedictini primaria, Cassinensis, in qua constans est, & perpetuum, Superiores plenissimam habere potestatem, *ad nutum, & voluntatis beneplacitum*, Priores, aliosque Officiales temporales, *absque aliquâ caussæ cognitione, absol-*

absolvendi, *&* amovendi à suis regimine, &
administratione, ut patet *ex Bullario ejusdem*
Congregationis constitut. 53 num. 6., constit. 54.
num. 7., constit. 57. numero 2. 3., constit. 110.
num. 6., constit. 129. num. 9., & 19., const. 245.
num. 2., & 3.; illudque servatur in Abbatia San-
cti Uberti in Ardenna, Diœcesis itidem Leo-
dien., prout etiam idem declaratum fuit in Sta-
15 tutis Congregationis Bursfeldensis, in Germa-
nia vigentis, & plusquam centum, & quinqua-
ginta Monasteria sub se habentis, ut meminit
Barbos. in Decretal. lib. 3. de stat. Monachor. in
princip. num. 3., & deoique ità observatum
fuisse, constat, in aliis Monasteriis ejusdem Ordi-
nis, & Diœcesis, in quibus Abbates istiusmodi
Officiales, pro libito instituunt, ac destituunt:
16 agnoverunt enim, quantum pro tuenda, reti-
nendaque regulari disciplina expediat, ut alicui
officio ab Abbate præpositi, nudâ illius volunta-
te, & sinè causâ possint ab eo removeri, *Fa-*
gnan. in cap. cum ad Monasterium sub num. 33.
§. Sed his non obstantibus de stat. Monach., ibi =
Quia expedit, ut nudâ voluntate etiam sinè cau-
sâ possit illos ad Claustrum revocare =, & in Prio-
ribus Congregationis Montis Virginis, qui mi-
litant sub eadem Regulâ Benedictinâ, hanc
sententiam, scilicet sinè ullâ causâ removeri
17 posse, probavit *Sacra Congregatio*, specialiter à
Sanctissimo deputata super statu regulari *die 7.*
Martii 1650., teste *Fagnano dict. cap. cùm ad*
Monasterium de stat. Monach. sub num. 36. vers.
demum hanc sententiam, & in terminis ejusdem
Ordinis Benedictini, ultra mox relatas Consti-
tutiones Pontificias Congregationis Cassinen.,
plenè habetur *per Rotam decis. 346., & ibi Ad-*
den. coram Buratt., Barbos. in Collect. super eo-
dem cap. num. 9. in verb. sinè contradictione, ubi,
quod Monachus Abbati contradicere non po-
test, si velit eum amovere, *Fr. Emanuel. quæst.*
regular. tom. 2. quæst. 18. art. 2., Tamburin. de
jur. Abbat. tom. 3. disputat. 5. quæst. 14. nu. 7.,
ubi, quod neque valet Statutum, quod Monachus
18 per Abbatem removeri non possit sinè consen-
su Conventus, ex *Fagnano in d. cap. cùm ad*
Monasterium num. 11.

Alia ratio non, qua istiusmodi objectio eludi
potest, desumitur ex eo quod ordo præscriptus
in dicta Regula, referri debet ad eos casus, in
quibus ratione alicuius ex delictis, in eadem re-
19 censitis, Abbates in figura Judicis, & crimina-
liter procedunt ad Præpositi, de excessu corre-
pti, & in contumacia, ac incorrigibilitate per-
sistentis, depositionem, & expulsionem ab offi-
cio, huncque Regulæ intellectum dederunt
illius Commentatores, signanter Eminentissi-
20 mus *Turrecremata in sæpedicto Capitulo 65. de*
Præposito Monasterii in principio, prælaudatus
Abbas Smaragdus in fine, Menad. de Concordia
Regularum Sancti Benedicti cap. 27. eod. tit. §. 9.
Regulæ Orientalis vers. hi itaque, &, ceteris
omissis, disertè Caramuel. Theolog. Regular. in
Commentar. ejusdem Regulæ disp. 135. nu. 1755.
de Priore incorrigibili, ubi notat, hunc esse
casum specialem, in quo Abbates non solum
possunt, sed omnino compelluntur hujusmodi
Priores deponere, & auctoritate Regulæ pro-
scribere, imò, crescente contumaciâ, etiam de
ipso Monasterio expellere, ex depositione *dicti*
cap. 65. in fine; Verùm, cùm certi juris sit, quod
extra hunc casum nullâ servatâ formâ judiciariâ
extrajudicialiter, & ordinario usu suæ auctori-
tatis procedere possint ad Officialium destitu-
tionem, tunc sanè absolutum est, quod nec mo-
nitionem ullam, nec correctionem regularis 21
disciplinæ adhibere teneantur, *Fagnan. in cap.*
cùm dilectus de consecrat. num. 46. vers. neque
verò dubitari, Aldan. lib. 3. Canon. resol. cap. 4.
num. 15., Barbos. super Concil. Trident. sess. 14.
de reformat. cap. 1. in fin. vers. Prælatis Regula-
ribus, Tondut. quæst. benefic. tom. 1. cap. 41.
num. 25., Rot. in recent. decis. 15. sub num. 7.
vers. hinc enim colligitur, Abbates, & decis. 17.
sub num. 2. par. 1., si enim, etiam ad censuram
extrajudicialiter infligendam in casu permisso, 22
monitio, alioquin præmittenda, non est neces-
saria, ut docent *Doctores in cap. dilect. de sent.*
excomm. in 6., Fagnan. in cap. procuration. de
censib., & cap. Sacr. num. 13. de sentent. excomm.,
Covar. in cap. alma mater par. 1. §. 9. num. 6.,
Tamburin. de jur. Abbat. tom. 2. disput. 14.
quæst. 3. num. 4.; multò minùs pro remotione
ab officio, quæ est levioris præjudicii, alioquin
Abbates si antequàm ad Officialis destitutionem
devenire possent, non solum causam remotio-
nis inquirere, sed præterâ, eâ detectâ, pluribus
monitionibus, & pœnâ aliquâ salutari imposi-
tâ, illius protervıam in ordinem redigere co- 23
gerentur, jam nullum ampliùs discrimen esset
inter Officiales Conventuales, & obedientia-
rios, qui tamen cum in exercitio sint pares, in
hoc solum differunt, quod primi sinè causâ re-
moveri nequeunt, alii verò etiàm sinè causâ
destituuntur, *Gloss. in cap. Monach. secundo verb.*
mutentur, & in cap. cùm ad Monasterium verb.
perpetuò de Stat. Monach., aliique in §. Cum ita-
que, supra laudati.

Verum, his, aliisque omissis responsionibus,
validius urget illa promanans ex ejusdem Re-
gulæ mente, & litera, quod nempè, licèt illa
in destitutione, facienda ab Abbate, certum
præscripsisset ordinem, & modum, in eâ servan-
dum, nihilominus, cum indefinitè non loqua-
tur de remotione cujuscumque Officialis, sed
præcisè disponat de destitutione Præpositi, & in
casu nostro de ea non agatur, sed de remotione
Superioris, Computatoris, & Æconomi, isto- 24
rum respectu penitus cesset dispositio Regulæ,
quæ, dùm expresè disponit respectu certæ perso-
næ, & casus, cetera sub juris communis dispo-
sitione reliquisse censetur, *ad Text. in leg. commo-*
dissimè, ubi Doctores communiter ff. de liber., &
posth., leg. Bebius Marcellus ff. de pact. dotal. cum
concordan., quidquid enim expresè non muta-
tur, stare non prohibetur, *Leg. sancimus 27.*
Cod. de testam., Gloss. in cap. cum causam 37.
de Testib., & quod in speciali provisione non 25
dicitur, sub regulâ generali remanet intactum,
Leg. præcipimus 32. Cod. de appellat., ibi = *Quid-*
quid

quid autem hac Lege non specialiter videtur ex-
pressum, id veterum Legum, Constitutionumque re-
gulis omnes relictum intelligant = & §. final.,
Auth. de administr. offic., Valenz. consf. 5. n. 36.,
& consf. 83. num. 90., ubi alios; Juris autem
dispositione, ac censurâ constitutum reperitur,
quod Superiores, atque Officiales, non Con-
26 ventuales, sed merè obedientiarii, qui solâ Ab-
batis auctoritate, absque canonicæ institutionis
titulo, alicujus officii exercitio præponuntur,
pro libito destitui, ac removeri possint, ut su-
prà fuit satis probatum, ità nimirum exigente
monachali obedientiâ, quæ, si propria est cujus-
que Monachi, ut ait Turrecremat. in Canon. hæc
autem distinct. 35. num. 7. vers. virtus Religiosi,
præcipuè tamen in Regula Sancti Benedicti, cu-
27 jus fundamentum unicum, & spiritus dicitur
perfecta obedientia, ut advertit Petr. Damian.
opusc. 13. cap. 6., & Benedict. Hæsten. disquisit.
Monast. lib. 2. tract. 7. disquis. 6. fol. 186., cum
ea de causa Divus Benedictus constituerit in suis
Cœnobiis regimen monarchicum, ut notat
idem Hæsten. lib. 3. tract. 5. disput. 6. in princ.,
qui etiam in Synops. doctrin. S. Benedict. sive
Cathechism. Monast. par. 2. disput. 12. fol. 277.
sic eleganter ait = Sicut de Lege Dei dicitur,
plenitudo Legis est dilectio, ità de nostra regula
usurpare licebit: Regula tota in uno sermone im-
pletur præceptis Abbatis in omnibus obedire, &
plenitudo Legis cœnobiticæ est obedientia = & hinc
promanat, quod neque per Statutum fieri pos-
sit, quominus Abbas possit pro libito Mona-
28 chum removere, utpotè quia ejusmodi Statu-
tum esset obedientiæ destructivum, & contra-
rium, ut docet Abb. in cap. cum inter 16. de
elect. sub num. 2., & cap. cum ad Monasterium
de Stat. Monach. num. 11. vers. ex his infero,
Dec. in cap. ad nostram de confirmat. util., vel
inutil. num. 19., Rebuff. de pacific. possessor.
num. 294., Sanchez in præcept. Decalog. lib. 7.
cap. 29. nu. 197., Roderic. quæst. regular. tom. 3.
quæst. 23. artic. 9., Tamburin. de jur. Abbat.
tom. 3. disput. 9. quæst. 14. num. 7., Rota coram
Buratto decis. 346. num. 5. vers. nec etiam con-
suetudo, & coram Pamphilio impress. par. 4. re-
cent. dec. 112. num. 5. vers. minùs obstare; Proin-
deque, cùm tàm ex juris mente, quàm ex Re-
gulæ censura tales sint illi, quos Abbas Princi-
palis noster à suo officio removit, Is sinè causâ,
&, nullo servato ordine, justè removisse dici
debet.

Ex quibus præclusum videri potest confu-
gium ad observantiam, quæ à Parte Adversa
vigere supponitur penès Ultramontanos, juxtà
quam requiri dicitur justa aliqua causa, ut Ab-
bates ad istiusmodi Officialium destitutiones
procedere possint, cujus observantiæ apud Fa-
gnan. in d. cap. Cùm ad Monasterium meminerunt
nonnulli antiquiores Canonistæ; Verùm præterea
illam aggrediendo dicimus, quòd, si, juxtà ex-
pressam censuram, & dispositionem Regulæ
in Monasteriis Ordinis Sancti Benedicti, illo-
rum ordinatio pendet ab arbitrio Abbatis, si,
29 ne in Monasteriis dissentiones, & scandala nu-
trirentur, submotis Præpositis, aliisque simili-
bus Officialibus Conventualibus, relicti in eis-
dem fuerunt Officiales merè obedientiarii, in
dubium venire nequit, quin iidem obnoxii fa-
cti fuerint dispositioni Juris, & praxi, toto alio-
quin Christiano Orbe receptæ, juxtà quam ii,
qui sinè collatione tituli præponuntur simplici,
ac precariæ administrationi alicujus Beneficii,
sive officii, tàm secularis, quàm regularis, sinè
ullâ causâ, & prò libito Constituentis a sui of-
ficii exercitio, atque administratione dimitti
possunt, ut agendo promiscuè de officiis, Bene-
ficiisque regularibus, ac secularibus, egregiè te-
stantur Card. Zabarell. in Clement. 1. §. Præmis-
sa num. 4. in fin., Dec. in cap. ad nostram n. 23.,
de Confirmat. util., vel inutil., Imola num. 44. de
suppl. neglig. Prælat., Joann. Andreas in cap.
singula circa fin., Ancharan. num. 4., Franch.
num. 5., Geminian. num 10. de Præbend. in 6.,
Vitalin. in Clementin. unic. num. 57., Abbas in
cap. edocere num. 10. de Rescript., Hostien. n. 8.
de Præben., Passarin. in cap. licèt num. 7. de Of-
fic. Vicariorum in 6., Geminian. consil. 30. n. 3.,
& 4., Butr. consf. 51. num. 7.

Ità etiam tradunt omnes moderniores tàm Ultramontani, quàm Citramontani, è quorum numero, rejectis contrariis, Gonzalez ad regul. 8. Gloss. 5. §. 6. à num. 40. usque ad 50., ubi advertit, vix in praxi aliter servari posse, Garz. de Re Benefic. part. 1. cap. 2. num. 2., Guttierez lib. 3. quæst. 11. sub num. 18., Navarr. comment. 2. de Regularibus num. 65., Rodriguez quæst. regular. tom. 1. quæst. 34. art. 9., Perez de Anniversar., & Cappellan. versic. potest removere ad nutum, Barbos. de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 6. num. 65., Sanch. lib. 7. moral. cap. 19. num. 107., 111., 124., & seq., Pellizzar. de Regular. tom. 2. tractat. 8. cap. 4. sect. 4. num. 109. fol. mihi 593., Card. de Luc. de Benefic. disc. 97. num. 6., Pignatell. tom. 9. consultat. 143. num. 24., Frass. de Reg. Patron. Indiar. cap. 6. num. 24., Antonell. de Regim. Eccles. lib. 2. num. 92.

Ità perpetuò, & indiscriminatim tenuit Sac. Rot. in Causis, tàm citrà, quàm Ultramontes, Rubeus in singular. part. 2. circà stylum, & observantiam §. 5. incipien. Rota sequitur hanc opinionem, & ad decis. 2. num. 222. part. 3. recent., & ead. Sac. Rot. Rom. decis. 778. num. 2. part. 1. diversor., & decis. 112. num. 3., & seq. part. 4. tom. 1. rec., cor. Carillo decis. 96. per tot., cor. Cavaler. decis. 72. num. 5., in rec. decis. 325. num. 2. part. 2., in Hispalen. Juris amovendi Curatos decis. 15. num. 32., dec. 53. num. 82., decis. 85. num. 19. cum seq. cor. Peutinger., in Giennen. Juris mutandi cum causa, vel sinè 11. Februarii 1704. §. Etenim cor. R. P. D. Lancetta, & novissimè in Nullius Provinciæ Hispalen. Juris amovendi Vicarium 21. Februarii 1707. §. Stabilito, ibi = Stabilito, quod Marchio de Estepa possit amovere Vicarium, & Judicem deputatum pro exercitio jurisdictionis ecclesiasticæ, censuerunt Domini, ad eamdem amotionem procedere posse, etiam sinè causâ, quia agitur de officio, de sui natura amovibili, & ad be-

beneplacitum revocari possit, ex congestis per Passerin. = ; *& in confirmatoria 10. Junii 1707. §. Eo autem pacto cor. eodem*, ibi = *Agitur namque de Vicariis, qua non conferuntur in titulum, sed providentur ad nutum Deputantis, unde eorum amotio fieri potest ex sola voluntate Deputantis, etiam sinè causâ, adinstar illius liberæ remotionis, quæ fit de famulis, quorum loco deputantur* =, *& in alia subsequenti confirmatoria cor. R.P.D. Aldrovando 12. Decembris 1706.* ; Ità tandem tenent etiam hodie Germani, ut probat Juris scriptum prò veritate editum in hoc peculiari casu per eximios Doctores celeberrimæ Universitatis Lovaniensis, quod distribuitur Eminentissimis Patribus.

Quamobrem, ut prætextu similis observan-
tiæ derogatum dici posset menti Regulæ, &
apertæ Juris dispositioni, communi totius Or-
30 bis praxi, ac consensu receptæ, ea probanda
esset legitimis, atque omninò concludentibus
probationibus, atque testimoniis, cujus sanè
generis non reputantur illæ, quæ desumuntur
ex enunciativis, atque assertionibus alicujus,
licèt eximii Scriptoris, quippè illius testimo-
nium tanti non valet, ut illo sufficienter con-
stabilita dici queat observantia, per ea, quæ
31 tradont *Cora. cons. 89. lib. 4.*, *Franc. Curt.
cons. 78. colum. final.*, *Dec. cons. 142. colum. 3.*,
& in cap. ad audientiam colum. 2. de Rescript.,
Nevizan., qui plurimos adducit, *cons. 45. n. 7.
vers. quidquid dicant*, *Bursot. cons. 16. num. 32.
lib. 1.*, quorum opinionem Rota semper proba-
vit, *Rub. in singular. tom. 1. ad decis. Mohedan.
fol. 355.*, *& tom. 2. circa stylum Rotæ verb. con-
suetudo §. 2.*, *Rota coram Mohedan. decis. 209.*,
& decis. 276., *coram Ludovis. decis. 274. num. 5.*,
coram Seraphino decis. 1349. num. 5., *coram
Coccino decis. 123.*, & eò magis circa decisoria,
32 quæ debent formiter, & concludenter probari,
Rota in recentior. decis. 236. num. 5., *ubi con-
cordan.* ; Prout etiam talis consuetudo legitimè
introducta dici nequit, ex eo, quod longissimi
temporis spatio ita observatum fuerit, quia,
cum versemur in genere actuum facultativo-
rum, quales dicuntur remotiones, ac destitu-
tiones similium Officialium, fit proinde locus
33 regulæ, quâ edocemur, quod in facultativis
nulla legitima quasi possessio quæsita, aut con-
suetudo obligatoria constituta dici potest ex
contrariis actibus, qui, si ex mero arbitrio per-
mitti potuerunt ab eo, qui Jure suo uti noluit,
eidem derogasse dici nequeunt, ut, omissis ge-
neralibus, in nostris præcisis terminis remotio-
nis, ac destitutionis istiusmodi Officialium do-
34 cuerunt *Abb. in cap. ad notitiam de confirmat.
util., vel inutil.*, quem sequitur *Dec. eod. loc.
num. 22.*, ibi = *Quia cum talis revocatio esset in
facultate Abbatis, si non est usus tali facultate,
consuetudo non inducitur, quia in actibus merè
facultatis consuetudo non inducitur* =, *Fagnan.
in cap. cum ad Monasterium num. 37. vers. am-
pliatur conclusio de stat. Monach.*, *Gonzal. ad
Regul. 8. Cancellar. Gloss. 5. §. 6. num. 35. vers.
contrarium*, *Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 3.
disput. 9. quæst. 14. sub num. 6.*, *Pignatell. con-
sult. Canon. tom. 9. cons. 143. sub num. 31. vers.
idque etiam*, *Rota decis. 178. num. 5. part. 2. di-
vers.*, *& in Legionen. confirmationis part. 4. rec.
decis. 112. in fine*.

Rectè igitur in similibus quæstionibus Do-
ctores censuerunt, quod, ut consuetudo, aut
observantia legitimè introducta dici queat,
non sufficit Scriptorum testimonium, quodque
ità diu, & quidem uniformibus actibus, lon-
gissimi temporis spatio continuatis, fuerit ob- 35
servatum, sed probandum est, quod Abbates
tentaverint istiusmodi Superiores sinè ullâ cau-
sâ, & pro mero eorum libito removere, quod-
que iidem tali remotioni minimè acquiescen-
tes, se in suorum officiorum possessione con-
servaverint, non quidem ex conniventia, aut
indulgentia Abbatis, qui illos removerat, sed
auctoritate Superioris, ad quem recursus habi-
tus fuisset adversùs irrationabile judicium Ab-
batis, & gravamen ab eo illatum Subdito, inju-
stè remoto, alioquin ex non usu facultatis
quantumcumque temporis effluxerit, nullum 36
Jus, & nulla possessio adquiritur, juxtà *Text. in
leg. hæc autem Jura cum ibi notat. ff. de servit.
Urban. Prædior.*, *Abb. in cap. ex parte num. 7.
de concess. Præben.*, *& in cap. significante 69. in
prim. notab. de appellat.*, *Covar. in regul. possef-
sor. part. 2. §. 4.*, *Gomez variar. cap. 15. n. 28.*,
Gayll. practic. observ. lib. 2. cap. 69. num. 9.,
Gratian. discept. foreaf. cap. 297. num. 10.,
Card. de Luca de Jurisdict. disc. 34. num. 30.,
Rocc. disput. Jur. select. cap. 84. num. 13., *Ma-
rescot. variar. resol. lib. 1. cap. 3. num. 12.*, *Rot.
part. 16. decis. 236. num. 12.*, ubi, quod con-
suetudo non relevat, nisi probetur, quod quis
invitus juxtà consuetudinem agere fuisset ad-
strictus, *part. 18. tom. 2. decis. 544. num. 20.*, *&
decis. 820. num. 18.*, *ubi concordan.*, id autem
non probatur in casu nostro, cum non afferan-
tur similes reclamationes Officialium destitu-
torum, qui contrario majoris auctoritatis im-
perio, invitis Abbatibus, in suis officiis manu-
teneri obtinuerint.

Certiùs verò hæ concludentissimæ probatio-
nes requiri videntur in nostra hypothesi, quia
contraria ista observantia, & consuetudo pro-
batur auctoritate *Innocent.*, *Joann. Andr.*, &
aliorum antiquissimorum Scriptorum, à *Fa-
gnano* relatorum, ideòque, tametsi contrà mox 37
firmatas regulas, ob eorum eximiam, om-
niumque maximam auctoritatem plenè ulla
probata dici posset observantia, nihilominùs,
vel eadem esset redigenda ad mentem Juris, ut
videlicet procederet, quoties justa urgeret su-
spicio, quod Abbates suæ potestatis abusu ex
odio, & malitia, atque irrationabili judicio ad
alicujus Officialis remotionem devenissent, ut
non obscuris verbis se in hoc sensu loqui innuunt
Innocent., *Joann. Andr.*, *& gloss.*, à *Fagnano
relati in d. cap. cum ad Monasterium* ; quo casu
justa procul dubio esset talis consuetudo, cum,
exemplo omnium tùm Civilium, tùm Cano-
nicarum Sanctionum, nostra etiam Regula de-
te-

testetur in Abbatibus abusum eorum potestatis
38 io præjudicium innocentium, atque omni cul-
pâ vacantium Subditorum, ut patet ex illis, ali-
bi relatis verbis = *Quod cogitet* (nempè Abbas)
*se de omnibus judiciis suis Deo redditurum ra-
tionem, nè fortè invidiæ, aut zeli flammâ urat
animam suam* = ; Vel, cum iidem præclari, sed
antiquissimi Scriptores testes esse potuerint con-
suetudinis dumtaxat, quæ eorum tempore,
pluribus videlicet abhinc seculis vigebat, fru-
39 strà illa afferretur ad decisionem hodiernæ con-
troversiæ; nam, quemadmodum Leges scriptæ,
quas alioquin perpetuò mansuras esse decet, ni-
hilominùs mutantur, declarantur, & persæpè
etiam abrogantur, faciliùs Jus non scriptum,
consuetudines nempè, & observantiæ, utpotè
pendentes à Populi, sive Universitatum mori-
bus, & consensu, faciliùs in dies mutari pos-
suot, contrariâque tolli consuetudire, probao-
dum itaque exadversò esset, quod consuetudo,
cujus illi meminerunt, hodiedum vigeret, ut
ad ejusdem normam præsens controversia de-
cidi posset.

Tantum verò abest, quod istiusmodi con-
suetudo modernis etiam temporibus in Germa-
nia vigere dici possit, ut eadem argumentis, &
40 probationibus, luce clarioribus, penitùs ex-
clusa videatur; nam, omisso, quod, ut dictum
est superioribus locis, & luculenter probant
auctoritates, inibi copiosè congestæ, contrariâ
quâvis posthabitâ opinione, atque observantiâ,
hoc Jure hodiè ubique vivitur, ut nempè Ab-
bates, ceterique Prælati regulares, Superiores
non conventuales, sed merè obedientiarios
sine causâ, & ipsorum arbitiro officio suo de-
stituere possint, ità quidem, ut Doctores, con-
trarium tenentes, jure, meritòque contrà com-
munem, loqui dixerit *Rota in Nullius, seù
Hispalen. Juris amovendi* 10. *Junii* 1707. *§. Eo
pacto cor. Rño Molines, apud quem concordan.*,
plurimùm urgere posse videretur Sacrosanctæ
Tridentina Synodi Decretum *sess.* 25. *cap.* 2. *de
Regular.*, statuens, similes Officiales *ad nutum
Superiorum amovibiles* esse, quibus verbis, io-
stauratâ veteri Ecclesiæ disciplioâ, si restituta
fuit Abbatibus, & Prælatis regularibus omni-
moda potestas destituendi Officiales, ab ipsis
alicujus officii exercitio præpositos, oon est,
cur exadversò allegari amplius valeat consue-
tudo ulla, aut observantia; hæc eoim, tam-
quam corruptela, sublata jam fuisset Conciliari
41 Sanctione, quæ vigore *Bullæ fel. rec. Pii IV.*,
confirmatoriæ *Concilii*, utpotè munita clausulâ
sublatâ, & *Decreto irritante*, quamcumque
consuetudinem tàm præteritam, quàm futu-
ram substulisse censetur, *Butr. in cap. cum tanto*
11. *num.* 53. *circa med. de consuetud.*, *Alexand.
cons.* 134. *sub num.* 33. *lib.* 6., *Farinacc. consil.*
202. *num.* 8. *lib.* 3., *Gratian. decis.* 16. *num.* 9.,
Pignattell. consult. Canon. 88. *num.* 6. *lib.* 4.,
plenè *Meroll. disput. moral. de privileg. disput.* 5.
cap. 2. *divis.* 3. *num.* 73., *& plurib. seqq.*, etiamsi
ageretur de consuetudine plurium seculorum,
quæ nihilominùs virtute Decreti irritantis per-

empta penitus fuisset, ut in terminis Decreto-
rum Coocilii docuit *clar. mem. Card. de Luca
de Jurisdict. disc.* 95. *num.* 7., *& seq.*, & gene-
raliter sæpiùs firmavit *Rota coram Cavaler. de-
cis.* 111., *coram Merlin. decis.* 814., *coram Pen-
tinger. decis.* 30. *num.* 8. *vers. nec obstat, quod
Indulta, & vers. quia ultrà quod, coram Card.
Cerro decis.* 572. *num.* 9., *& seq.*, *in Majoricen.
Indultorum apud Dian. part.* 6. *fol.* 211. *§. Nec
applicari visa est immemorabilis, & decis.* 42.
num. 22., *& seq. post Novar. in Summ. Bullar.*

Sed propius accedeodo ad rem nostram, quo-
nam pacto affirmari potest, quod in Cœnobiis,
viventibus sub Regulâ S. Benedicti, militet con-
suetudo, sive observantia contraria dispositioni
Juris, ac menti Sacrosanctæ Trideotinæ Synodi,
sancientis, Superiores Regulares, deputatos ab
Abbate, esse merè manuales, quando contra- 42
rium evidens, & apertum redditur, non modò
ex Statutis, & declarationibus plurium Mona-
steriorum, Regulam S. Benedicti profitentium,
quorum mentio facta est superioribus locis, ve-
rùm etiam Decretis visitationis factæ à Reve-
rendissimo Nuntio Apostolico, quibus manua-
litas ista confirmatur, hæc enim omnia procul-
dubio adversantur suppositæ exadversò consue-
tudini, atque observantiæ, quæ vel nulla un-
quam adfuit, vel penitùs interversa remansit 43
hisce contrariis solemnibus actibus, *Bartol. in
leg. semper in stipulationibus, & ibi Cagnol.
num.* 12. *ff. de regul. Jur.*, *Bero cons.* 5. *num.* 23.
lib. 1., *Sard. cons.* 393. *num.* 23., *&* 24. *tom.* 3.,
Schrader de Feud. part. 10. *sect.* 20. *num.* 157.,
Rot. cor. Ludovis. decis. 162. *num.* 9., *ibique Ad-
den. num.* 15., *cor. Otthobon. decis.* 45. *num.* 4.
part. 16. *Recentior.*, *decis.* 206. *num.* 17., *& decis.*
301. *num.* 13., ubi, quod frustrà allegatur con- 44
suetudo, quæ fuit judicialiter reprobata, & ha-
bet contrà se actum difformem, *& part.* 18. *decis.*
820. *num.* 21., *&* 22.; Qui sanè ultimi actus eò
fortiùs urgent in casu nostro, tùm quia ita fit
reditus ad dispositionem Juris communis, ad
cujus assistentiam cooservandam quilibet actus,
& quælibet etiam non rigorosa probatio sufficit,
& attenditur, ut ait *Rebuff. de congr. port. num.* 45
10., *& seqq. post Innocent. in cap. auditis de præ-
scription. sub num.* 4., *Rota cor. Seraph. decis.*
1437. *in princ.*, *decis.* 153. *num.* 20. *part.* 11. *re-
centior.*, *& decis.* 382. *num.* 13., *&* 14. *part.* 16.,
ubi, quod hoc casu ad destruendam cootrariam
consuetudinem unicus actus est sufficiens, quam-
vis mille anteà pro consuetudine concurrerent,
ex regula, quod in conflictu prævalere debet ob-
servantia magis conformis Juris dispositioni,
Rota in Romana Salviani 15. *Junii* 1693. *§. Ne- 46
que efficaciam cor. Rño D. Herveult. Archiepi-
scopo Turonen.*, tùm etiam, quia iisdem robur
addit Decretum Reverendissimi Nuntii Visita-
toris Apostolici, qui id, quod plura particularia
Cœnobia, ac Congregationes deelararunt, per
modum Legis observandum esse, constituit; Ju-
re proinde, meritòque Universitas Lovaniensis
hanc veritatem agnoscens, illam confirmavit do-
cto Responso, quo testatur, in eis Regionibus, 47

Abbatibus competere facultatem amovendi Officiales ad outum, & sine causâ.

Hæc igitur cùm ità se habeant, & plenè his omuibus constabilitum fuerit, quod vigore Regulæ, penitùs submotis Præpositis, & Officialibus conventualibus, omnes effecti fuerint merè obedientiarii, quodque iidem, ficuti solius Abbatis auctoritate instituuntur, sic etiam, iostar Officialium manualium, ejusdem arbitrio destitui queant, absque eo quod prætextu Regulæ, vel contrariæ consuetudinis, causa ulla pro dicta remotione facienda requiratur, quippè Regula requirens præcedentes mooitiones, & correctionem disciplinæ regularis, ob plures rationes, & præsertim ob illam, quod loquatur de solo Præposito, & in casu, quo contra eum procedendum sit judicialiter, applicari nequit nostræ hypothesi; Consuetudo verò contraria nullo pacto vigere dici posset in Germania: ex his, inquam, plana redditur resolutio secundi Dubii, videlicet remotiones Religiosorum ab Officiis, per Abbatem factas, sustineri, quippè illi, utpotè nullo electionis, aut alio canonico titulo fulciti, sed solius Abbatis auctoritate instituti, ab eo destitui etiam poterant, quamvis nulla eosdem destituendi causa urgeret; Et sanè hæc causa si ex toto genere nunquam requiritur in remotione Officialium, qui alterius voluntate, atque auctoritate deputati, precariam dumtaxat obtinent officii administrationem; Potiori Jure requirenda non est iu desti-
48 tutione similium Officialium Regularium,
quos, si officio suo justa aliqua ex causa destitui contingat, pro decore Religionis illam patefieri non expedit, ut coosiderat *clar. mem. Card. de Luc. de Regular. disc. 15. num. 9. in fin.*; si vero oulla culpæ, aut alia extrinseca urgeat causa eos removendi, nihilominùs semper plurimùm valet intrinseca ratio, quâ moventur Sacri Canones, Officiales Regulares, obedientiarios, & manuales esse, sancientes, ne cupiditate dominandi aliis, & ambitionis spiritu abrepti, tyrannidem sibi adsumant, ut ait Regula *d. cap. 65. in proem.*, vel rerum temporalium curâ, atque administratione à Monasticæ disciplinæ, & Regulæ observantia penitus distrahantur, ut ex Ceremoniali Benedictino, prout certè contingeret, si similes Officiales contrà suos Abbates in officii exercitio se confovere possent, obtendendo defectum causæ, ex qua removeantur, sic enim cootumaces, & protervi, *& contrà Abbatis voluntatem, & ordinationem facientes*, efficereutur melioris conditionis illis, qui Abbatis dicto audientes essent, ejusque voluntati obsequerentur; *procul autem abest à mente Patrum, ut Religiosis, dum sibi credunt aliquid durius imperatum, contradicendi, & etiam appellandi pateat facultas*, ut benè ait *Van. Espen. in Jus Eccles. univers. tom. 1. tit. 28. cap. 4. num. 23.*, & in proposito notanda sunt verba Papæ Innocentii III., *Abbat. Sublacen. in suprad. cap. Cùm ad Monasterium §. Tale et de Stat. Monach.*, ibi = *Sed cùm oportuerit amoveri, sinè contradictione qualibet removeatur.* =

Neque verò justo ullo colore remotio Officialium ab Abbate facta in oostra hypothesi impugnari poterit sub prætextu, quod idem ex malitia, odio, & irrationabili judicio ad talem destitutionem devenerit, quia, sicut benè *Cicero* in Oratione pro *Cluentio* Judices admonet, *cùm illam judicandi causâ tabellam sumpserit, non se putare esse solum, nec sibi, quodcumque cupierit, licere, sed habere in consilio legem, religionem, æquitatem, fidem; Libidinem autem, odium, invidiam, metus, cupiditatesque omnes amovere, maximèque æstimare conscientiam mentis suæ, quam à Diis immortalibus accepimus, quæ à nobis divelli non potest*, quonam pacto odio, & malitiâ motus censeri poterit Abbas, qui super speculâ positus, & prælectus, ut lux aliorum, Disciplinam, & Regulam sarctam, tectamque custodiendam accepit, redditurus Deo districtam rationem, ut in *cap. cùm ad Monasterium §. Abbas de Stat. Monach.*, ibi = *Vigilem curam, & diligentem sollicitudinem de omnibus gerent, ut de officio sibi commisso dignam Deo possit reddere rationem* =; Quamobrem, ut similes Officialium destitutiones, tamquàm irrationabiles,
& ex odio, ac malitia factæ, retractari queant, 49
oportet, ut id manifestis probationibus demonstretur, alioquin nullâ unquam justâ ratione præsumi poterit, quod Superior, qui licitè, & utens Jure suo, Officialem removere poterat,
id cum crimine, & delicto perficere voluerit, 50
ut in proposito tradunt *Fagnan. in dicto cap. cùm ad Monasterium num. 42. vers. in dubio tamen de Stat. Monachor.*, *Pignatell. consult. Canon. tom. 9. consult. 143. sub num. 34. vers. at verò regulariter*, *Rota coram Peutinger. decis. 15. num. 41.*, *& decis. 53. num. 92. vers. quod attinet*, *& coram Carill. decis. 96. in fin.*, moventurque regulâ, desumptâ ex *Textu in cap. estote de regul. jur.*, videlicet, actum illum, qui æquè referri
potest ad licitum, quàm ad illicitum, referen- 51
dum potius esse ad causam licitam, *Leg. meritò ff. pro socio, leg. si quis servum ff. de serv. corrupt. ubi Gloss. verb. cedere, leg. item apud Labeonem §. Si communem ff. injur., cum concordan.*, *Alciat. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 1., & seqq.*;
præcipuè in Religioso, de quo lex omnia benè 52
præsumit, *Canon. absit 11. quæst. 3.*, *Gloss. in cap. cùm ex injuncto de oper. nov. nunc.*, *& in Canon. præsentium in fin. 16. quæst. 1.*, *& in Can. expedit. 2. quæst. 1.*, *Tiraquell. in tract. de pæn. temp. caus. 51. num. 109.*, *Alciat. regul. 3. præ-
sumpt. 15. num. 2.*, ubi signanter de Abbate cor- 53
ripiente Monachum, quod lex præsumit pro eo.

Nec est, cur pro inducenda præsumptione odii, & malitiæ opponatur, Abbatem, post delegatam Informationis Causam Reverendissimo Nuncio, coram eo allegasse quasdam causas frivolas, & emendicatas, quæ prætereà insubsistentes esse, probantur attestationibus, à Patribus Adversariis adductis. Objectio namque ista facilè submovetur: Nàm, si quoties agitur de Officialibus merè manualibus, atque obedientiariis, illorum destitutio à Superiore fieri potest, etiam nullâ suppetente causâ, frustrà hodiè

quæ-

quæritur de relevantia causarum, quibus Abbas
Reverendissimo Nuncio exposuit, se ad talem
remotionem permotum fuisse, eas enim non at-
tulit ad effectum sustinendi remotionem Offi-
cialium, quos pro libito destituere poterat,
tametsi summæ integritatis, ac probitatis speci-
men semper dedissent, sed eâ reverentiâ, &
obsequio, quod exhibendum esse, noverat Re-
verendissimo Nuncio Apostolico, eidem expo-
suit, se auctoritate, ac potestate destituendi
Officiales, sibi subditos, abusum minimè fuis-
se, dùm plures urgebant causæ ad illos a suo of-
ficio removendos. Eædem verò, an frivolæ, le-
vesque censendæ sint, Eminentissimi Patres pro
eorum summa prudentia, ac religione dijudica-
re poterunt; perspicient enim, vel illas graviss-
simas, vel saltem tales esse, ut Abbatem vindi-
cent à suspicione doli, ac malitiæ, pro qua pe-
54 nitùs propulsanda, si, juxta illud, omnium ore
tritum, effatum: in quocumque actu sufficit quæ-
vis causa, quamvis fatua, & bestialis, ut, omissis
generalibus, in specie tradunt *Pignatell. dicta*
consult. 143. sub num. 37. vers. sufficitque per
Text. in leg. igitur §. Generaliter ff. de liberal.
caus., & leg. sed etsi lege §. Scire ff. de petit. he-
redit., Rota coram Carill. dicta decis. 96. n. 19.,
& in dicta Hispalen. Juris amovendi coram Pen-
ning. decis. 17. num. 44. vers. & quamlibet cau-
sam, & decis. 53. num. 111. vers. cum certum sit,
ubi latè concordan., profectò in dubium venire
nequibit, quin similes causæ exuberent pro su-
stinenda remotione, quæ valida fuisset, tametsi
55 nulla urgeret justa causa, quâ Abbas ad illam fa-
ciendam motus dici posset, ut benè notat *Boich.*
in cap. Monachi de Stat. Monach. in fin., ibi =
Aliàs nulla esset differentia, an cum malitia, vel
sinè malitia vellet eum removere, quia in nullo
casu posset pro libito voluntatis, quod tamen est
falsum, ut dict. §. Tales =.

Quamobrèm frustrà Pars Adversa pro de-
monstranda insubsistentia istiusmodi causarum,
plures attulit emendicatas attestationes de eo-
rum probitate, ac idoneitate in sibi commissis of-
ficiis gerendis, nemo quippè non scit, facilè simi-
56 lia testimonia comparari, illaque nullo nume-
ro habenda esse, quotiès vaga sunt, & generica,
qualia esse comperiuntur illa, à Parte Adversa
allata, proindeque in conflictu proculdubiò
prævalere debere testimonia Abbatis, speciatim
indigitantia illorum excessus, tum in suorum
officiorum exercitio, tùm in reliquis omnibus
ad regularem observantiam pertinentibus pa-
tratos; sed, his omissis, iterùm, iterùmque di-
cimus, frustrà de his disceptari; Nàm, cum
versemur in actu, qui, ut sustineatur, nullà
indiget probatione justæ causæ, sed satis est, ut
purgetur à suspicione malitiæ, & odii irratio-
nabilis, quis justà ratione affirmare poterit,
quod Abbas, auditis tot factis, & actibus, qui-
bus Adversarii notabantur, justà ratione motus
non fuerit ad illos destituendos, ut tolleret
offensionem, quam iidem afferebant probis, &
fide dignis viris, qui ipsorum vitia ad ipsum
57 detulerant; Profectò ut iidem justè, non autem
ex odio, & malitia ab officio removerentur,
satis erat, ut eorum fama apud aliquos probos
viros vacillaret, non enim in dolo est, qui
facit id, ad quod faciendum rumor, & fama
invitat, ut notat *Menoch. cum aliis præsumpt. 3.*
lib. 5. num. 26. & 27.; Ipse enim rumor, & fa-
ma vindicat actum à suspicione doli, *Bartol. in* 58
leg. cum quidam §. Quod dicitur ff. de acquir.
hered., *Oldrad. consil. 304. col. 3.*, *Cravet. cons.*
319. num. 4., *Guidopap. quæst. 301. in 4. effect.*,
ut enim notum est, non raro sola diffamatio
repellit ab ecclesiasticis officiis, atque Benefi-
ciis, ex *Textu in cap. Omnipotens 4., & ibi Felin.* 59
de accusat., cum grave sit, ut notat in eodem
Text. Gregor., quod vir, de quo talia nuncian-
tur, honoretur, *& ibi Gloss. notat concordan.*,
quod facilius admittendum est in Regularibus,
qui, tametsi fuerint canonicè electi, & institu- 60
ti, levioribus ex causis nihilominus removeri
possunt, ut expressum habetur in *Cap. Per tuas*
22. §. Tales de Simon., *Fagnan. in Cap. Qualiter,*
& quando num. 51. de accusat., sivè quià ipsi
perfectiores ceteris esse debent, ut notum est, 61
sivè quià non magnum est scandalum, quod
Monachus ab officio removeatur, & in ordi-
nem suum redigatur, ut ait *Gloss. in Cap. Per*
tuas verb. levioribus in fin., nullaque Monacho 62
dedecoris macula inuritur, quippè cui nil præ-
stantius esse debeat, quàm Superioris nutibus
cœcâ obedientiâ parere, causam præcepti non
inquirere, & omnem honoris, & officiorum
contentionem à se procul amovere: hæc enim
in Monacho vituperantur: undè *Bernard.* de
præcepto, & dispensatione sic loquitur: *Im-* 63
perfecti cordis, & infirmæ voluntatis indicium
est, Statuta Seniorum studiosiùs discutere, hæ-
rere ad singula, exigere rationem, & malè su-
spicari de omni præcepto, cujus causa lateat, &
D. Gregor. in 1. Reg. cap. 14., *Vera* inquit *obe-*
dientia nec Præpositi interiora discutit, nec præ-
cepta discernit, & hoc tantùm bonum putat, si
præceptis obediat.

Deveniendo denique ad tertium Dubium, si
Regula, & Constitutiones Sancti Benedicti
summoperè commendant silentium, & taci-
turnitatem, ut legitur apud *Tamburin. de Jur.* 64
Abbat. tom. 2. disput. 24. quæst. 5.: Si, juxtà om-
nes monasticas Regulas, silentio præcipuè con-
servatur robur regularis disciplinæ, juxtà eru-
ditè deducta per *Gonzal. Cap. Cum ad Monaste-*
rium sub n. 7., Eminentissimi, ac Sapientissimi 65
Patres, ex iis, quæ in facto habentur, dijudi-
care poterunt, an Abbas justà ratione silentium
indixerit in calefactorio, in quo obliteratâ pror-
sùs regulari observantiâ, atque disciplinâ, Re-
ligiosi sui adeò dissolutè versabantur? Et quam-
vis in *dicto Capit. Cum ad Monasterium* nec
perpetuò, nec ubique Locorum silentium in-
dicatur, nihilominùs prudentèr, ac salubritèr 66
illud indici debet à Superiore, quotiès est ne-
cessaria taciturnitas, idque sub peccato mortali,
si ità ex circumstantiis judicaverit esse necessa-
rium, *Reginald. lib. 15. num. 43.*, *Laym. lib. 1.*
tract. 4. cap. 13. num. 2. & seqq., *Vasq. part. 2.*

dispat.158. cap.4., Bonaccin. de Leg. dispat.1. quæst.1. puact.7. §. 4. num.21., ut nempè vitia linguæ & sermonum temeritas resecentur, juxtà egregiam Sâncti Basilii Caciariensis sententiam *de Instit. Monach., impress. post reg. S.Benedicti cap.71. de taciturnitate, vel silentio resp.2.*

Responsio in eadem Causa.

Abbati omnimodam competere potestatem Officiales mere obedientiarios removendi, etiam sinè caussâ: eorumque remotionem, non dolo aut malitiâ factam, sustineri; Sic etiam justis ex caussis sustineri Abbatis præceptum de observando silentio in calefactorio, pleniùs in hac eadem Causa demonstratur.

SEQUITUR EADEM DISCEPTATIO.

67 *Homo naturaliter alterius imperium refugit. Et pessimus quisque asperrimè Rectorem patitur*, ibid.

68 *Officia suo nisi Præpositi deesse veliat, multorum odia evitare nequeunt.*

69 *Prælati, quasi signum ad sagittam positi sunt; &, quia non possant omnibus complacere, frequenter odium multorum incarrant.*

70 *Præpositis suis, Subditi, tametsi Jure carrecti, magna crimina objicere soleat, ut molestiam eis exhibeaat.*

71 *Criminationes Majorum fieri per alios non debeat, nisi per illos, qui crimina inteadant, si tamen ipsi suspicione cereant.*

72 *Accusatio Prælatorum nè facilè admittatur, providè SS. Potres statuerunt.*

73 *Omnes labi, ac peccare quà privatim, quà publicè, ait* Thucidites.

74 *Hominem hypocritam quandoque Deus regaare facit propter peccata Populi; non tamen valt, eis debitam obedientiam à Subditis denegari.*

75 *Officiales, merè obedientiarii, & manuales, arbitrio Abbatis, modò absit calumnia, & odium, ab officio suo, etiam sinè causâ, removeri possant.*

76 *Contrarium de conventualibus, & electivis.*

77 *Obedientia religiosiùs servanda est ab iis, qui sequuntur Regulam S. Benedicti.*

78 *Obedientia, ex* Div. Augustino *concordiam conservat in Angelis, pacem in Monachis, tranquillitatem in Civibus.*

79 *Abbatum Benedictinorum regimen monarchicum est.*

80 *Beneficia ipsa, alioquin suàpte naturâ perpetua, in Monachis efficiuntur amovibilia ad nutum Abbatis.*

81 *Nec tàlem amovibilitatem tollit Summi Pontificis dispensatio.*

82 *Nec Abbatis arbitrium ligat confirmatio Summi Pontificis, etiam ex certa scientia. Minùs verò eadem amovibilitas abrogata censeri potest pacto, & promissione Abbatis de non revocando*, ibid.

83 *Remotio Officialium in iis Ordinibus, in quibus, ut in Ordine Benedictino, Superiores monarchicam jurisdictionem habent, valida est, etiam, si sinè causâ.*

84 *An verò, quoties præcessit promissio de non revocando, Abbas peccet, si id faciat, certant Doctores; & negativa sententia verior videtur, dummodo pravus absit affectus, & malus animus.*

85 *Promissio officiali merè obedientiario facta ab Abbate, quod ejus arbitrio removeri nequeat, tamquam Juri communi contraria, nec naturaliter obligat.*

86 *Ex* Text. in Cap. ad Monasterium §. Tales autem *cum facultas impartita fuerit Abbatibus Officiales removendi, verbis illis* = cum oportuerit =, *verbo hæc, pro libitu Abbatis intelligenda sunt, non quod honesta aliqua remotionis caussa requiratur*, & num.87.

88 *Quod nequit absque legitimâ causâ auferri, perpetuum dicitur.*

89 *Remotionis Officialium, merè obedientiariorum, extrinseca, & honesta aliqua causa ad summum requiritur in Foro conscientiæ, at non etiam in Foro Fori.*

90 *Regula S. Benedicti trinam monitionem ad Officialis remotionem præcipiens, conciliandu omninò est cum* Decretali in cap. Cùm ad Monasterium, *vel ab eadem abrogata censenda est*, & num. 91.

91 *Eadem Regula, licèt loquens de amotione Decanorum damtaxat, & Præpositi, an etiam ad inferiores alios Officiales extendatur?* & num. 92., & seq.

92 Antonius Perez, *Regulæ S. Benedicti Commentator.*

93 *In remotione Decanorum, ac Præpositi, utpotè in majori gradu constitutorum, ex Regula S. Benedicti, trina monitio requiritur, quia majori cum maturitate corripiendi sunt; quæ ratio cessat in remotione aliorum Officialium inferiorum.*

94 *Nomine* Decani *Computatorem, seù Oeconomum, nec Præpositi nomine Subpriorem venire posse, ostenditur* num. 95., & seqq.

95 *Decani priscis Ecclesiæ temporibus sic vocabantur, quia denis essent præpositi; eorum autem cura non circa temporalia, sed circa spiritualia versabatur.* & num. 96.

96 *His non absimiles erant Decani Ordinis Sancti Benedicti.*

97 *Computatoris, vel Oeconomi officium versatur dumtaxat circa merè temporalia.*

98 *Regula Sancti Benedicti. promiscuè utitur Oeconomi, & Cellarii, seù Cellerarii nomine*, & num. 99.

Ac rei œconomicæ peritiam in eo requirit, d. num. 98.

99 *Oeconomus inferioribus Officialibus accensetur.*

100 *Præpositi nomine Prior claustralis intelligitur.*

Et ad Priorem pertinet cura rerum spiritualium, ibid.

101 *Prio-*

101 *Prioris officium in Monasteriis adhuc in usu est.*
Prior apud Monachos olim Præpositus dicebatur, ibid.

102 *Subprior dicitur ille, qui Priori subest, & sub illo curam Claustri agit.*

103 *Inferiores, & mere obedientiarii Officiales dicuntur, qui rerum temporalium administrationem gerunt.*
Et sunt ad Abbatis nutum amovibiles, ibid.

104 *Officiales merè obedientiarii, licèt sinè caussâ officio submoti, Judicis officium implorare nequeunt.*
Eorum recursus, reclamationes, & appellationes à Jure damnantur, num. 105., 106., & 108.
Nisi remotio sit ex odio, & malitia Superioris, d. num. 108.

105 *Monachus, respectu Prælati sui, censetur servus, non habens velle, neque nolle.*

106 *Ordini Prædicatorum Indultum à Julio II. concessum fuit, quo, appellans, etiam prætextu gravaminis, à remotione ab officio Prioratus, ipso facto ab eodem officio absolvitur.*

107 *Officialium remotiones factas ab Abbatibus, præcipuè Ordinis Benedictini, validas semper declararunt Sacræ Congregationes.*

108 *Officialis remotio ex odio, & malitia Superioris nunquam præsumitur.*
Sed manifestè probanda est, & deducenda ex caussis, quæ delictum præseferant.

109 *Odii, ac delicti præsumptionem excludit caussa quævis etiam fatua, & bestialis.*

110 *Regulæ S. Benedicti plenitudo est obedientia omnibus Abbatis præceptis.*

111 *Monachi, absque caussâ remoti, famæ, atque æstimationi præjudicium irrogari dicitur.*
Ob idque coarctari, ac restringi debet Abbatis arbitrium, ibid.
Licet enim se hujus obedientiæ Monachus subjecerit, id tamen intelligitur, quatenus discretè, & rationabiliter tractetur, ibid.
Discursus iste à Juris regulis devians, & regulari disciplinæ periculosus ostenditur, ex Card. de Luc., ut num. 112., & 113.

113 *Superiorem Regularem justis ex caussis removere sæpius congruit, quas pro decore Religionis patefacere non expedit.*

114 *Priorum omnium Montis Virginis generalis amotio; licèt ex factionaria divisione, atque æmulatione profecta videretur, valida nihilominus declarata fuit à Sacra Congregatione.*

115 *Religiosus, dummodò Superiori obediat, anxius esse non debet de judicio, & opinione hominum.*
Religiosum rebus omnibus mortuum esse oportet. ibid.

116 *Obedientia tanti est, ut propter illam etiam id, quod bonum est, omitti debeat.*

117 *Monacho nil gloriosius, quàm obedire.*

118 *Officialis secularis æstimatio magis, quàm illa Religiosi, læditur ex remotione ab officio.*

119 *In actibus facultativis non datur præscriptio*, & num. 121.

120 *Officium manuale nequit ex consuetudine fieri perpetuum.*
Nisi possessio præscriptiva inceperit ab actu positivo, quiscentiæ, & resistentiæ respectivè, ibid.

121 *Priores minores, quales sunt claustrarii, & obedientiarii, aliique Monasteriorum Officiales, sunt ad nutum Abbatis removibiles, licèt revocari non consueverint.*

122 *Actus facultativi, etiam ex post facto, voluntarii præsumuntur.*

123 *Officialis remotioni caussam si judicialiter Abbas præmiserit, tunc judicialis processus locum appellationi faceret; secus, si caussam remotionis Rmo Nuntio exposuerit post remotionem ipsam.*

124 *Silentium in calefactoria à Monachis Benedictinis servandum est.*

125 *Cistercienses, & Theatini silentio in Calefactorio usi sunt.*
Cassinenses idem silentium præscribunt, ibid.
Sic etiam in Monasterio Claravallensi idem silentium servabatur num. 126.

127 *Silentium in Calefactorio justa ex caussa ab Abbate indici potest.*

CUm homo naturaliter alterius impe-
rium refugiat, &, ut dixit *Salustius* ad
Cæsarem, *pessimus quisque asperrimè* 67
Rectorem patiatur, indè fit, ut Præpositi, nisi
velint nimiâ conniventiâ officio suo deesse,
multorum odia evitare nequeant, quod commi-
serans *Cicero* pro Flacco, exclamat: *ob conditio-* 68
*nes miseras administrandarum Provinciarum, in
quibus diligentia plena simultatum est, negligen-
tia vituperationum, ubi severitas periculosa, li-
beralitas ingrata: Sermo insidiosus, assentatio
perniciosa, frons omnium familiaris, multorum
animus iratus, iracundiæ occultæ, blanditiæ aper-
tæ!* Quamobrem Reverendissimus Abbas Mo-
nasterii Sancti Jacobi Leodiensis non miratur,
Monachos suos, obedientiam abjicientes, &
rationi non parentes, contrà ipsum insurgere
plurimis exquisitis criminationibus, eorum qui-
dem pravitate confictis, non autem ex affectio-
ne charitatis ad Eminentissimos Patres perlatis;
quippè, si veræ essent, tamquàm prorsùs extra
Caussam, parciùs objiciendæ fuissent, novit
enim, ex *Innocentio III. in cap. qualiter 24. de
accusat, Prælatos, quasi signum esse positos ad sa-
gittam, &, quia non possunt omnibus complacere,* 69
*cum ex officio suo teneantur non solùm arguere,
sed etiam increpare, quin etiam interdùm suspen-
dere, nonnunquam verò ligare, frequenter odium
multorum incurrunt, & insidias patiuntur*, ut
etiam novit, Eminentissimos Patres assuctos
esse similia de Superioribus audire; jamdudùm
enim admonuit *Evaristus Papa*, quod *sunt non-
nulli, qui Præpositos suos perversè reprehendunt,
si vel parùm ipsis molesti extiterint*, ut *in Canon.
sunt nonnulli 21. caus. 2. quæst. 7.*, quodque
Subditi, *tametsi Jure correcti, magnopere tamen* 70
eum

eum odisse, & tamquam injuriâ affecti sint, magna illi crimina objicere solent, ut, quoquo pacto possint, ei molestiam exhibeant, ut rectè animadverterunt Sapientissimi Sacrosanctæ Tridentinæ Synodi Patres *cap.6. sess.13. de reformat.*, idcircò *Hyginus Papa* edixit, quod *criminationes ma-*
71 *jorum natu per alios non fiant, nisi per ipsos, qui crimina intendunt; si tamen ipsi digni, & irreprehensibiles apparuerint, & actis publicis docuerint, omni se suspicione carere, & inimicitiâ, atque irreprehensibilem fidem habere*, ut in *Canon. criminationes 52. caus. 2. quæst. 7.* Et SS. Patres providè statuerunt, *ut accusatio Prælatorum non*
72 *facilè admittatur, ne, concussis columnis, corruat ædificium: nisi diligens adhibeatur cautela, per quam non solùm falsæ, sed etiam malignæ criminationis Janua præcludatur*, ut prosequitur *Innocentius III. loco citat.*, & cautum reperitur *dicto cap.6. sess. 13. de reformat.*

Monachi igitur Adversarii cum Abbati suo crimina objicere cœperint, postquàm ob excessus, ab ipsis patratos in suis officiis administrandis, ab illorum exercitio submoti fuerunt, & copiosè levia cum gravibus conglomerando, quoquo pacto possunt, ei molestiam exhibere curent, difficile non est conjicere, quod ipsi *non affectione charitatis, sed pravitate suæ actionis vitam ejus diffamare, & reprehendere quærunt*, juxtà *Evaristi verba in dicto Canon. sunt nonnulli*, quâ de re præsentis temporis non erit, objecta crimina diluere, sed Eminentissimi Patres pro summa sua sapientia, ac prudentia reputare secum poterunt, an pro veris habendæ, ullaque animadversionæ dignæ sint criminationes illæ, quæ cum intemperanter, & immoderatè, tùm etiam intempestivè, & contra ordinem Causæ, ac Judicii, de quo agitur, præscriptum, adducuntur, nam, etsi Reverendissimus Abbas mo-
73 ribus reprehensibilis, & culpabilis esset, quippè omnes *labi, ac peccare, quà privatim, quà publicè, ait Thucîtides lib. 3.*, non idcircò tamen Monachi obedientiam objicere, & reverentiam Abbati suo denegare possent. Deus enim, qui, juxtà illud *Job. 34.*, inserutabili suo judicio
74 quandoqne *regnare facit hominem hypocritam propter peccata Populi*, non tamen vult, eis debitam obedientiam à Subditis denegari, tametsi opera illorum digna non sint, quæ imitentur, undè *Matth. cap. 33. num. 3.* dicitur = *omnia ergò quæcumque dixerint vobis, servate, & facite, secundùm opera verò eorum nolite facere* =, & *Divus Petrus Epist. prima cap. 2. subjectionem præcipit Superioribus non tantùm bonis, & modestis, sed etiam discolis*; Et sanè, si jus hoc valeret Superiores insimulandi, ut, in quo ipsi peccant, ceteris imperare non possent, nemo non videt, quanta Reipublicæ confusio futura esset, & quàm difficilè invenire, qui dignè aliis præesse posset.

Missa igitur faciendo ea, quæ criminosi, & refractarii Monachi, prorsùs immemores Instituti sui, quo admonentur, quod *sivè Deus, sivè homo Dei Vicarius aliquod jusserit, quodcumque illud fuerit, pari obsequendum curâ, pari reverentiâ deferendum, hoc uno excepto, si Deo contraria juberet*, juxta verba *Divi Bernardi in lib. de præcept., & dispensat.*, vindictæ stimulis perciti, effundunt in Abbatem suum, vindicem regularis disciplinæ, quam illi in suorum munerum administratione prorsùs abjecerunt, progrediar ad ea, quæ exadverso opponuntur contra proposita, atque concordata Dubia.

Et, quod attinet ad primum, firmissimis fundamentis, constitutis super omnibus juris nostri præceptis, innixa est potestas Abbatis destituendi sinè ullâ causâ Officiales omnes, alicujus muneris administrationi ab ipso præpositos, nam, sublata canonicæ electionis, aut alio simili titulo, cujus vigore Officiales olim conventuales, vel electivi independenter ab Abbate suorum officiorum administrationi præponebantur, cum hodiè omnes obedientiarii, atque subditi effecti fuerint omnimodæ potestati Abbatis, à quo deputantur, hinc sequitur, ejus ar- 75
bitrio, modò absit calumnia, & odium, ab officio suo, etiam sinè causâ removeri posse, ut benè distinguendo inter utramque Officialium speciem, tradunt *Gloss. in cap. Monachi verb. mutentur, & in cap. cum ad Monasterium, §. Tales verb. perpetuò de Stat. Monach., Hostiens. in Summ. rubric. de Stat. Monach. num. 2. versic. aliud in simplicibus, Card., Anchar., & Imol. in Clementin. prima de supplend. negligent. Prælator., Dec. in cap. ad nostram num. 23. de confirmat. util., vel inutil., Franch. in cap. præsenti 9. de offic. Ordin. in 6., Boich. in cap. qualiter, & quando de accusat.*, ubi etiam *Fagnan.*, idemque latiùs *in dicto cap. cum ad Monasterium num. 33., clar. memor. Cardinalis de Luca de Regular. discurs. 15. nu. 5. versic. & quo casu, Lezzan. Oper. Moral., tom. 4. consultat. 42. num. 21., & sequen., Pater Joseph. de Sancta Maria in lib. cui titulus est Tribunal. de Religiosis tractat. 5. cap. 6. §. 5., Fragos. de Regimin. Reipubl. Christian. tom. 2. disputat. 24. de Abbat. Regular. §. 3. num. 8., Navarr. comment. 8. de Regular. nu. 22., & sequen., Van. Espen. in Jus Eccles. universal. tom. 1. tit. 31. de Superioribus Monaster. cap. 2. num. 17.*, ibi = *Ex his unanimi consensu concludunt Canonistæ, Priores minores, quales sunt Claustrales, & Obedientiarii, aliique Monasteriorum Officiales ad nutum, & beneplacitum Abbatum esse amovibiles, & revocabiles, ut videre est apud Fagnan.*, illosque *num. sequen.* secernit à Priori-
bus Conventualibus, & electivis, inquiens = 76
Priores autem conventuales, qui sunt Monasteriorum Primarii, quique à Capitulo, sivè Congregatione eligi, & à Superiore confirmari solent, nequaquam sunt ad nutum amovibiles, = & notavit etiam *Thomasin. allegatus in Informatione §. 4., Renat. Coppin. in suo Monast., seù de Jur. Cœnobit. lib. 1. cap. 1. sub num. 7.*

Istiusmodi namque obedientiariorum Officialium remotioni suapte naturâ semper inest intrinseca illa justæ causæ ratio, videlicet, ut Monachus cœcâ fide obsequatur jussionibus Abbatis, & ne in officio perpetuò superbiat, diuque negotiis temporalibus implicatus, in charita-

tatis fervore frigescat, ab eaque, quâ nutritur,
77 rerum cœlestium contemplatione penitus abdu-
catur. Quæ sanè ratio religiosiùs observanda est
ab iis, qui sequuntur Regulam Sancti Benedi-
cti: ille enim agnoscens, quàm præstans virtus
sit obedientia, quæ concordiam conservat in An-
gelis, pacem in Monachis, tranquillitatem in Ci-
vibus, juxta Divi Augustini verba, relata à Bar-
78 bosa in cap. illud de majoritat., & obedient. Mo-
nach., monarchicum esse, voluit Abbatum regi-
men, omniaque eorum conclusit arbitrio, illis
Regulæ verbis = Nos prævidemus expedire propter
pacis, charitatisque custodiam, in Abbatis pen-
dere arbitrio ordinationem Monasterii sui, =
79 quæ affert Hæften. lib. 3. tract. 5. disquisit. 6. in
princip.

Imo verò censent Doctores, amovibilitatem
istam, veluti proficiscentem ex voto obedien-
tiæ, quo constituitur essentia status religiosi,
adeò esse connaturalem, & veluti essentialiter
80 insitam Monachorum officiis, ut natura ipsa
Beneficii cedat regulati obedientiæ, Abbati præ-
standæ, ita quidem, ut ipsa Beneficia, alioquin
suàpte naturâ perpetua, in Monachis effician-
tur amovibilia ad nutum Abbatis, Canonistæ in
d. cap. cum ad Monasterium §. Tales de Stat. Mo-
nach. & in cap. ad nostram de confirm. util. vel
inutil., Garz. de Benef. par. 1. cap. 2. num. 66.,
Pirr. Corrad. in prax. Benefic. lib. 1. cap. 6.
num. 178., Adden. ad Burat. decis. 346. vers. 6.
ampliatur, Pax Jord. tom. 2. lib. 10. tit. 2. n. 50.,
Gonzal. ad regul. 8. gloss. 5. §. 6. num. 28., &
81 seq., proindèque talem amovibilitatem non tol-
lat confirmatio Summi Pontificis, Fragos. de re-
gim. Reip. Christian. tom. 2. disput. 24. de Ab-
batib. reg. §. 3. sub num. 7. vers. dixi ex certa
scientia, Franch. in d. cap. præsenti sub num. 3.
de offic. ordin. in 6., inquiens, quod in Benedicti-
nis etiam confirmatio ex certa scientia Pontifi-
82 cis non ligat arbitrium Abbatis; verba ejus sunt =
Et prædicta procederent in quibuscumque Reli-
giosis, nisi in illis, in quibus est hodiè provisum in
extravag. rursùs Benedicti XII., ubi est disposi-
tum, quod habens Prioratus, & Beneficia in or-
dine Monachorum Nigrorum S. Benedicti, ex
collatione, provisione, vel ordine Sedis Aposto-
licæ, vel Legatorum, seu Executorum, vel Pro-
visorum ejusdem Sanctæ Sedis, subsunt in omni-
bus, & per omnia suis Prælatis, & revocari pos-
sunt ab eis, prout alii, qui ea haberent à suis Præ-
latis, & sicut alii subsunt =, Adden. ad Burat. de-
cis. 346. vers. 6. ampliatur; Minùs verò eadem
abrogata censeri potest pacto, & promissione
Abbatis de non revocando, idem Franch. in dict.
cap. præsenti sub num. 3. vers. quid autem, &
post Navarr. cons. 14. de Stat. Monach. num. 10.
part. 1. lib. 3., tradit Fragos. de regim. Reipubl.
Christ. tom. 2. disput. 24. §. 3. num. 8. vers. ex
dictis sequitur; omnesque minimè dubitantes
de validitate remotionis Officialium, tametsi
facta sinè causâ in iis Ordinibus Regularibus,
83 in quibus, ut in Ordine S. Benedicti, Superiores
monarchicam habent jurisdictionem in Subdi-
tos, Suarez de Religion. tom. 4. lib. 2. cap. 2. sub
num. 26. vers. tertium autem versus finem, ibi =
Sinè causa semper est valida, per se spectatâ hie-
rarchicâ subordinatione harum potestatum, intel-
ligendo in his, qui habent monarchicam jurisdi-
ctionem = & cum eo Pellizar. in Manual. regu-
lar. tract. 9. cap. 3. num. 64., Fragos. de Regim.
Reipubl. Christian. tom. 2. disput. 24. §. 3. sub
num. 8. vers. an verò Abbas, & in Manual. tom. 3.
regular. quæst. 29. art. 9., certant solum, an,
quoties præcessit promissio de non revocando,
Abbas, utpotè illius virtute naturaliter saltem 84
obligatus, peccet, si id faciat, in quo tamen
negativa sententia verior videtur, dummodò
peccatum non sit in pravo effectu, & malo ani-
mo, Joan. Andr. in cap. fin. num. 2. de offic. or-
din., Federic. de Sen. cons. 134. num. 1., Rosell.
in Summ. verb. Abbas num. 10., Azor. instit.
moral. part. 1. lib. 12. cap. 9. quæst. 8. ; &, aliis
relatis, Fragos. de Regim. Reipub. Christian. lo- 85
co citato, inquiens = Nihilominùs dicendum est,
nec naturaliter ex tali promissione facta obligari,
quia est juri communi contraria, statuenti, nihil
concedendum Religioso, quod non possit ad nutum
Superioris revocari =.

Cùm itàque ex his omnibus pateat, quod, si-
ve spectemus Juris communis censuram, sive,
quod magis est, expendamus momenta ratio-
num, sive denique sequamur numerum, &
frequentiora Doctorum suffragia, quibus con-
stabilita reperitur amovibilitas Superiorum Re-
gularium, qui penitùs destituti canonicæ ele-
ctionis, aut alio simili titulo, merè obedien-
tiarii effecti sunt, officiaque sua consequuntur
dependenter ab Abbatis arbitrio, frustrâ Pars
adversa in eorum amotione causam exposcit,
quasi hæc requisita dici queat ipsis verbis Text.
in d. cap. Cùm ad Monasterium §. Tales autem,
quo loci dicitur, Innocentium III. constituisse 86
quidem, quod officia Monasterii non conferan-
tur ad vitam, sed facultatem amovendi impar-
titum fuisse verbis illis = cùm oportuerit =, in-
nuentibus, quod concurrere debeat causa ali-
qua saltèm honesta, id confirmando auctoritate
nonnullorum Doctorum, illam requirentium.

Nam, quod attinet ad verba Textus, perspi-
cua sunt, & Canonistæ, ac Doctores omnes,
quotquot docuerunt, Officiales Regulares, nutu
Superioris, suis officiis destitui posse, ex eis- 87
dem desumpserunt illorum manualitatem, &
liberam Officialium amovibilitatem, cui non
adversantur verba illa = cùm oportuerit =, quæ
ex mente Canonis, & toto verborum contextu
pro libito Abbatis intelligenda esse, docuit San-
chez in Præcept. Decal. lib. 7. quæst. 29. num. 111.,
inquiens = Ceterum, dicendum est, nullam exigi 88
causam, sed posse ad libitum Abbatis revocari,
nam, quod nequit absque legitimâ causâ auferri,
dicitur perpetuum =, idque probans ex Clement.
prima de supplend. negligen. Prælat, ibique
Gloss. verb. liberè, subdit = Non enim potest ali-
quid liberè fieri, cum causa desideratur =, idem-
que post alios, quos refert, docuit, Lezzan.
tom. 4. consult. 42. num. 21., expendens verbum
illud = cùm oportuerit =. Adversùs autem Do-
cto-

ctores, qui in contrarium allegantur, urget natura similium officiorum, urget etiam ratio Juris, urget communis Scribentium, & Tribunalium sententia, ut patet ex allegatis in Informationibus; Et denique iidem, dum dicunt, causam saltem honestam requiri pro validitate similium amotionum, intelligendi ità sunt, ut causam istam requirant, quatenus excludit odium, malitiam, & calumniam, non autem, ut positivè concurrere oporteat extrinsecam aliquam causam, quæ locum faciat destitutioni Officialis. Quamobrem concludunt Doctores, quod causa ista ad summum requiritur in Foro conscientiæ, at non etiam in Foro Fori, *San-*
89 *chez in Præcept. Decal. lib.7. num. 125., Emmanuel quæst. regulor. tom.3. quæst.29. art.11.*

Agnoscentes igitur Domini contrarii Defensores, his omnibus firmiter constabilitam dicendam esse liberam amovibilitatem dictorum Officialium, inquiunt, quod dispositioni generali Juris communis prævalere debent Constitutiones municipales Ordinum Regularium, à quibus si pro remotione Officialium requiratur justa aliqua, seu honesta causa, frustrà obtenditur dispositio Juris communis; Quamob-
90 rem, cùm in Regula S. Benedicti *lib.1. cap.21.*, *& cap.65.* disponatur, quod, si Officialis, aliquâ forsan inflatus superbiâ, fuerit reprehensibilis, correctus semel, & iterùm, atque tertiò, se emendare noluerit, dejiciatur; ex hac forma, præscripta à Regula, perspicuum reddi, dicebatur, quod permissa dici minimè queat libera illorum remotio, mero Abbatis arbitrio facienda, id confirmando etiam ex observantia, vigente in nostro Monasterio, in quo nutu Abbatis Officiales removeri nunquam consueverunt, quâ inspectâ consuetudine, cùm gravis nota iniuri, & quædam infamia irrogari videatur iis, qui absque causâ officio destituuntur, ac removentur, ex hoc idcireò injusta prorsus reddatur similis amotio.

Facilè nos expedire possemus ab istiusmodi contrario discursu, respondendo, quod famigeratus *Textus in cap. Cùm ad Monasterium*, quo Abbatibus tribuitur plenaria potestas pro libito, & sinè causâ destituendi Officiales, editus fuit ab Innocentio III., dum peragebat visitationem Monasterii Sublacensis Ordinis S. Benedicti, ejus namque decretalis epistola directa apparet eidem Abbati, & Conventui, ut notat *Gonzal. ad d. Textum*, commemorans, quod, cùm hoc Monasterium *præcipuum esset hujus preclaræ, & Inclytæ Religionis, & in quo ejus Patriarcha priora fundamenta posuerat, valdè curarunt Summi Pontifices, ut accuratè pristina disciplina monastica in eo servaretur; quarè Innocentius III., dum personaliter accederet ad ipsum Monasterium, & agnovisset lapsum disciplinæ Regularis in aliquibus rebus, jussit, observari omnia, quæ in hoc Textu recensentur, ut notavit Tepes ubi sup. fol. 27.; undè constat, Rescriptum hoc locale esse, ad Monachosque Benedictinos tantùm pertinere; sicut ad ipsos tantùm spectant Canones editi in Conventu Aquisgran.*; Si igitur *Textus* nedum disponit de Monachis Benedectinis, sed ad eos dumtaxat pertinet, inque eo Abbates donantur plenariâ, &
absolutâ potestate pro libito removendi Mona- 91
chos ab officio, quonam colore, aut quâ justâ ratione opponi nobis poterunt Regulæ Ordinis Sancti Benedicti, quæ cum dicto *Textu* vel conciliandæ omninò sunt, vel, si illi adversentur, abrogatæ censendæ essent Decretali istâ, ab Innocentio III. conditâ pro reparanda Regulari disciplina, aliquâ ex parte labefaciata.

Verùm, ut pleniùs Parti Adversæ satisfaciamus, non pigebit, examinando opposita nobis Regulæ capita, animadvertere, quod illa *cap.21.*
loquitur solum de Decanis, *&* Præposito; ut 92
patet ex ejus verbis relatis a *Tamburino de Jur. Abb. tom.3. disputat.2. quæst.2. nu.3.*; illa verò *cap.65.* specialiter loquitur de Præposito, utrobique autem disponit, quod, antequam removeantur, pluries admoneri debeant, ob eam rationem, quam affert *Anton. Perez*, Regulæ com-
mentator, exadversò allegatus, quia nempè cum 93
sint in majori gradu, & sublimiori officio, majori cum maturitate sunt corripiendi; ex ratione autem ista elicitur, quod solemnitas tot præcedentium monitionum non requiratur in amotione aliorum Officialium inferiorum, de quibus ibi Regula non loquitur, & in quibus prædicta ratio cessat; Quamobrem, cum in Monasterio nostro nullus adsit Decanus, & Monachi, qui à Reverendissimo Abbate à suo officio amoti fuerunt, sint Computator, & Œconomus, ac Subprior, examinandum modò erit, an, prout asserunt DD. exadversò scribentes, nomine Decani veniat Computator, & Oeconomus, no-
mine verò Præpositi Subprior? Profectò id pro- 94
bandum exadversò esset loco aliquo Regulæ, vel ejusdem reformatione, aut Glossâ, quâ ostenderetur, istiusmodi nomina, & officia promiscuè accipienda, usurpandaque esse, vel unum loco alterius fuisse subrogatum; Verùm tantum abest, quod id præstet Pars Adversa, ut contrà nos doceamus, nec nomine Decani Computatorem, & Oeconomum, nec nomine Præpositi Subpriorem venire posse,

Si de Decano res sit, quinam priscis Ecclesiæ temporibus hi fuerint apud Regulares, cognoscere licet à *Divo Augustino in Tract. de Mori-*
bus Eccles. lib. 1. cap. 31., ubi de Monachis ità 95
ait = *Opus suum tradunt eis, quos Decanos vocant, eò quod sint denis præpositi* =, & innuens qualitatem eorum officii, inquit = *Decani cum magna sollicitudine omnia disponentes* = his non absimiles erant Decani, de quibus loquitur Regula S. Benedicti, auxiè disponens, ad id munus eligendos esse viros boni testimonii, & conversationis, quibus securus Abbas omnia sua possit
impartiri, mandatque, eos eligi non per ordi- 96
nem, sed secundùm vitæ merita. Patet itaque, quod Decanorum cura non versabatur circa temporalia, sed in partem pastoralis sollicitudinis ad spirituale regimen vocabantur, ipsis enim per Decades Monachi, minùs perfecti, instruendi, dirigendique committebantur, ideò-

que

que noo mirum, si tanto cum delectu erant eligendi. Nostrum non est modò inquirere, an illorum munus in Ordine Benedictino abrogatum fuerit, nec ne; sed satis nobis erit demonstrare, quod Regula loquens de officio Decani, ordinato dumtaxat ad spiritualium rerum, & regularis disciplinæ curam, intelligi nequeat de Computatore, vel Oeconomo, cujus officium versatur dumtaxat circà merè temporalia, 97 proindeque in eo eligendo sola probitas, & vitæ merita inquirenda non erant, sed exposcenda peritia rei œconomicæ, quâ rem familiarem, cujus administrationi præponebatur, diligenter tueri posset, prout alio loco requirit Regula, 98 describens qualitatem Oeconomi, promiscuè Cellerarii nomine nuncupati, ut refert *Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 3. disput. 2. quæst. 2. num. 4.*, ibi = *Tertiò ordinare debet Abbas Cellarium, sive Oeconomum Monasterii, secundùm Regulæ præscriptum cap. 31* =, ubi de Cellarii ordinatione hæc habentur = *Cellarius Monasterii, qui eligatur de Congregatione, sapiens, maturus moribus, sobrius, non multùm edax, non elatus, non turbulentus, non injuriosus, non tardus, non prodigus, sed timens Deum, qui in omni Congregatione sit sicut Pater, curam gerat de omnibus; sine jussione Abbatis nihil faciat; quæ jubentur, custodiat, fratres non contristet* =, ut 99 etiam hisce inferioribus Officialibus, rerum temporalium administrationi deputandis, Oeconomum accenseri, notat etiam *Van. Espen. in Jus Eccles. tom. 1. part. 1. tit. 31. cap. 5. num. 12.*, ibi = *Inter hos præcipuus reputatur, qui in Regula Benedictina dicitur Cellerarius, vel, ut alii legunt, Cellarius, atque idem est, qui hodiè in quibusdam Monasteriis Oeconomus, Provisor, vel Procurator appellatur* =, subjunctisque verbis Regulæ, mox ex *Tamburino* exscriptis, refert Statutum Congregationis Bursfeldensis, quæ pariter sub Divi Benedicti Regulâ militat; ex eo autem Œconomi, & Cellerarii officium circa temporalia versari, perspicitur, ibi = *Cellarius, quamvis exemplo Marthæ circa multa sollicitari, & turbari necesse habeat, non tamen se prorsùs à conventualibus alienare, aut silentium, & quietem cellæ penitùs abjicere, & abhorrere, sed potiùs, quantùm sinit opportunitas, & necessariis expeditis ad opus Dei, & Conventuum, sed & ad cellam, tamquam ad quietissimum, & tutissimum portus sinum recurrat, ut legendo, orando, meditando, turbulentos animi sui motus ex cura, & dispositione exteriore surgentes sedare possit, & spiritualibus consolationibus refrigerari* =.

Si autem de Præposito agatur, illius nomine 100 intelligi Priorem claustralem, est pariter extra dubium, ex *Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 3. disputat. 2. quæst. 2. num. 2.*; Ad Prioris autem officium spiritualium rerum curam pertinere, expressè sancivit *Innocentius III. in cap. Cum ad Monasterium §. Prior autem de Stat. Monach.*, qualem illum esse oporteat, explicans his verbis = *Prior autem præ ceteris post Abbatem potens sit in opere, & sermone, ut exemplo vitæ, verboque doctrinæ fratres suos instruere possit in bona, & à malo etiam revocare, zelum Religionis habens, secundùm conscientiam, ut delinquentes corripiat, & castiget, & obedientes foveat, & confortet* =, hoc officium in desuetudinem mi- 101 nime abiisse, edocemur ex eo, quod passim in Cœnobiis, præter Abbatem, adest Prior, qui olim apud Monachos Præpositus dicebatur, *Van. Espen. d. tom. 1. cap. 2. num. 1.*, inquiens = *Et qui primam, post Abbatem, curam Monachorum agebat, olim Præpositus vocatus fuit, ità posterior ætas eum vocavit Priorem* =, *num. 2.* animadvertens, *hâc notione à tempore Petri Damiani Priorem dictum esse* =, *Gonzal. in cap. Monachi num. 5. de Stat. Monach.*; Superior verò dicitur ille, qui Priori subest, & sub illo curam 102 claustri agit, ut elucidat *Van. espen. d. cap. 2. num. 4. §. Notandum.*

At vero, si Decanus, & Præpositus spiritualium tantum rerum, & Regularis disciplinæ curæ vacant, contrà verò Œconomi, Computatoris, sive Cellarii officium temporalium rerum gerit administrationem, nec Decanorum, aut Præpositorum jure censeri, nec subrogati dici poterunt in illorum officio, tantum 103 à suo diverso, quantum temporalia distant à spiritualibus; proindeque, utpotè Officiales inferiores, & merè obedientiarii, quales sunt ii, qui obtinent administrationes omnes temporales, nutu Abbatis destitui poterunt, *Thomassin. de Re Benefic. tom. 5. lib. 3. cap. 69. sub num. 12.*, ibi = *Obedientiarum nomine complectuntur administrationes omnes temporales Claustri, vel Capituli, nempè quod omnes essent ad nutum amovibiles* =, & *Caramuel ad Regul. D. Benedicti disputat. 27. num. 1610.* de Cellerario loquens, eum Vicarium Abbatis ait in temporalibus, nullam jurisdictionem habentem, sed delegatam tantùm participare, qualem, quantum, & quandiù disposuerit Abbas.

Proindeque eisdem, licèt sinè causâ destitu- 104 tis, submotisque officio, remedium aliquod superesse non poterit, quo se in quasi possessione tueantur, implorando Judicis officium, quia, sicut servus non potest agere adversus Dominum, ita nec Monachus contra Prælatum suum, cujus respectu censetur servus non habens velle, neque nolle, totusque pendet ab illius arbitrio, quem habet loco Dei, *Abb. cons. 88. lib. 1.*; Quamobrem jure, meritòque Subdi- 105 tis præclusi fuerunt recursus, qui quàm perniciosi sint, benè explicat Pater *Joseph a Sancta Maria* in suo *Lib. Tribunal de Religios. tract. 5. cap. 6. §. 2.*, ibi = *Que quando convaniere ser quitando lo suo sin ningun genero de contradicion porque de la contrario si seguiria mil absurdos, como lo nota Rodriguez tom. 1. quæst. 18., quales serian el poter los Religioses contradizir, litigar y andar vagueando en seguimienta de suo pleyto, y finelmente el opponer si imprudentemente à la voluntad del Prelato: y por essa via se resfriaria, ò se acaberia la obedientia tan encargada da los Fondatores y tan encarezida en el Derecho cap. Nulla 18. quæst. 2.*, quem refert *Lezzan. tom. 4. cap. 42. num. 22.*

num.12., *& 23.*, eosdemque recursus detestatur etiam *Porcel. in dub. regul. verb. appellare num.2.*, ubi commemorans speciale Indultum, *à Julio II.* concessum inclyto Prædicatorum Ordini, & relatum etiam à *Lezzan. loc. mox ci-*
106 *tat. num.47.*, quo cavetur, quod, si quis frater, etiam prætextu gravaminis, appellaverit ab absolutione ab officio Prioratus, &c., vel appellationi quoquo modo inhæserit, sit ipso facto absolutus ab hujusmodi officio, pro quo appellatum est, sic ait = *Ego non possum non laudare tantum Pontificis zelum pro ambitionis etiam umbra resecanda, doleo verò è contra, videns alicubi tot appellationes aliquando interpositas pro justa officiorum privatione, cum clamore Cœlum, & Terram implente, quasi prædicta officia paterná hereditate fuerint comparata* =, *Barbos. vot. de-*
107 *cis.4. num.122.*; nil ergò mirum, si pluriès perlatis ad Sacr. Congregationes istiusmodi controversiis, validæ semper declaratæ fuèrunt remotiones Officialium factæ ab Abbatibus, ut, omissis generalibus, de Abbatibus Ordinis Benedictini testatur *Fagnan. in d. cap. Cùm ad Monasterium num.36.*, *Sacra Rota coram Burat. decis.346.*, *ubi Adden.*, *& decis. 382. num.4.*, *Marg. Oper. Canon. tit. de appellation. part. 2. quæst.3. §.4. divis.2. num.11. vers. Nec valet in fin.*; Norunt enim, Pontificias Constitutiones, relatas in Bullario Cassinensi, ubique istiusmodi potestatem tribuere Abbati, ut in *Constitutione 53. num.6.*, *Constitut. 54. num.7.*, *Constit. 57. num.2.*, *& seq.*, *Constit.110. num.6.*, *Constit. 129. num. 9.*, *& num.19.*, *Constitut. 245. num.2.*, *& 3.*

Hoc igitur maneat in Causa, recursus, reclamationes, & appellationes adversus remo-
108 tiones, à Jure proscriptas, & damnatas, tamquam destructivas Regularis obedientiæ, tunc demùm permitti posse, quum remotio Officialis fit ex odio, & malitia Superioris, nunquam tamen præsumenda, sed manifestè probanda, & deducenda ex causis, ex quibus, utpotè apertè præseferentibus delictum, eadem evidens reddatur; quales verò esse oporteat causas illas, ex quibus percipiatur odium, & malitia Superioris, rectè edocemur exemplo allato à *Sanchez in præcept. Decalog. lib.7. quæst. 29. num.115.*, ajente, quod remotus *tunc solùm potest officium implorare, quando ob malum animum removetur puta quando Prælatus, accusatus à Monacho, pendente inquisitione, illum removet* =, & rectè quidèm requiruntur evidentia indicia odii, quia Superior, qui destituendo Monachum ab officio, Jure suo uti dicitur, juvatur præsumptione Juris, quæ, sicuti militat pro validitate actus, qui à Superiore licitè fieri potuit, sic etiam excludit præsumptionnm de-
109 licti, & odii, pro quà tollenda, juxtà vulgatum Pragmaticorum effatum, causa quævis, tametsi fatua, & bestialis exuberat.

Frustra verò pro infringendis, convellendisque firmissimis hisce Juris nostri regulis, quibus, ut inquit *Heften. in Synops. doctrin S.Benedicti sive Cathechism. Monast. part.2. disput. 12. fol.277.*, continetur plenitudo Legis cœ-
nobiticæ, ibi = *Sicut de Lege Dei dicitur: Ple-* 110
nitudo Legis est dilectio, ità de nostra Regula usurpare licebit; Regula tota in uno Sermone impletur: Præceptis Abbatis in omnibus obedire, & plenitudo Legis cœnobiticæ est obedientia =; Frustrà, inquam, obtenditur præjudicium, quod Monachi, absque causâ remoti, famæ, atque æstimationi irrogari dicitur, ideoque ob 111
tale præjudicium arbitrium Abbatis, quod alioquin liberum esset, & absolutum, coarctari, ac restringi debeat, quippè Religiosus, quamvis per votum obedientiæ, propriam abnegaverit voluntatem, se seque Superioris subjecerit obedientiæ, id tamen intelligitur, quatenus rationabiliter, discretè, & charitativè tractetur, allegando præ aliis *clar. mem. Card. de Luc. de Benefic. disc.97. n.12. & seq.*, *& præsertim n.17.*

Quantum enim discursus iste deviet à Juris regulis, & periculosus sit regulari disciplinæ, edocemur ab eodem præclarissimo Authore, qui 112
veritatis amantissimus, ea, quæ ad Causarum opportunitatem more Advocati persæpè scripserat, retractat, admonetque Lectorem, nè tamquam vera, & Juris regulis conformia, recipiat illa, quæ serviens Causæ, tradita ab eo fuèrunt; Quamobrem *disc.15. de regular. n.6. & seqq.*, materiam hanc totam complectens, ità de his egregiè morè suo discurrit = *Utramque autem limitationem dicebam, ad rem applicari; Primam scilicet gravis præjudicii tùm ob diminutionem famæ, seù existimationis, quæ resultat ex remotione præter solitum, tùm fortiùs quia ex Constitutionibus hujus Congregation..., ad instar Cassinensium, ac aliarum similium, vacantibus Abbatiis, quæ formalem prælaturam, saltem habitualiter, perpetuò importare dicuntur, illæ provideri debent Personis, in hoc Prioratus gradu constitutis, & consequenter remotio a Prioratu causat hanc inhabilitationem* = & postquam meminit æmulationis, & aliarum causarum, ex quibus remotio injustè facta dicebatur, materiam reassumens, & non amplius loquens more Advocati, ait = *Quamvis autem istæ limitationes, quæ more Advocati, scribentis ad Causæ opportunitatem, latè exornabantur cum copiosis allegationibus transcriptis ex iis, quæ habentur insinuata d. disc.80. & 97. de Benefic., sint pariter in abstracto veræ in sui respectivè casibus, attamen reflectendo ad veritatem, advertebam, quod periculosum esset cum hac generalitate procedere, quodque, ubi ageretur de singularibus remotionibus, difficile videatur cum Regularibus, ubi agatur de hujusmodi officiis, & prælaturis, eas ad praxim reducere, cum ita esset intervertere regimen regulare, ac regularem disciplinam destruere, tollendo obedientiam, quæ est primum, ac potissimum vitæ regularis fundamentum* =; Potiori verò Jure id locum sibi vindicare, ait, quando remotio non fit contra Constitutionem, certum tempus durationi officii præfinientem, deindque *num.9.* agens de præjudicio existimationis, sive famæ, subjungit illa, maximâ notâ digna, verba = *Neglectâ alterâ limitatione, quæ resultat ratione præjudicii resultantis ob diminutionem existimationis, vel ob*

con-

contingentiam vacationis Abbatiæ, quoniam ista videntur præjudicia connaturalia remotionis, ejusque consecutiva; ideoque in hujusmodi officiis regularibus non de facili attendenda, quoniam, ut dictum est, ità perverteretur ordo disciplinæ regularis, cum sæpius congruat removere à loco Superiorem localem ex justis causis occultis, quas pro decore Religionis, aliisque justis, vel pruden-
113 *tialibus motivis patefacere non expedit* =; hactenus præfatus Auctor, qui, licèt in casu, de quo ipse agebat, irritare tentaverit amotionem Priorum Montis Virginis, quia, utpotè facta non de aliquo particulari Priore, sed generaliter de omnibus, ex factionaria divisione, & æmula-
114 tione profecta videbatur; Nihilominùs contrarium decisum fuit à Sacra Congregatione, teste *Fagnano in dicto cap. Cum ad Monasterium num.36. de stat. Monachor.*

Et sanè, si Monachus anxius esse non debet de hominnm judicio, & opinione, dummodò
115 Superiori obediat, si, ut ait *Cassian. lib.4.* = *Religiosum non solùm vitiis, & concupiscentiis oportet mortuum esse, sed etiam Mundi hujus elementis, ac denique rebus omnibus* = Si denique, ut loquitur *Div. Bernard. Serm.7. Quadrag.*, Religiosus uti mortuus, & crucifixus, ac alienus ab actibus seculi *sic vituperantes, quemadmodum laudantes audit, imò non audit, quia mortuus est, & quæ Mundus amat, crux ei sunt*, quis propitiis auribus illum audiet, feretque, si delicatâ nimium opinionis suæ apud homines sollicitudine, se contumacem præbeat in obedieutia, quæ tanti est, ut propter illam, etiam
156 id, quod bonum est, omitti debeat, & cum merito relinquatur, *Canon. quid ergo 97. caus. 11. quæst.3. ubi Gloss.*, *& in Canon. duæ sunt caus.19. quæst.2. in fin. lit. E.*; Quamquam, si justè rem æstimemus, vanus omninò est hic timor de æstimatione propria imminuenda, quoniam cuique probo, cordatoque viro sivè seculari, sivè religioso tantam offensionem non
117 afferet remotio, quantum scandalum excipiet in resistentia in obediendo, quippe norunt omnes, nil Monacho gloriosius, quàm obedire, cum scilicet *repressâ arbitrii sui superbiâ, gladio præcepti se immolat*, ut ait *Gregor. moral. lib.34. cap.10.*; *sapienterque proverb.21.* dictum fuit = *Vir obediens loquitur victorias*, quod Gregorius loco citato sic explicat, *quia dum alienæ voci humiliter subdimur, nosmet ipsos in corde superamus*, quale igitur detrimentum famæ, ac nomini Religiosi irrogatum dici poterit ex remotione ab officio, quod omnes sciunt pendere à nutu Abbatis? timor hic, istaque propriæ famæ sollicitudo magis justâ ratione urgere deberet Officialem secularem, cujus æstimatio,
118 magis, quàm illa Religiosi læditur ex remotioue ab officio, ut notat *Glos. in cap. Per tuas 22. §. Tales igitur verb. levioribus de simonia*, & nihilominus, his nullo numero habitis, justè semper removentur nutu, & arbitrio Constituentis, eidemque tunc demum succurritur, quum evidenter constat, per calumniam, & odium illius amotionem factam fuisse.

Nèc est, cur exageretur, rationem præjudicii, atque propriæ famæ diminutionis, graviorem reddi in casu nostro ob observantiam, quæ in Monasterio Sancti Jacobi vigere dicitur, nunquam scilicet removendi Officiales sinè causâ; Pro illa namque penitus elidenda satis esset dicere, quod contrarium est iis, quæ tradidit *Abbas Smaragdus*, primus Regularum Ordinis Sancti Benedicti Commentator, explosa reperitur Cònstitutionibus, & Statutis editis, atque vigentibus in omnibus Cœnobiis, & Congregationibus, tota, quà latè patet, Germania, sub Regula Sancti Benedicti militantibus, & denique confunditur contrariis actibus, ex quibus patet, Abbates, similes Officiales prò libito instituisse, atque destituisse: At præterea dici-
mus, quod nos versamur in materia facultativa, 119
in quà, sicuti per non exercitium facultas non deperditur, ità io actibus facultativis non datur præscriptio, exemplo officii manualis, quod
nequit ex consuetudine fieri perpetuum, *Abb.*, 110
& Dec. in cap. ad nostram de confirm. util. vel inutil., *Rebuff. de pacific. possess. num.277.*, latè *Gonzal. ad regul. Cancellar. gloss.5. §.6. nu.34. & seqq.*, ubi rejicit contrariam opinionem, nisi possessio præscriptiva incœperit ab actu positivo resistentiæ, & quiescentiæ respectivè, & *Van. Espen. in Jus Eccles. univers. d. part.1. tit.31. cap.1. sub num.17.*, ibi = *Ex his unanimi consensu concludunt Canonistæ, Priores minores, quales sunt claustrarii, & obedientiarii, aliosque Monasteriorum Officiales ad nutum, & bene-*
placitum Abbatis esse removibiles, & revoca- 121
biles, quemadmodum videre est apud Fagnan. ad cap. Cum ad Monasterium de stat. Monach. n.23. & seqq. =, ampliatque *num.37.* conclusionem, ut locum habeat non obstante, quod Priores manuales *non consueverint revocari, quia, cum sit in facultate Abbatis, si non sit usus tali facultate, consuetudo non introducitur, cum in actibus merè facultativis non inducatur consuetudo*: Et rectè quidem, quia, si hæc procedunt in omnibus illis actibus, qui, utpotè ex sua
natura facultativi, non solùm habent initium 122
voluntarium, sed ex post facto etiam tales præsumuntur, *Lugnez de fructibus part.5. cap.14. §.4. num.64.*; Quanto potiori Jure locum sibi vindicabunt in nostra specie, in quà nedum intrinseca natura actus, sed dispositio Juris tùm communis, tùm etiam municipalis, Regularum nempè Sancti Benedicti talem facultatem, & arbitrium adeò Abbati semper præservarunt, ut nec etiam contrario pacto, aut promissione intercæptum censeri queat, ut suprà probatum fuit *§. Imò verò censent Doctores.*

Consultò omitto verba facere de causis remotionis, quæ ab Abbate assignatæ dicuntur, hinc inferendo, quod renunciasse censendus sit Juri prò libito removendi subditos Officiales;
illatio enim ista fortè admitti posset, si antè 123
remotionem, causæ fuissent appositæ, & judicialiter deductæ; tunc enim judicialis processus locum faceret appellationi, *Fagnan. in cap. nostram n.15. & seqq. de appell.*, & innuit *Marga*,

exadverso allegatus, at aliter res se habet in casu nostro, in quo Abbas causam remotioni non præmisit, licèt post remotionem Reverendissimu Nuntio exposuerit, se auctoritate suâ abusum miuime fuisse, dum non solùm procùl abfuit quævis causa odii, & suspicio calumniæ, sed non deerant gravissimæ causæ removendi tales Officiales.

Denique deveniendo ad postremum Du-
hium, de silentio videlicet, ab Abbate indi-
124 cto in Calefactorio, licèt Text. in cap. Cum
ad Monasterium, quum agit de silentio, non lo-
quatur de Calefactorio, nihilominùs Heste-
nus Benedictinus ibi quoque servandum esse, ait,
ut lib.6. disquisit. Monastic. disquisit.9., verbis
illis = Sed quod nostros spectat, ad communem
focum servandum silentium jam olim Benedictinis
nostris præscripsit Sanctus Dunstanus Can. 2.,
quem audi: à Kalendis Novembris concedatur
Fratribus accessus ignis, dum necessitas compule-
rit, & frigoris nimietas incubuerit, quod tamen
sub silentio fiat = Narrat deinceps, hoc silentio
125 usos fuisse Cistercienses, & Theatinos, sub-
ditque, sed ut Pontifici huic Eugenio IV. alium
subnectamus Paul.IV., ut refert Caracciol., eo lo-
co vel maximè servandum silentium ajebat, quod
Petrus, ad focum cum ancilla loquendo, Christum
negasset, quare, & Cassinenses optimè præscri-
bunt; Silentium servetur ad ignem communem
Fratrum, de Cisterciensibus, quorum meminit
P. Hesten., testatur Angel. Manriquez cap.72.,
& in Monasterio Claravallensi, in quo fuit Mo-
nachus Eugenius III., antè Januam Calefacto-
126 rii appensa erat tabella cum hac inscriptione =
Hoc in Claustri Calefactorio, Monachus se ca-
lefaciat sinè voce, sed cum silentio, & decore;
talis fuit Papa Eugenius calefactor Claravallen-
sium, quem præclaræ virtutis genus venit ad
Pontificatum = Et quidem, si Monacho con-
venit illud Hjeremiæ thren.3. = Sedebit solita-
rius, & tacebit, qui levabit supra se, quà justâ
ratione Patres Adversarii conqueri possunt,
quod Reverendissimus Abbas in Calefactorio
edixerit præceptum de silentio, non solùm non
127 grave, sed ex justa causa impositum, ut scili-
cèt coerceret ipsorum irreligiosam licentiam,
quà Abbatem ipsum nedum scurrilibus, & jo-
cosis deridebant verbis, sed maledictis impete-
bant, quod vehementibus verbis damnatur
Cap. 6. Regulæ, ut notat Hestenus tractat. 3.
disquisit.4. num.1.

Resolutio fuit favorabilis; Sacra etenim Congregatio Episcoporum, & Regularium in omnibus = affirmativè = *respondit, ut patet ex regestro authographo die 7. Julii 1713.*

Ravennaten.

Matrimonium, quod filius, inclyta, ac nobili ortus ex familia, cum ignobili, eaque vili muliere sit contracturus; ejus Parentibus invitis, à Superioribus prohiberi posse, ac debère, ex præscripto Sacri Tridentini Concilii, tùm SS. Patrum, & forensium Doctorum auctoritate, tùm & universæ Ecclesiæ disciplina, ac praxi perspicuè hìc demonstratum vides.

DISCEPTATIO V.

1 *Matrimonia à filiis familias, absque suorum Parentum consensu inita, irrita non sunt, benè verò illicita.*

1 *Ac propterea, re integrâ, prohiberi possunt, ac debent.*

Intellige, quoties justissima adsit caussa, ibid., & num.53.

Et quando hæc adesse censeatur? num. 3. & seqq.

3 *Matrimonium à filio, ex nobili prosapia, cum Muliere vilis conditionis sinè consensu Patris contrahi nequit absque mortali peccato.*

4 *Et debet Judex ecclesiasticus ejusmodi Matrimonia impedire.*

5 *Nec Ecclesia, nec illius Parochi debent filiabus concedere facultatem nubendi contra voluntatem Parentum.*

Præsertim, cum tale connubium vergat in illorum dedecus, ibid.

6 *Pater justa ex caussâ jus habet prohibendi Matrimonium filio.*

7 *Patris dissensus enumeratur inter justissimas prohibendi Motrimonii caussas.*

8 *Matrimonia ineuntes filii cum dedecore familiæ, mortaliter peccant, & unà etiam Parentes, illis consentientes*

Peccarent insuper Parochi, si illis adsisterent, num.9.

Et Prælati, si illa demandarent, vel non prohiberent, num.10.

9 *Parochi specialem in Sacramento Matrimonii diligentiam exhibere tenentur.*

11 *Ad Prælatos præcipuè spectat filiorum obedientiam erga Patrem promovere.*

12 *Matrimonium sancta res est, & sanctè tractandum.*

13 *Prælati suum munus non implerent, Matrimonium permittendo iis, quos constat non aliter contrahere, quàm sacrilegè, & in mortali peccato.*

14 *Matrimonii, cum Parentum dissensu, & familiæ dedecore initi, quæ mala!*

15 *A Filiis familias, indignè nubentibus, commissum peccatum, est materia Fori dumtaxat pœnitentialis.*

16 *At ad Forum quoque externum pertinet, quando Ecclesiæ notum est, & in Judicium deductum.*

Ideoque Judex, aut Prælatus, æquè ac Confessarius, pœnam pro illo imponere potest, actumque prohibere, ibid.

17 *Matrimonium sinè dispensatione ne contrahatur ab eo, qui simplex castitatis votum prius emisit, Episcopus prohibere tenetur.*

Idque non ratione invaliditatis Matrimonii, sed contraventionis prohibitioni Ecclesiæ in re gravi, ibid.

18 *In-*

18 *Indignu filioram familias Matrimonia non sunt solùm ad tempus, sed perpetuò impedienda*, & num. 12.

19 *Excipe solùm in casu, quo non debonoraretur Patris familia, sed alia de causa iste tale Matrimonium respueret.*

20 *Tunc enim, requisita priùs à filio Patris consilio, non peccat, si Matrimonium ineat, etiam absque illius licentiâ.*

Contrariæ auctoritates declarantur, n. 21., & 22.

21 *Filii, indecens Matrimonium contrabere volentis, carceratio non debet esse perpetua.*

22 *Doctori, testanti de praxi, non creditur.*

23 *Sponsalium dissolutionis justa caussa est superveniens gravis Parentum indignatio.*

24 *Ex Matrimonio, à filio familias ineundo Parentibus invitis, totáque renuente familiá, infelix semper exitus timendus est*, & num. 4. & 25.

25 *Inter infausti Matrimonii caussas accensetur conditionis disparitas.*

26 *Sponsalia, sinè Parentum consensu inita cum persona indigna, tametsi jurata, non obligant.*

Immo Judex ecclesiasticus talia Sponsalia; si magnum inde scandalum, vel alius malus exitus timeatur, irritare debet, & cavere, ne impleantur, num. 30.

Procedit, etiamsi cum Sponsalibus ipsis juratis concurrat copula, num. 31.

27 *Inter caussas resiliendi à Sponsalibus, etiam juratis, adnumeratur periculum, ne lethales inimicitiæ oriantur.*

28 *Matrimonia sinè Parentum consensu celebrata cum persona indigna, valent, non item Sponsalia.*

29 *Non valet promissio, quæ impleri licitè non potest.*

32 *Matrimonium filii familias, Parentibus invitis contrahendum, Judex impedire potest, filium etiam in carcerem detrudendo.*

Matrimonia contra Parentum voluntatem permittenda non esse, Provincialibus omnium Nationum Conciliis, plurimisque Synodalibus Episcoporum Constitutionibus cautum, ostenditur, num. 33. ad 36.

37 Sacrum Concilium Tridentinum *infligens excommunicationis pœnam Dominis temporalibus, Subditos cogentibus ad certa contrahenda Matrimonia, non comprehendit privatas personas.*

38 *Et, quatenus comprehenderet, adhuc Patrem, aliumque Propinquum, vel etiam extraneum, justa ex caussa contradicentem, non afficeret.*

39 *Matrimonii libertas non læderetur impedimento ei præstito, ex justo dissensu Patris.*

40 *Matrimonii libertas sita in eo non est, quod fieri possit cum peccato, & cum Parentum injuria.*

41 *Ad hominis libertatem non pertinet posse peccare, sed ad defectum illius.*

42 *Filius ad nuptias injuriosas Patri jus non habet.*

43 Sacrum Concilium Tridentinum *abstulit quidem necessitatem consensus paterni in Matrimoniis filiorum familias, sed cum supposita dignarum nuptiarum.*

Nec Patri vetuit, sed potiùs præservavit facultatem impediendi ex justa caussa Matrimonium filio num. 44., & 53.

45 Sacrum Concilium Tridentinum *clandestina filiorum familias Matrimonia non vetuit, sed tamen denunciationes jussit fieri, ut à Parentibus impediri possent.*

Historiæ Ravennæ Scriptores Flaminius Vincentius Carrarius, Hieronymus Rubeus, P. Jasolio *num.* 46., & P. Coronelli, *num.* 47.

46 *Familia Guicciola Ravennatensis conspicua.*

48 *Certo, ac determinato Matrimonio indigna, ut dicatur fœmina, non attenditur solùm an sit concubina, vel meretrix; cum ex alio capite, inæqualitatis generis, familiæ, divitiarum, nobilitatis, & similium indigna dici possit.*

49 *Vidua non conservat, nisi impropriè, & fictè prærogativas viri prædefuncti.*

50 *Et transeundo ad secundas nuptias, prærogativas illas amittit, ac si nunquam habuisset.*

51 *Matrimonii impedimentum ex inæqualitate non aliud admittitur, quàm illud disparitatis cultus, non autem illud disparitatis natalium.*

Intellige, disparitatem hanc obesse non posse Matrimonio jam facta; secus, quum nondum factum est, oum. 53.

52 *In uxorem ducere publicam, & famosam meretricem est inter pia, ac meritoria opera.*

54 *Hoc tamen procedit solùm quoad eos, qui sunt sui juris.*

Nec ad filios familias extendi debet, nu. 55., & num. 58.

55 *Filiusfamilias omni jure obedire tenetur Patri prohibenti, ne malè moratam, aut infamem in uxorem ducat.*

56 *Meretricibus autem Matrimonium prohibitum erat.*

57 Clemens *autem* III. *solùm concessit, ut, qui antea meretrices in schemate concubinatus retinebant, valerent postmodum illas in uxores habere.*

58 *Non tamen censendus est loqui intellexisse de iis, qui sui juris non sunt, ac præsertim de filiisfamilias.*

59 *Meretricem in uxorem duxit* Osea, *ob præceptam, quod à Deo habuit.*

Dominus Fabius Guicciolus, vetusti, nobilisque generis immemor, Majorumque virtuti non correspondens, nec horrens ignominiam, quam subit; non quidem juvenili temeritate percitus (agit enim quadragesimum tertium annum) sed quo furore correptus, nescimus; turpe Matrimonium inire gestit cum quadam vilissima muliercula, Faustina nempè Jacobilli, imâ de plebe, terraque

qoe nata, quæque locandis ædibus, vitam, uti hospita, traducit; Optatius fuisset D. Gregorio decrepito Parenti oculos, diemque clausisse extremum, oe audiret, videretque, à filio suo primogenito inhonestis hisce nuptiis familiæ dignitatem pollui; idcircò nominis sui, paternique sibi conscius officii, ut illas disturbaret, recursum habuit ad Sanctissimum, eidem enixè supplicando, ut providere dignaretur, ne filius insani furore ductus, sibimetipsi, & universæ familiæ, adeò gravem turpitudinis notam inureret; illasque protrahi obtinuit mediante carceratione memoratæ Faustinæ in Conservatorio D. Mariæ de Clementia propè Sanctum Onuphrium, de speciali ordine Sanctitatis Suæ secutâ die 18. mensis Julii circa meridiem anni proximè præteriti.

Abindè verò citra motus fuit omnis lapis, omnesque excogitabiles adhibitæ fuerunt diligentiæ pro dimovendo tàm D. Fabio, quàm ipsa Faustina à proposito contrahendi præfatas nuptias, sed omnes contra omnium expectationem frustra impensæ fuerunt; quamobrem, remissâ postmodum Causâ Emiuentiss. D. Cardinali Carpineo Urbis Vicario = *per giustizia* =, illi placuit particularem Congregationem deputare, quâ habitâ die 4. Decembris anni proximè præteriti, licèt major pars Votantium fuerit in sensu denegandi absolutè, & simpliciter lacerationem = *nihil transeat* =, in actis pro hac parte appositi, & per consequens licentiam celebrandi Matrimonium, attamen, attentâ exemplaritate Causæ, loco publicandi resolutionem, nobis favorabilem, & jam captam, ferè omnes subinde satius existimarunt in obsequium Sacræ Congregationis Concilii rescribere = *at Eminentissimus D. Cardinalis Vicarius ab eadem votum exquirere dignaretur, & interim non esse lacerandum nihil transeat* = Cumque in sequelam hujus Rescripti coram R. P. D. Secretario concordatum fuerit Dubium = *An sit locus celebrationi Matrimonii prædicti* =, supplices instamus *pro negativa resolutione*, quam, ex infra dicendis, spe haud dubiâ nobis pollicemur.

Et antequam operi manum admoveamus, operæ pretium duximus duo præmittere, alterum nempè, hic quæstionem non esse de Matrimonio jam secuto, sed solùm faciendo, cùm nec etiam probentur præcessisse supposita Sponsalia *de futuro*; Et alterum, quod non contendimus probare, Matrimonia, à filiis familias absque suorum Parentum consensu inita, esse
1 nulla, & Parentes ea rata, vel irrita facere posse; benè verò esse illicita, juxta responsum *Evaristi* Papæ ad Episcopos Africæ, relatum *in cap. aliter caus. 30. quæst. 5.*, ibi = *Legitimum non fit conjugium, nisi &c. à Parentibus, & Propinquioribus sponsetur &c.; aliter verò præsumpta, non conjugia, sed adulteria, vel contubernia, vel stupra, aut fornicationes potiùs, quàm legitima conjugia esse, non dubitate* = *Cap. nostrates caus. 30. quæst. 5.*, & notavit *Tertull. lib. 2. ad Uxor. cap. 9.*; *Nam nec in terris filii sinè consensu Parentum rectè, & jure nubunt*; Atque propterea totis viribus sustinemus, ejuscemodi Matrimonia posse, & debere re integrâ prohi-
beri; quemadmodum justissimis de caussis illa 2
prohibet, & detestatur Œcumenica Tridentina Synodus *cap. 1. sess. 24. de reformat. Matrimonii*, ibi = *Tametsi dubitandum non sit, clandestina Matrimonia libero contrahentium consensu facta, rata, & vera esse Matrimonia, quamdiu Ecclesia ea irrita non fecit, & proindè jure damnandi sint illi, ut eos Sancta Synodus anathemate damnet, qui ea vera, & rata esse, negant; quippè falsò affirmant, Matrimonia, à filiis familias sinè consensu Parentum contracta, irrita esse, & Parentes ea irrita, vel rata facere posse, nihilominùs Sancta Dei Ecclesia ex justissimis causis illa semper detestata est, atque prohibuit* = & idipsum observat *Fagnan. in cap. in tua num. 23. de desponsat. Impuber.* per hæc verba = *Verùm, & si hæc ità se habeant quoad nullitatem Matrimonii, tamen, quod spectat ad rem præsentem, constat, ea Conjugia adeò esse Sacris Canonibus invisa, & exosa, ut appellet adulteria, fornicationes, & stupra, unde, cùm tàm Ecclesia, quàm civilis politia tantoperè ab illis abhorreant, non videtur annuendum, ut filia inire possit Matrimonium, cui Pater expressè, & ex legitima causa contradicit* =.

Hisce itaque duobus præliminaribus principiis firmiter retentis, inquirendum dumtaxat superest, an adsit, in præsenti, causa justissima, aut legitima impediendi Matrimonium prædictum, itaut respondendum sit, non esse locum illius celebrationi, juxta Dubium, quod disce-
ptatur; & sanè, quod causa plusquam justissi- 3
ma, & legitima in nostra hypothesi concurrat, evidens, & apertum redditur ex eo, quod agitur, ut dictum est, de Matrimonio ineundo à filio familias; ex nobili prosapia orto, cum muliere vilis conditionis, & indigna, quod cùm sequi non possit sinè peccato mortali, quod dictus filius committeret, tum propter inobedientiam Patri in re gravi contra Præceptum Domini = *Honora Patrem, & Matrem tuam* =, quod est mandatum primum in promissione, ut ait *Apostolus ad Ephesios 6., & ad Coloss. cap. 3.* = *Filii obedite Parentibus per omnia*; = Tum propter irreparabile damnum, quod ipsi Patri, splendori, & dignitati familiæ, adeò conspicuæ inferretur, ut docet *D. Bonaventura in 4. sent. quæst. 3. artic. 2. versic. respondeo ad argumentum, Card. Tolet. lib. 5. instruct. Sacerdot. cap. 1. num. 6.*, ibi = *Rursus ducere Uxorem indignam contra voluntatem Patris peccatum mortale est* =, *Card. Laurea in 4. sentent. disput. 13. art. 6. num. 89. tom. 3.*, *Dicastill. de Matrim. disp. 4. lib. 17. num. 176.*, *Marc. Sezzius de 4. Decalog. præcept. disc. 4. difficult. 1. quæst. 4. num. 6.*, ibi = *Peccatum mortale erit contrahere Matrimonium absque Patris consensu, si contra Patris voluntatem contrahat cum aliqua indigna, videlicet cum aliqua infra statum suum notabiliter, quia fit Parentibus injuria, & dehonoratur familia* = & prosequuntur *Basseus in*

Flor.

Flor. Theolog. verb. filius num. 5., Duard. super
cap. omnis utriusque sexus tom. 2. disputat. 21.
sect. 1. num. 46., Reginald. in prax. For. Pœni-
tent. tom. 2. lib. 2. num. 18., Boss. de Matrimon.
cap. 11. §. 8. num. 8.

4 Hinc est, quod Judices ecclesiastici suâ, quâ
pollent, auctoritate adjuvare debent Patrem,
renuentem, ne talia Matrimonia sequantur, il-
la positivè impediendo ad effectum etiam de
medio tollendi inimicitias, scandala, aliaque
gravia hujus generis mala, prudenter timenda,
quæque regulariter sequi solent, Layman. de
Sponsal. tract. 10. par. 1. cap. 1. sub num. 3.,
ibi = Enimverò, si ex Matrimonio, quod filius, aut
filia contrahere cogitat ob disparitatem Sponso-
rum, vel similem causam, timeatur familiæ de-
decus, scandala, discordiæ, ideoque tale Matri-
monium, tamquàm charitati, ac pietati repu-
gnans, sinè peccato contrahi non possit, tunc Pa-
rentes illud impedire possunt, ac debent, implo-
ratâ etiam Judicis authoritate, ad cujus officium
pertinebit cavere, ne talia Matrimonia sequan-
tur, ex quibus scandala, vel infelices exitus sequi
solent =, Dicastill. de Sacrament. Matrim. disput. 4.
dub. 19., ibi = Poterit, imò debebit Prælatus
impedire, maximè cum etiam Parentes possint
impedire tale Matrimonium, & implorare Supe-
rioris auxilium, ergò Superior ipse potest, & de-
bet tunc suam authoritatem interponere =, Adam
Opatov. de Sacram. tract. de Matrim. disput. 2.
quæst. 18. num. 158., ibi = Proindè nec Ecclesia,
5 nec illius Parochi debent concedere facultatem
filiabus nubendi contra voluntatem Parentum,
præsertim, cum tale Connubium vergat in illo-
rum dedecus; & uno ore prosequuntur Thom. del
Bene de Immunit. par. 1. cap. 8. dub. 19. sect. 9.
num. 43., Boss. de Matrim. cap. 11. num. 89.,
Henriquez in summa lib. 11. cap. 6. lit H., Card.
de Laurea tom. 3. in 4. sent. disput. 22. art. 16.
num. 407., Pignattell. consult. Canonic. 11. per
totum tom. 4., latissimè D. Advocatus Piton.
discept. Ecclesiast. 52. sub num. 84., & pluribus
seqq., optimè Reverendiss. de Zaulis Vicesgerens
emeritus, & in præsenti S. Officii Assessor in
suis observat. ad Statut. Faventin. ad rubric. 26.
lib. 4. num. 40., & seqq. tom. 1., Escobar. de pu-
rit., & nobilit. par. 1. quæst. 487. num. 94., Pa-
schal. de patr. potest. par. 2. cap. 5. num. 22., &
seqq., Capiblanc. de Baron. cap. 657. num. 9.,
Donat. Anton. de Marin. lib. 2. resol. quotid.
cap. 132. per tot., Basil. Pont. de Matrim. lib. 2.
cap. 1. §. 2., Joannes Chapeaville de modo mini-
6 strand. Sacram. cap. 6. quæst. 19.; Pater enim
ex justa causa jus habet prohibendi Matrimo-
nium filio, exemplo Abraham, qui non permi-
sit filio suo Isac uxorem accipere de filiis Cana-
neorum, ut habetur in Genesi 24. num. 3., prout
etiam legimus in Genesi 28. num. 1., idem fe-
cisse Jacob filio suo, &, pluribus adductis, pro-
bat Piton. discept. Ecclesi. observat. 52. num. 85.
tom. 2., & talis justus Patris dissensus enumera-
tur inter illas justissimas causas, ex quibus Sa-
crum Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 1.
de reformat. Matrim., & Sancta Dei Ecclesia
Matrimonia, invitis Parentibus, contracta, 7
semper detestata est, atque prohibuit, Zipeus
de jurisdict. Eccles. lib. 2. cap. 12. num. 20., Boss.
de Matrim. cap. 11. num. 79., Gibalin. de usur.
lib. 4. cap. 5. artic. 9. num. 3., Sayr. in clav. Re-
gia lib. 7. cap. 5. num. 12., Molfes. in Comment.
ad consuetud. Neap. par. 1. consil. 12. num. 37.,
Fagundez in Præcept. Decalog. lib. 4. cap. 3. n. 4.

Hæcque omnia adeo vera sunt, ut ob ejusmo-
di exosa, & semper Ecclesiæ, & Sacris Canoni- 8
bus invisa Matrimonia insuper mortaliter pec-
carent Parentes, si illa impedire non curarent,
Raphael Aversa de Sacram. Matrim. quæst. 3.
sect. 7., ibi = Si inirent indignum aliquod Matri-
monium cum notabili dedecore, & ignominia fa-
miliæ, quamvis cum consensu Parentum, pecca-
rent adhuc filii contrahendo, & Parentes consen-
tiendo, quando Matrimonium esset cum dedecore
aliorum de familia =, Parochi, si illis assisterent,
cum specialem in Sacramento Matrimonii dili-
gentiam adhibere teneantur, ut deprehendant, 9
an Contrahentes cum debita dispositione illud
petant, ut docent Suarez in tertiam partem
D. Thomæ super quæstione 65. art. 4. disput. 18.
sect. 2. circa medium, & post ipsum Dicastill. de
Sacrament. in gener. disput. 3. dub. 12. nu. 271.,
ibi = Undè in assistendo contractui Matrimonii,
in quo quamvis non sit Minister Sacramenti, Pa-
rochus in multis assimilatur Ministro, & non de-
bet assistere indignè petenti, ità præmittere debent
Inquisitiones de illorum vita, moribus, & de con-
sensu Parentum, ut monent Barbos. de Paroch.
instruct. cap. 23. §. 2., latissimè Serrar. tom. 2.
opusc. de contrahen. Matrim. cum Hæretic. cap. 3.;
& denique Prælati; si hujusmodi Nuptias, adcò
Parentibus injuriosas, demandarent, aut non
prohiberent, ipsi quoque Rei evaderent peccati 10
mortalis, quod filius committeret nubendo mu-
lieri indignæ, Boss. de Matrimon. cap. 11. n. 89.,
ibi = Certum videtur in omnibus casibus, in qui-
bus filii peccant mortaliter, Parentibus invitis
contrahendo aliquod Matrimonium, Prælatum
peccaturum graviter, si filiis faveret, vel oppo-
nendo se Parentibus, volentibus impedire &c. =
Rebell. de obligat. just. part. 2. quæst. 14. sect. 1.,
ibi = Prælati non debent conjungere eos, quos con-
stat in contrahendo injuriam aliis facere, atque
adeò sinè peccato Matrimonium inire non possunt =,
& infra = Si Prælati ejusmodi nuptias, Paren-
tibus injuriosas, concilient, cooperabuntur pec-
cato Contrahentium = & tandem concludit = Ita-
que non debet ab Ecclesia, bonorum morum, &
probitatis magistra, concedi facultas ad contra-
hendum cum peccato, sed potiùs dissuaderi debent
talia Connubia, ad idque tenetur Prælatus non
solùm ex præcepto correctionis fraternæ, sed etiam
ex proprio pastorali officio = De possentib. singul.
185., Serrar. in Opusc. de Chatalog. Matrim.
cum Hæretic. cap. 4.

Et rectè quidem, sivè quia ad Prælatos præ- 11
cipuè spectat filiorum obedientiam ergà Pa-
trem promovere, ejusdemque familiæ, & Pro-
pinquorum splendorem, ac decus sartum, &
tectum tueri, saluti ovium, ipsis commissarum,
con-

consulere, & scandala impedire, *Bonaccin. de*
12 *Matrim. quæst. 4. punct. 17. num. 26.*, sive de-
mum, quia *Matrimonium sancta res est, & san-
ctè tractandum*, ut uos monet *Sac. Concil. Tri-
dent. dict. sess. 24. cap. 10.*; Undè quo colore,
quàve justâ ratione Prælati suum munus imple-
13 rent, anuuendo, ut Matrimonium contrahant
ii quos constat, noo aliter contrahere, quàm
sacrilegè, & in peccato mortali, quatenùs in
ipso actu perficiendi Matrimonium cum indi-
gna, Parentibus, & familiæ dedecus, ac igno-
miniam ingerunt, sic enim, ut concludit *Card.
Laurea tom. 3. in 4. sentent. disput. 22. art. 22.
num. 149.*, *Deus offenditur, ruina spiritualis pro-
14 ximi inducitur, fidelitas in ministrando non ob-
servatur, Sanctum Canibus datur (idest peccato-
ribus) & Sacramentum Matrimonii suâ efficaciâ
privatur* = Ad hæc autem auxilia præstare, vel
ea non impedire, utrum lethalem culpam in-
ducant, EE. PP. relinquimus judicandum.

Nec subsistit, peccatum commissum à filiis
15 familias, indignè nubentibus, esse materiam
dumtaxat Fori Pœnitentialis, nam ad Forum
externum quoque pertinet, quando Ecclesiæ
notum est, & in judicium deductum, ideoque
Judex, aut Prælatus, æquè, ac Coofessarius,
potest pro illo pœnam imponere, actumque
prohibere, qui absque salutis æternæ detrimen-
16 to expleri non valet; sic, ceteris omissis, vide-
mus accidere in illo casu, in quo, si aliquis,
postquàm emisit votum simplex castitatis, &
Religionis, vult coutrahere Matrimonium
absque dispensatione, nulli dubium est, quin
Episcopus, cui deounciatum sit tale impedi-
17 mentum, Matrimonium impedire teneatur,
non ratione invaliditatis Matrimonii, quia, si
Matrimonium perficeretur, esset validum, sed
ratione peccati mortalis, quòd taliter contra-
hens committeret, contraveniendo prohibitio-
ni Ecclesiæ in re gravi, ad literam *Textus in
cap. rursùs, qui Cleric. vel vovent.*, *Jor. de Ma-
trim. lib. 7. disput. 71. sub num. 1. §. 1., & nu. 6.*,
Tolet. in summa lib. 7. cap. 18., *Pisell. in sum.
par. 2. tract. 8. cap. 4. de Matrim.*

Minùsque relevat, quod Matrimonia ista
filiorum familias impedienda sint solùm ad
tempus; nam, cum peccatum mortale, quod
in illis intercedit, veluti intriosecè malum, om-
ni tempore sit malum, & nullo temporis mo-
18 mento unquam possit cohonestari, exindè se-
quitur, esse quoque perpetuò impedienda Matri-
monia prædicta, atque etiam quia, quoties
durat causa peccati, eadem durare debet prohi-
bitio, ut ultra Doctores supracitatos, punctua-
lissima est decisio *Aloysii Ricc. Cur. Archie-
piscop. Neapol. decis. 24. par. 3. num. 4. impress.
Venet.*, ibi = *Replicabat quidam Reverendiss.
Episcopus, non posse in tali casu prohiberi simpli-
citer Matrimonium, sed tantùm ad tempus, quod
quidem videbatur probabile, sed, re maturius per-
pensâ, resolvi, quod, stante dicto scandalo* (loqui-
tur de nuptiis indignis) *simpliciter poterat dictum
Matrimonium impediri, quousque causa dicti
scandali duraverit, nam vitare scandalum in il-
lis rebus, quæ sinè peccato omitti possunt, est Præ-
ceptum Divinum naturale, ex allegato loco Mat-
thæi 18. amittere Matrimonium non est peccatum,
quarè simpliciter potest prohiberi; nam omni tem-
pore scandalum est malum, & evitandum, & pon-
deratur id, quod dictum est supra de D. Paulo,
si scandalizavero fratrem meum, non comedam
carnes in æternum, & non dicit ad tempus aliquod
determinatum; Sed potiùs in æternum, quia in
æternum vitari debet scandalum, & non ad tem-
pus in iis, quæ sinè peccato omitti possunt* = &
contraria ratio procedere posset in casu dum-
taxat, quo alter ex contrahentibus non esset 19
persona vilis, & indigna, per quam dehonora-
retur Patris familia, sed alia de causa iste tale
Matrimonium respueret, hoc enim casu, cum
Pater non habeat justam causam prohibendi
filio Matrimonium, ultrò admittimus, illud
ad tempus, dumtaxat impediendum esse, do-
nec, & quousque filius Patris consilium re-
quirat, ratione gravis contemptus, & irreve-
reotiæ, quæ alioquin eidem fieret, si Matri-
monium, licèt honestum, ipso inscio, & in-
consulto, contraheretur, ex quo resultat culpa 20
mortalis, quæ posteâ excluditur, etiamsi nu-
ptiæ sequantur, absque ejus licentiâ, ut distin-
guendo casum à casu, observat *Panimoll. decis.
45. num. 14. 15. & 16.*, & cum hac distinctione
conciliandi sunt nonnulli Doctores, in contra-
rium fortassè laudandi.

Neque vis fieri valet in authoritatibus *Ray-
naldi tom. 1. cap. 6. §. 3. 4. num. 73.*, *Oliv. de For.
Eccles. quæst. 29. à nu. 20. ad 24.*, exadversò alle-
gari solitis; Quippè *Raynal.* rem agit incidenter
& intelligendus est de carceratione filii, inde-
cens Matrimonium contrahere volentis, quæ 21
licèt non debeat esse perpetua, alio non con-
currente delicto, non tamen excluditur, quod
alio modo à tali Matrimonio arcendus veniat;
Oliva verò in eo, quod proprio marte testatur
de praxi contraria, non prohibendi scilicèt filio
similia Matrimonia, fidem non meretur, quia
Doctori testanti de praxi, non creditur, ut aliàs
respondit *Rot. decis. 318. num. 4. & 5. part. 18.
rec.*; neque ejus sententia animadversione digna 22
est, sivè quia illam limitat, *quoties scanda-
lum* (sunt ejus verba *num. 24.*) *aut rixa inter
Parentes notabilitèr timentur*, Sivè quia est con-
traria Sacro concilio Tridentino, nec non om-
nibus Theologis, Canonistis, ceterisque Juris-
peritis, suprà relatis, numero, & gravitate
majoribus, itaut ejus doctrina, ut minùs sana,
proscripta fuerit à *Sacra Congregatione Indicis
die 14. Aprilis 1682.*, sivè demum, quia quæ-
stionem tractat in casu, à nostro diverso, quo
præcesserint Sponsalia, quæ promittentem ob-
ligare pro certo supponit, etiamsi celebrata
sint cum Indigna, ut patet ex lectura.

Sed, quantùm etiam in hac parte *Auctor*
ipse allucinetur, facili negotio demonstrari
posse, arbitramur, duplici æquè validâ ratio-
ne, quarum altera est, quod Sponsalia nec in 23
vim Juris jurandi cogunt, ut impleaotur, si su-
pervenerit gravis Parentum indignatio: Hæc
enim

enim dicitur justa causa, ob quam Prælatus te-
netur Sponsalia jam facta rescindere, & dissol-
vere, Buss. de Matrim. cap.11. n.97., Card. de
Luc. eodem tract. disc.8. nu.10., Rot.decis.1258.
coram Seraph., in rec. decis.10. num.53. par.10.,
in Viennen. prætensorum Sponsalium 12. Januà-
rii 1705. §. Quinimò coram Reverendissimo
Kaunitz Episcopo Labacen., & in Comen. Spon-
salium 10. Junii 1705. §. Hanc autem justam
causam coram Reverendissimo D. Molines Deca-
no; Maximè, quando ex illis infelices exitus
timeri possunt, cap. si aliquid il primo caus.22.
quæst.4., cap. si aliquid il secondo eodem, ibique
Card. Tarrecremat. num.5., Felin. in cap. si verò
de Jur. Jur. num.5., S. Thom. 2.2. quæst.89.
art.7., Jacob. de Graff. decis. aur. lib.2. cap.18.
n.1., Rota cor. Coccin. decis.473. n.3., cor. Pam-
phil. dec.96. n.6., decis.374. n.7. cor. Cels., in rec.
decis.19. n.45., & decis.207. num.9. part.1., & in
Albanea. Sponsalium super Censuris 15. Decem-
bris 1710. §. Quamobrem coram R. P. D. Ansal-
do, confirmata 26. Junii 1711. coram Illustrissi-
mo R.P.D. Scotto, & tunc semper urgere dicitur
timor infelicis exitus, quando filius amore ob-
cœcatus, ut in præsenti accidit, indignas nuptias
24 parare sibi non erubescit, Parentibus inuitis, to-
tâque familiâ renuente, ut in proposito ani-
madvertunt, & testantur Gened. in Collect. Jur.
Canon. ad cap. veniens de Sponsal., Barbos. in
Collect. super cap. requisivit. num.5., Donat.
Anton. de Marin. lib.2. resol. quotid. cap.132.
num.3., Pignatell. consult. Canon.11. tom.4.,
Reverendiss. de Zaulis observat. ad Stat. Faven.
lib.4. rubric.26. num.41. & seqq., Sanchez lib.2.
disp.16. de Matrim., Boss. de Matrim. cap.11.
num.87., Jacob. Marian. in Caudel. Miss. tract.
8. litt. B., ibi = Tertia causa infausti Matrimonii
est inæqualitas Viri, & Mulieris, unde fre-
25 quenter à Deo punitur eorum temeritas, qui cum
sint humiles, aut inopes, cum nobilibus, aut divi-
tibus inire Matrimonia contendunt &c., nam di-
sparitas conditionis frequenter inducit dissentio-
nes =, del Bene de Immunit. part.1. cap.8. dub.19.
sect.9. num.43., Adam. Opatov. de Sacram. tract.
de Matrim. disput.1. quæsit.7. num.5. = si inter
Parentes Contrahentium odia interveniant, ita
quod se opponant contrahendo Matrimonio, pro-
pterea Sponsalia dissolvi possunt, ac debent, si-
quidem timendi sunt aliqui infelices exitus = Re-
ginald. in prax. lib.31. num.24., Michael Salon.
in 2.2. Div. Thomæ quæst.5. de Domin. art.5.,
Rot. dec.19. num.59. part.10. rec.

Altera vero ratio est, quod, si verum est,
quod Sponsalia cum persona indigna impleri
26 nequeant sinè multiplici peccato mortali, ut
supra probatum est, dubio procul ad sui im-
pletionem non obligant, tametsi sint jurata,
cum juramentum non sit vinculum iniquitatis,
Layman. lib. 5. tract.10. cap.1. num.14. vers.
enim verò, Gabriel à S. Vincentio de Sacram.
Matrimon. disp.5. quæst.5. num.5., ibi = Sponsa-
lia obligare non possunt ad actum, qui sinè pecca-
to peragi non potest, undè, si notabiliter charitas
læderetur, vel Parentum pietas dissolveretur,
contracta Sponsalia dissolui possent, etiamsi jura-
mento firmata fuissent = Francisc. Texeda tom.2.
lib.4. tract.1. num.79., ibi = Cum tanto dedecore
Patris, & Propinquorum scandalo implere non
tenetur promissionem, neque Matrimonium cun-
qui, quia justitiæ virtus obligare nequit ad actum,
qui sinè peccato impleri non potest, qualiter inter-
venit, si Puella tàm nobilis cum viro tàm inæ-
quali Matrimonium contrahat, cum propria igno-
minia, ac Patris mœrore =, Card. Laur. tom.3.
in 4. sent. disput.37. artic.11. §.8. nu.458. enu-
merans causas resiliendi à Sponsalibus, & scan-
dala, quæ certò sequi possunt, si fiat Matrimo-
nium, sunt causa sufficiens ad dissolvendum Spon-
salia, & num 460. addit, id procedere, etiamsi
Sponsalia sint jurata, Ægid. Coninch. de Ma-
trim. disput.23. dub.8. num.68., inter causas non
adimplendi Sponsalia etiam jurata, hanc enu-
merat = si alterius Partis Parentes obstinatè
contradicant Matrimonio, itaut ex eo contractu
esset periculum, ne lethales inimicitiæ orirentur 27
inter Partium Affines, aut inter Parentes,
& ipsos Sponsos, aut alius malus exitus omninò
timeretur, & totidem ferè verbis prosequuntur
Rebell. de oblig. just. part.2. lib.2. quæst.14. sect.
1., Bonaccin. de Sacram Matrim. quæst.4. punct.
17., Aversa de Matrimon. quæst. 8. sect. 15.
vers. & quidem, del Bene de Immunit. tom.1.
cap.8. dub.19. sect.9. num.43., Buss. de Matrim.
cap.11. n.93., Reginald. in prax. for. Pœnit. lib.
31. cap.35. n.264., Castropal. de Sponsal. disput.1.
punct.27. num.7., Salmaticen. tom.2. Theolog.
Moral tract.9. cap.2. punct.6. num. 85., Mastr.
in 4. sentent. disput.7. quæst.9. art.3. num.275.
Perez de Matrim. disp.5. sect.3., Navar. in Ma-
nual. cap.16. nu.18., Card. de Luca de Matrim.
disc.80. num.11. & seqq., Pignatel. consult.11.
tom.4.

Quamobrem nec valet argumentum, quo
utitur Oliva de foro Eccles. part.1. dicta quæst.
29. num.24. ad probandum suum assumptum,
quod sæpedicta Sponsalia valeant, & obligent
sinè Parentis consensu, eo sub obtentu, quod, 28
sicuti valent Matrimonia, sinè consensu Paren-
tum celebrata cum persona indigna, ita etiam
valere debeant Sponsalia, obligarique promit-
tens ad illa implenda; Quoniam, cum Sponsalia
sint promissio, ex justitia obligans ad Matrimo-
nium futurum contrahendum, nulla illicita
promissio potest Promissorem ex justitia ad ser-
vandum promissum obligare, quotiescumque
Matrimonium est illicitum, etiamsi validum, 29
quia Sponsalia adhuc invalida erunt, quippè,
qui nequit licitè contrahere, etiam nequit va-
lidè promittere, eò quia non valet promissio,
quam, Promittens, implere licitè non potest, ut
ponderat Robert. Koning. super 4. Decret. tit.
de Sponsal. num.24., Franc. Amic. tom.9. disp.
31. n.1. in fine, Dicastill. de Sponsal. disp.1. dub.31.
Quinimò, quod Judex Ecclesiasticus talia 30
Sponsalia irritare teneatur, & cavere ne im-
pleantur, probant Ludovic. Engel. in 4. Decret.
tit. de Desponsat. Impub. §.2. nu.10., ibi = Unum
adhuc notabile placet hic adscribere, quod, licèt
dis-

dissensus Patris non invalidet Matrimonium jam
contractum, si tamen sola sponsalia jam contracta
sint, & inde ex dissensu Parentum, & Consan-
guineorum, fortè propter inæqualitatem, aut
aliam causam, magnum scandalum, vel alias
malus exitus timeatur, possit Judex Ecclesiasti-
cus tale Matrimonium prohibere, & Sponsalia
irritare, cum virtus Justitiæ non obliget ad
actum peccaminosum =, egregiè Avers. de Ma-
trim. quæst.8. sect.15. §. Et quidem, del Bene de
Immunit.tom.1. cap.4. dub.19. sect.9. num.43.,
Dicastill. disput.4. dubit.18. num.180.
Idque verum est in casu longè fortiori, quo
concurreret stuprum cum Sponsalibus juratis,
quia adhuc filius familias potest, & debet jure
31 compesci, nè ducat virginem, quam violavit,
quotiescumque Pater justè dissentit, propter
ignominiam ex nuptiis ipsi, familiæque suæ,
ac Consaguineis irrogandam, & propter pa-
rum felices exitus justè timendos, ut nos do-
cet Sanctus Theologus Juris Doctor, & Epi-
scopus Antoninus part.2. tit.5. cap.6. §.1., ibi =
Etsi promisisset eam ducere in uxorem, ut copu-
lam ab ea extorqueret, servet promissum, &
multò magis juramento firmatum =; & illicò sub-
jungit = & hoc, nisi nimis distans esset eorum
conditio, puta Mulier plebeja, vir Nobilis,
vel etiam si magnum scandalum indè creditur pro-
venturum =, Dicastill. in tract. de Sponsal. disput.
2. dub.10. num.163., ubi firmat, Sponsalia non
obligare, si ex Matrimonio timeatur notabile
scandalum, aliudve grave incommodum, quod
indè oriri solet, & debere Judicem interdicere
Matrimonium, subdens =, etiamsi secuta fuerit
virginis defloratio; Hic enim quando promissio
fuit non ficta, tenetur quis, ad evitanda talia
scandala, non contrahere cum ea, quam sub spe
talis promissionis defloravit =, Card. Tolet. in
Sum. lib.5. cap.11., Navarr. in Manual. cap.16.
num.18., Cosm. Philiarc. de offic. Sacerdot. tom.
1. lib.4. cap.17., Nald. in Sum. verb. Virgo n.3.,
Marcant. in Tribun. Sacram. tract.7. tit.5. quæst.
2. dub.2. resol.2., Tambur. in explicat. Decalog.
lib.7. cap.5. §.3. num.34., Reginald. in prax.
for. Pœnitent. lib.31. cap.35. num.255., Gregor.
de Valentia tom.3. Comment. Theolog. disp.9.
quæst.3. punct.3. fol. mihi 1674., Lopez de In-
struct. Conscient. part.1. cap.76. quæst.3., Cor-
dub. quæst. Theolog.13., Sayr. in Clav. Reg. lib.
11. cap.20. num.23., Georg. Gobbat. in Theolog.
experim. tract.10. cap.3. num.106., Jacob. de
Graff. lib.2. dec. aur. cap.78. num.3.
Præmissaque licèt clara sint ad ostendendum,
quanto rigore prohibenda, atque impedienda
sint Matrimonia filiorum familias, ob justam
32 Patris, aliorumque Consanguineorum contra-
dictionem, adeout, quatenùs opus sit, valeat
Judex tutâ conscientiâ etiam detrudere filium
rebellem in carcerem, Pignatell. consult. Ca-
non.11. per totam tom.4., Reverendissimus de Zaul.
in observ. ad d. rubric.26. lib.4. num.41. tom.1.
ad Statut. Favent., Nihilominùs clariora eva-
33 dunt ex concordi, & nunquam interrupta Ec-
clesiæ disciplina, quippè non solùm Concilia
Provincialia omnium Nationum in hanc sen-
tentiam abierunt, ut præsertim in Galliis Con-
cilium Arelatense IV. celebratum anno 543. Ca-
non.22., pronunciat, Matrimonium contra volun-
tatem Parentum impiè copulari =, Labbè ad annum
citat. in Hispaniis Toletanum tertium Can.10. =
Similis conditio de virginibus habeatur, ne con-
tra voluntatem Parentum, vel suam cogantur
Maritos accipere =, apud Card. de Aghir. an-
not.89. tom.2. pag.347.; In Germania Concilium
Coloniense habitum anno 1536. par.7. cap.43. =
optandum, ut tollantur clandestina Matrimonia,
quæ invitis Parentibus, & Propinquis, Veneris
potiùs, quàm Dei gratiâ contrahuntur; Nam
quanta ex his mala suboriantur, in aperto est:
Intereà verò, si non irrita, prohibita saltem sint
&c. =; Itidem in Germania Synodus Provincialis
Moguntina, congregata anno 1549. cap.37., ibi:
Volumus, Liberos sedulò admoneri, ut Divinè
præcepti memores, velint in Parentum esse pote-
state, nec, illis insciis, aut invitis, inire Ma-
trimonia præsumant =; Et denique in Italia in
Constitutionibus Provinciæ Mediolanen. lib.5. sub
tit. quæ ad Sacrament. Matrimon. spectant n.17.
sic legitur: si filii familias sint, hos Parochus valdè
cohortetur, ut Parentibus, in quorum potestate
sunt, eumdem honorem tribuant, ut illis ne insciis
quidem, nedùm invitis, rem tanti momenti ineant =.
Verum prætereà quamplures docti, & Reli-
giosi Episcopi, benè hujus obligationis sibi con-
scii, illud in primis in suis synodalibus Consti- 34
tutionibus circa Matrimonii Sacramentum, Pa-
rochis præceperunt, nè ullo modo Matrimoniis
filiorum familias assisterent, nisi, Parentibus
præsentibus, vel aliundè constito de illorum
consensu; sic, ab antiquioribus incipiendo, habe-
tur in Constitutione Ecclesiæ Veronensis, per
Episcopum Joannem Matthæum Gibertum,
tunc fungentem munere Legati Apostolici, per
totam Diœcesim æditas anno 1642. tit.7. cap.
1., ibi = Monemus, nè deinceps quisque præsumat
Matrimonium contrahere, nisi cum præsentia Sa-
cerdotis proprii, ac Patris, & Matris, si ha-
buerint =.
In Synodo Monopolitana sub Episcopo Anto-
nio Portio, non longè post Concilium Tridenti-
num congregata an. 1585. cap.17. de Sacramen. 35
Matrimon. = Licèt Matrimonia à filiis familias
sinè consensu Parentum contracta, si Canonicum
aliud non obsistat impedimentum, valida reputen-
tur, ac firma; Quia tamen Sancta Dei Ecclesia ex
justissimis Causis illa semper detestata est, atque
prohibuit; Parochi eorum priùs voluntatem explo-
rent, sivè Parentum, sivè aliorum, ad quos fu-
turi Sponsi vel Sponsæ tutela, vel cura dignosci-
tur pertinere, qui, si non consenserint, paternè
Sponsos admoneant, nè, suis invitis, aliquid deli-
berare velint, sed Parentibus obediant; nec per-
mittant, illos ultra progredi =.
In Synodo Auximana sub Cardinali Antonio 36
Maria Galli an. 1593. sub tit. de Matrim. cap.2.,
ibi = Mandamus, ut nullus Parochus eos, quos
sciverit, invitis Parentibus, Matrimonium velle
contrahere, Matrimonio jungat, sed ea de re
nos

not reddot certiores, ut, quod sit agendum, maturè possimus deliberare =, Gabriel Paleottus qui, uti jurium Doctor, interfuit Sacro *Concilio Tridentino*, posteà S. R. E. Cardinalis, & Bononiensis Archiheiscopus renunciatus, statuit = *Che, occorrendo, che qualche figliuolo di famiglia voglia congiungersi in Matrimonio, contradicendo, ed opponendosi il Padre, non sarà ammesso dal Curato senza participazione dell' Arcivescovo* = Id ipsum disponitur in *Synodo Panormitana*, de anno 1586. sub Archiepiscopo Cæsare Manello *part. 2. cap. 8.*; In *Synodo Catalensi* habita anno 1625. sub Episcopo Joanne de Osorio *part. 2. num. 97.*; In *Synodo Faventina tit. 10. cap. 10.* celebrata anno 1647. à Cardinali Carolo Rossetti Episcopo; in *Synodo Montis Regalis sess. 2. cap. 8.* facta sub Cardinale Francisco Peretti anno 1652.; Aliarum quoque *Synodorum* ejusdem tenoris Decreta refert *Ginettus tom. 5. Theolog. Moral. pag. 210., & seqq.*; quibus addi possunt *Synodus Placentina* anni 1589. sub Episcopo Petro Bonaventura, *Synodus Veliterna* anni 1638. sub clar. mem. Cardinali Francisco Barberino Decano, & *Synodus Albanen.* sub Cardinali Flavio Chisio anni 1689.

37 Absque eo quod his omnibus adversetur dispositio Sacri *Concilii Tridentini cap. 9. sess. 24. de reformat. Matrim.*; Etenim Concilium ibi infligit excommunicationis pœnam Dominis temporalibus, cujuscumque gradus, dignitatis, & conditionis existant, qui cogunt subditos ad Matrimonium contrahendum cum quibus illis placuerit; Undè nec comprehendit privatas personas, *Barbos. ibidem ad Sac. Concil. num. 9.*, *Boss. de Matrim. cap. 11. §. 3. num. 21.*, & declaravit san. mem. *Gregorius Papa XIII.*, ut advertitur in declarationibus collectis à *Farinac. cum decis. Concil. Trident. par. 4. d. sess. 24.
38 cap. 9. de reform. Matrim.*; Minusque Parentes, ut ostendunt *Molin. de justit., & jur. disput. 176. in vers. ad secundum*, *Sanchez de Matrim. lib. 2. disput. 17. num. 9.*, & quatenus etiam sensus Concilii extendendus esset ad privatas personas, & ad illos, qui certa, & determinata Matrimonia impediunt, adhuc Patrem, aliumve Propinquum, vel etiam extraneum, ex justa causa contradicentem, non afficeret, *Bonacin. de iis, quæ pertinent ad usum Matrimonii quæst. 4. punct. 17. sub num. 16.*, *Corint. de Matrim. disput. 28. dub. 5. num. 48.*

39 Neque exindè verendum esset, ne sublata remaneret libertas Matrimonii, ab eodem Sacro Concilio, & à Sacris Canonibus commendata in *cap. requisivit, & in cap. genia de Sponsal.*, si ex justo Patris dissensu nuptiæ perfici nequirent à filio familias, quia libertas Matrimonii debet esse honesta, & alteri non præjudicialis; ad Ma-
40 trimonii enim libertatem non spectat, quod cum peccato fiat, & cum maxima Parentum injuria; sed Matrimonii libertas tunc maximè est, quando sinè peccato est, ut totidem verbis docet *Gabriel. à S. Vincent. de Matrim. disput. 3. quæst. 6. num. 48.*; non enim posse peccare ad
41 hominis libertatem pertinet, sed ad defectum illius, ut docet *D. Thomas par. 1. quæst. 62. art. 8. ad tertium argumentum prope med.*, ibi = *Undè, quod liberum arbitrium diversa eligere possit servata ordine finis, hoc pertinet ad perfectionem libertatis ejus, sed quod eligat aliquid divertendo ab ordine finis (quod est peccare) hoc pertinet ad defectum libertatis, undè major libertas arbitrii est in Angelis, qui peccare non possunt, quàm in nobis, qui peccare possumus* =; Eademque ratione, maxima, & perfectissima in Deo est libertas, ut cum Magistro sententiarum observat idem Angelicus Doctor in 2. *distinct. 25. art. 1.*, & notant *D. Anselm. in Dialog. de liber. arbitr. cap. 1.*, ibi = *quoniam liberum arbitrium Divinum, & bonorum Angelorum peccare non potest, non pertinet ad diffinitionem libertatis arbitrii posse peccare; denique nec libertas, nec pars libertatis est peccandi potestas* =, & *D. Augustinus in Enchiridio ad Laurentinum cap. 30.* = *Ipsa est vera libertas propter rectè faciendi licentiam* =, & *lib. 14. de Civitate Dei cap. 11.* = *Arbitrium igitur voluntatis tunc est verè liberum, cum vitiis, peccatisque non servit* =, & in nostris præcisis terminis *Bonaccin. de Matrimon. dict. quæst. 4. punct. 17. num. 25.*, ibi = *Neque obstat impediri libertatem Matrimonii; tùm quia libertas Matrimonii non debet familiæ, aut proximo nocere; tum quia non dicitur
libertas alicujus impediri, nisi ad id, ad quod ha- 42
bet jus, sed filius non habet jus ad nuptias injuriosas Patri &c.* =, *Rebell. part. 2. lib. 2. quæst. 14. sect. 1.*, ibi = *At dices, esse contra libertatem Matrimonii, negandum est assumptum, nec enim minuitur libertas nubendi, sed potiùs regulatur, & perficitur &c., esse enim liberum ad malum faciendum, potiùs est imperfectio libertatis, quàm conditio necessaria* =, *Jo. Marchion. tom. 2. de Sacram. disput. 71. sect. 9. num. 118.*, ibi = *Ita contrahere non est uti, sed potiùs abuti suâ libertate, debetque libertas contrahendi esse justa, & rationabilis* = *Anton. à Spiritu Sancto in direct. tractat. 11. disput. 5. sect. 7. num. 267.*, ibi = *Nec hæc destrictio est indirectè contra libertatem, quæ desideratur in Matrimonia, nam libertas, quæ in Matrimonio desideratur, est libertas honesta, & rationabilis, hoc est quæ secundùm rationem, & debitum honestatis sit* =, *Pignatell. consult. Canonic. 11. tom. 4. num. 7.* = *Nec obstat, ad Matrimonium liberam voluntatem Contrahentium requiri &c., quia libera voluntas ferri debet in objectum honestum, alioquin à Judice coercenda est, si in malum feratur, ut in hoc casu* = & *num. 8.* = *Minus obstat, quemlibet posse nubere ad libitum, quia hoc quidem verum est, modò honestè contrahat, seu nubat, nempè, si Matrimonium cum aliqua certa contrahere nequit, hoc Matrimonium non est permittendum* = & latè probat Pater *Alexander Politi à S. Sigismundo*, Scholarum Piarum Theologus, in suo erudito tractatu de *patria in testamentis condendis potestate lib. 2. cap. 3., impress. Florentiæ anno 1712.* nuper elapso.

Et jure quidem, meritòque: intentio enim 43
Juris Canonici, & *Sacri Concilii* numquam fuit, ob Matrimonii libertatem, permittere turpia, & criminosa, prout est indignè nubere, solùmque

fuit de medio tollere necessitatem consensus
paterni, à Jure civili requisiti in *§. Masculi de
nupt. leg. in Sponsal. ff. de rit. nupt. C. si ut pro-*
44 *ponitur l. nec filium leg. in contractu Cod. de nupt.*,
sed, cum supposito dignarum nuptiarum, cum
qualitas hæc æqualitatis, & dignitatis potiùs fa-
veat, & congruat Matrimonio, quàm adverse-
tur, benè *Card. de Luc. disc. 142. num. 12. de
Dot.*; Nunquam verò Patri vetitum fuit, ne ex
justa causa possit impedire filio Matrimonium;
quin potius hæc facultas illi præservata extitit,
ut apertè etiam resultat ex ipsa mente *S. Conci-
lii*, dum pro abolendis Matrimoniis clandesti-
nis, illa non quidem vetuit, sicuti prohibuerant
45 antiqua Jura, sed in *sess. 24. de Reformat. Ma-
trimon. cap. 1.* jussit, fieri denunciationes, ut
tempore istarum Patres familias possent se op-
ponere Matrimoniis, à filio celebrandis, illaque
impedire; optimè *D. Advocatus Piton. discept.
eccles. observ. 52. num. 86. tom. 2.*

Hæc igitur eum ita se habeant, &, ex aucto-
ritate tum Sac. Concilii Tridentini, tum Sa-
crorum Canonum, & SS. Patrum, tum Theo-
logorum, tum Canonistarum, & Forensium
Doctorum; tum denique ex universæ Ecclesiæ
disciplina, seu praxi, cum firmiter constabili-
tum fuerit, Matrimonia filiorum familias, eum
persona indigna contrahenda, posse, & debere
prohiberi; reliquum est demonstrare, tale esse
Matrimonium, quod cum vilissima muliereula
Faustina Jacobilli inire contendit Fabius, pro-
genitus ex familia, quæ, quoad longissimè po-
test mens nostra respicere spatium præteriti
temporis, & antiquitatis monumenta prodere
ultima, indè usque rem repetentes, quinque
jam ab hinc seculis assumpto cognomento *de
Guiccioli*, intèr illas Optimatum Ravennæ ef-
fulget, ut locupletissimi testes sunt *Flaminius
46 Vincentius Carrarius* Civis Ravennas in sua Hi-
storia Ravennæ *m. 5. lib. 3. pag. 113. ad annum
1220.* = ibi = *All' uscire d'Aprile nel pubblico
Consiglio di Ravenna &c., dove anco furono Pie-
tro Villano, Giovanni Guizolo, i quali tutti die-
rono licenza a Peppo di Verde Massaro del Comu-
ne di estraere dalla Camera del Comun di Raven-
na il tesoro &c.* = Et egregius ille scriptor Histo-
riæ Ravennæ patriæ suæ *Hieronymus Rubeus
lib. 6. ad annum 1229. pag. 397.*, inquiens = *tunc
temporis coacto Senatu Reipublicæ Ravennatis,
Paulum Traversarium Procuratorem, uno Sena-
torum omnium consensu, qui tum frequentes con-
venerant, creandum curavit; qui autem eo die
non Kalend. Augusti venerunt in Senatum, cum
fuere multi, tum iis in primis eminebat Carneva-
lis Lambertanus, Arconus Saxus, Bonsilius Gui-
zolus* = cui concinit *P. Pasolin.*, alter diligens re-
rum Ravennæ scriptor *lib. 8. Lustri Ravennati
par. 2. ad annum 1229.* = ibi = *La Repubblica
Ravennate quest' anno creò per suo Procuratore
Paolo Traversari, e trà Principali, che nel Con-
siglio intervennero, furono Carnevale Lamberta-
no, Arcono Sasso, Bonfiglio Guizioli* = Potita
deinde Castro Dutiæ in agro Imolensi, gens
Guicciola, insignita fuit titulo *Cattanei de Du-
tia*, quo promiscuè, cum Valvasororum, & Ca-
pitaneorum nomine usurpato, apud Feudales
scriptores, Castrorum Domini nuncupabantur,
*Carol. du Fresne du Cange gloss. med., & infim.
latinitatis pag. 803., & seqq., Ægid. Menag.
drigin. Ital. verbo Catani Accadem. della Crusca
in Vocabul. postrema edit. pag. 302., Vincent.
Borghin. oper. tom. 3. pag. 283., Cosm. de la Re-
na serie antiq. Duc., & Marcb. Tuscia part. 1.
pag. 22.*, & demonstrant monumenta genealo-
gica familiæ hujus, ad partes data.

Generosâ nobilitatate splendens, & opibus
potens, cognatione se se devinxit eum prænobi-
libus Provinciæ familiis, satisque erit, missis
aliis, meminisse nobilem virum Gerundinum,
ab hac familia progenitum, in uxorem duxisse
Joannam de Ordelaffis, filiam Laniuæ de Or-
delaffis, Forolivii imperantibus, ut ex dictis
monumentis genealogicis, typis impressis.
A majoribus autem acceptam dignitatem, no-
bilitatemque, amplificare semper curarunt to-
gâ, & sago illustres hujus familiæ viri, quorum
alii præclaris literarum monumentis Rempu-
blicam illustrarunt, alii verò in militares ordi-
nes cooptati fuerunt, ut patet ex citatis monu-
mentis genealogicis; Quamobrem jure, meri-
tòque Scriptores omnes, apud quos hujus fami-
liæ mentio incidit, inter nobiles, & illustres Ci-
vitatis Ravennæ illam recensent, & præcipuè
*Hieronymus Rubeus Histor. Ravennæ lib. 6. ad
annum 1296. pag. 492., & pag. 495., ad annum
1512. pag. 664., ad annum 1513. pag. 681., ad an-
num 1541. pag. 705., & ad annum 1545. pag. 706.
lotè Vincent. Carrarius in vita Christinæ Roc-
chæ de Luvardis edit. Ravennæ anno 1578. apud
Cæsarem Cavazzam in 4., P. Pasolin. Lustri Ra-
vennati par. 4.*, ubi inter Magistratus Ravennæ,
quos collegit, viros hujus familiæ semper nu-
merat, ejusdemque stemma gentilitium inter
alia nobilium familiarum describit, prout nota- 47
vit quoque *P. Coronelli, Ravenna ricercata An-
tico: Moderna*, & plura alia legi possunt apud
eumdem *P. Pasolin. in tract. degli Uomini illu-
stri di Ravenna antica lib. 3. cap. 2., ad ann. 1515.
cap. 4., ad ann. 1659. cap. 6., ad annum 1572.,
& cap. 2. degli Uomini Ravennati illustri in
armi, ad annum 1226., & cap. 4., ad annum
1514.*

Idque non solùm præclarissimi Concives, Ro-
mæ commorantes, testantur, sed omnium su-
pereminenti testimonio confirmat ipsa Civitas
Ravennæ, quæ omnia, latiùs in monumentis
genealogicis hujus familiæ expressa, breviter
hic perstrinximus, ut Eminentissimi Patres,
D. Fabium, faciliùs comparare queant eum
præfata Faustina muliere vilissimæ, & abjectæ
conditionis, veluti uxore in primis nuptiis quon-
dam Hieronymi Rasmi vilis famuli bonæ me-
moriæ Abbatis Severoli, & in secundis nuptiis,
quondam Hieronymi Bonetti miserabilis, &
infelicis Panormitani; quodque æquè grave est,
eadem mulier, semper ædes uti hospita locavit;
habetque ulterius in fratres alterum, qui erat
Barbitonsor, alterum, qui in vilem famulatum
ope-

operam suam præstat, & alterum, qui est Pro-
pola vini stillatitii.

In hisce autem circumstantiis in dubium re-
48 vocari nequit, quin sæpius dicta Faustina indi-
gna sit nuptiis cum Domino Fabio, quia ad hoc
ut aliqua fœmina dicatur indigna certo, & de-
terminato Matrimonio, non requiritur docere,
quod per antea fuerit concubina, vel meretrix,
sed exuberat, quod sit notabiliter infra statum
viri, quem in sponsum habere cogitat; Itaut,
inspectâ inæqualitate generis, familiæ, & nobili-
tatis, quæ faciunt considerabilem esse indigni-
tatem circa Matrimonium contrahendum, fie-
ret Parentibus viri injuria, & dehonoraretur,
aut etiam quomodocumque obnubilaretur Pa-
tris familia, si illud reverà sequeretur, *Gratian.*
discept. Forens. cap.863. num.14., ibi = *Quia ad*
hoc, ut dicatur uxor indigna, non attenditur so-
lùm, an sit concubina, vel meretrix, cum ex alio
etiam capite possit dici indigna, respectu inæqua-
litatis generis, familiæ, divitiarum, nobilita-
tis, & similium, quæ faciunt, esse considerabilem
indignitatem ad Matrimonium contrahendum =,
D. Advocatus Piton. discept. Eccles. d. observat.
52. num.84., *Panimoll. decis.45. num.16.*, *Marc.*
Serzius de 4. Decalog. Præcept. Div. difficult.
part.1. quæst.3. num.6. = *Peccatum mortale erit*
contrahere Matrimonium absque Patris consensu
si contra Patris voluntatem contrahat cum aliqua
indigna, scilicet cum aliqua infrà statum suum
notabiliter, quia fit Parentibus injuria, & de-
honoratur familia =, *Boss. in Flor. Theolog. verb.*
Filius num.5., ibi = *Filius peccat mortaliter, si*
contra voluntatem Patris contrahat cum aliqua
indigna, idest cum aliqua infra statum suum no-
tabiliter =, *Duard. super cap. Omnis utriusque*
sexus tom. 2. disput.21. sect. 1. num. 46., ibi
= *Peccant Liberi, citrà consensum Parentum du-*
centes uxorem, notabiliter disparem respectu eo-
rum conditionis, & status, quia citrà familiæ
obnubilationem, ejusmodi Matrimonia contrahe-
re non possunt =, *Sayr. in Clav. Reg. lib.7. cap.*
5. num. 12., ibi = *In duobus casibus peccatum*
mortale erit; si filius voluntatem Patris non se-
quatur. Primum est, si contra voluntatem Patris
contrahat cum indigna, idest cum aliqua infrà
statum suum notabiliter; sic enim dehonoratur fa-
milia Patris =, *Azzor. part.2. lib. 2. cap. 2. qu.*
6. = *convenit inter Doctores, filios facultatem libe-*
ram habere contrahendi, quod tunc locum ha-
bet, cum filius non ducit in uxorem fœminam vi-
lem, & abjectam =, *Boss. de Matrim. cap. 11.*
num.167., ibi = *Porrò ad dignoscendum, an nu-*
pserit digno, vel indigno, spectanda sunt, utriuſ-
que conjugis progenies, seu nobilitas, animi bona,
mores, divitiæ, legitima natalia, & alia; &
secundùm ea prudens Judex, attentis moribus
Civitatis, judicabit. =

Nilque turbat, quod dictus Bonetti secundus
vir Faustinæ fuerit Civis Panormitanus, undè
inferebatur, quod eadem illius civilitatem ac-
quisiverit, quippè tale assumptum in facto sub-
sistentiam non habet, cum probetur, fuisse mi-
serabilem personam, & mediocris conditionis,
&, quatenus etiam in facto subsisteret, in Jure
nequaquam relevaret; Vidua enim non conser- 49
vat, nisi impropriè & per fictionem prærogati-
vas viri prædefuncti, benè *Cyriac. controv. fo-*
rens. 378. num.22., & 34., & donec, & quo-
usque in viduitate permanet, *Gratian. discept.*
Forens. cap. 623. num. 4., *Sperell. decis. 157.*
num.15. vers. Prout; Quocircà præfata Fausti- 50
na transeundo ad tertias nuptias cum Domino
Fabio, amitteret, ac si nunquam habuisset,
prærogativas Bonetti, quæcunque illæ sint, &
per consequens semper remaneret fœmina vilis,
& indigna tanto Matrimonio.

Hanc veritatem agnoscentes DD. Contrarii 51
Scribentes, in præterita Causæ propositione
præsidium quærebant ab eo, quod pro impedi-
mento Matrimonii ratione inæqualitatis, seù
disparitatis, non admittitur aliud impedimen-
tum, quàm illud disparitatis *Cultus*, recensi-
tum in illis versibus = *Cultus disparitas, vis,*
ordo, ligamen, honestas &c. = Imò verò adde-
bant, quod quæcumque alia disparitas, & præ-
sertim illa natalium in nulla haberi debeat con-
sideratione ad impediendum Sacramentum
Matrimonii, eo sub obtentu, quod inter opera
pia, & meritoria est, publicam, & famosam 52
meretricem ducere in uxorem, ut illa à pecca-
to hoc modo liberetur, *ad Text in cap. inter*
opera 20. de Sponsal., & Matrim., ibi = *Inter*
opera charitatis non minimum est errantem ab er-
roris sui semita revocare, & inferiùs = *Statui-*
mus, ut omnibus, qui publicas mulieres de Lupa-
nari extraxerint, & duxerint in uxorem, quod
agunt, in remissionem proficiat peccatorum. =

Siquidem huic objecto per partes responden-
do, ultrò admittimus, disparitatem natalium
non esse impedimentum dirimens Matrimo-
nium, jam factum, minùsque esse inter illa 53
impedimenta impedientia, pro quibus Aposto-
lica requiritur dispensatio, ut Matrimonium ri-
tè, & rectè perfici queat, sed solùm dicimus,
talem, & tantam disparitatem, ut in casu con-
tingit, justam præbere causam impediendi Ma-
trimonium, nondum factum; Non enim est
novum in Ecclesia Dei, quod, justâ, & legiti-
mâ concurrente causâ; non solum Pater, sed
etiam Judices Ecclesiastici Matrimonium re
integrâ impedire teneantur, ut ex *Sacro Con-*
cilio Tridentino cap.1. sess.24. de Reformat. Ma-
trimon. tuetur *Fagnan. in cap. in tua num.23. de*
Desponsat. impub., *D. Advoc. Piton. discept.*
Eccles. observat.52. sub num.84., & seqq. tom.2.
ultra alios supra adductos in §. Hinc est.

Quo verò ad *Textum in cap inter opera*, hic
abs re allegatur, quoniam, si verum est, ut in
contrarium sustinetur, quod d. Faustina sit
bonæ famæ, & non meretrix, cessat laudati
Textus dispositio, eò quia D. Fabius opus pium
agere nequit, illam in uxorem ducendo, cum de 54
lupanari non extrahatur; Atque etiam, & for-
tiùs, quia idem *Textus*, utpotè procedens so-
lùm respectu eorum, qui sunt sui juris, ut ob-
servat *Natal. ab Alexand. Theolog. tom.6. lib.2.*
pag. 507., *ibi* = *Viro, qui sui Juris est, me-*
retri-

retricem e lupanari eductam ducere licet uxorem, ut eam à peccato revocet, idque in remissionem peccatorum proficere, respondet Clemens 3. in cap. inter opera =, utique extendi non debet,
55 neque ad illos, quorum cordi esse debet honor proprius, familiæ, & propinquorum, & sic multò minùs ad filios familias, qui insuper, inspecto Jure naturali, Divino, Gentium, & Civili, *tenentur obedire Patri prohibenti, ne ducat in uxorem* (sunt verba *Natal. ab Alex. loc. cit. pag.666.*) *malè moratam, aut infamem, aut longè disparis conditionis, tenetur enim Lege naturæ quisque periculum suum vitare, honori suo consulere, familiæque suæ dignitatem sartam, & tectam tueri; tenetur Parentibus obedire, justa præcipientibus, justæ autem sunt prohibitiones illæ &c. =*

Aliàs, admissâ contrariâ interpretatione, maxima, & manifesta daretur contradictio, siquidem, ut autumat Pars adversa, filiusfamilias sumendo in uxorem meretricem, aliamve personam indignam, opus pium gereret in remissionem peccatorum, & è converso, ut sinè contradictione probant authoritates, à nobis plenâ manu superiùs allegatæ, peccatum mortale committeret exclusivum actus pii, & meritorii; ideòque, ad evitandam hanc exosam implicantiam, nemo non videt, quod idem *Textus* in alium sensum detorqueri nequit, diversum ab illius expositione facta à *Natali ab*
56 *Alex.*, mox expensa; Potissimè, quia conformis etiam est menti *Clementis Tertii*, qui illud condidit; Quippè, cum per antea meretricibus prohibitum esset Matrimonium non solùm in Lege data à Deo Moysi, ut enarrat *Joseph lib.4. antiq. cap. ult.*, ibi = *Nec meretrici sit jus nuptiarum, cujus propter injuriam suo corpori factam, nuptiale Sacramentum Deus non admittit* = Verum etiam ab antiquis Canonibus, relatis per *Gonzal. super d. cap. inter opera de Sponsal.*, hinc *Clemens Tertius* Papa, mediante dictâ Decretali, voluit dumtaxat intuitu aliqualis misericordiæ antiquorum Canonum rigorem ali-
57 qua ex parte corrigere, ut illi, qui meretrices priùs retinebant in schemate concubinatus, valuissent postmodum illas habere in uxores, ut observat *Gonzal. nuper cit. num.15. in fin.*, qui actus certe proficit in remissionem peccatorum, non sic tamen, cum illum agerent illi, qui non sunt sui Juris, & præsertim filiifamilias; hi enim ratione gravis injuriæ, quam facerent Parenti-
58 bus, & familiæ, graviter peccarent, & propterea eò certius dicendum est, quod Papa de illis loqui non intellexerit in citato *cap. inter opera*.

Et de facto, quod res ità se habeat, dubitare non sinit epistola 16. *Ivonis Carnotensis* directa *Waldero Menbelsi* Episcopo, à quo *Ivo* requisitus, ut sententiam suam super hac re dicere vellet, in hunc, qui sequitur, modum respondit = *Literis vestris per Portitorem præsentium, nuper ad me directis, consuluit vestra Paternitas, utrum quis habere possit eam mulierem in conjugem, quam priùs habuit pellicem* = & relatis hinc inde Conciliis, & Sanctorum Patrum testimoniis, concludit = *Quantum ergo mihi videtur, quod quidam Patres concubinas uxores fieri, vetuerunt, honestatem conjugii commendantes, & fœdam concubinatus consuetudinem coercere cupientes, rigorem Justitiæ teneri, decreverunt; Quod verò alii aliter scripserunt, hoc intelligo, quia intuitu misericordiæ quorumdam imbecillitati occurrentes, rigorem Canonum temperare maluerunt; In quibus sententiis non alia mihi videtur esse distantia, nisi ea, quam inter se habent judicium, & misericordia, quæ quoties in unum negotium conveniunt, in discretione Rectorum consistunt, ut, habitâ consideratione salutis animarum pro qualitate personarum, pro opportunitate locorum, & temporum, tunc severitas Canonum exerceri, nunc indulgentia, quibus oportebit, impendi* = Quam epistolam per extensum refert *Gonzal. super cap.2. de Adult., & Stupr.*; Proindeque immerito quoque exadversò hic in medium adducebatur exemplum *Oseæ*, qui desponsavit meretricem; Quandoquidem *Osea* id fecit propter præceptum, quod habuit à Deo, *Oseæ cap. 1. vers. 2.* = *Et dixit Dominus ad Oseam: Vade, sume tibi uxorem fornicationum, & fac filios fornicationum* =
Quapropter mirum neque est, si *S. Hieronymus* 59
in Oseam cap.6. dixit = *Non est culpandus Propheta, si meretricem converterit ad pœnitentiam* = quia, ut observat *Sanchez in 12. Prophet. Minor.* = *Hæc meo judicio gravissima est nostri Prophetæ commendatio, ut animum ad obedientiam paratum cognosceremus.* =

Denique non obstat, quod D. Fabius invariabiliter perseveret in suo proposito desponsandi præfatam Faustinam, exclamando, quod vult salvare propriam animam, quia, si, ut ipse pluries professus fuit, & dicta Faustina confirmavit, nunquam cum ea rem habuit, quamvis in ejus domo per sexennium, & ultrà permanserit; Si sponsalia, quatenus cum ea præcessissent, irritanda essent, & neque in conscientia eum obligarent ad illa implenda, ut superioribus locis probatum est; Dubio procul penitus posthabendæ veniunt hujusmodi, & similes exclamationes, nullo fundamento obnixæ, & solùm adinventæ ad magis magisque sese confovendum in proprio obstinato errore; Accedit, quod contrahere Matrimonium indignum sui ipsius, & familiæ adeò præclaræ, tantum abest, quod sit medium ad salutem, quin potiùs illi est diametraliter oppositum ex causa peccati mortalis, quod committitur in hujusmodi Matrimoniis contrahendis; Atque insuper quia idem D. Fabius paris conditionis uxorem ducere potest, quamque jam habuisset, nisi per decennium à patriis laribus divertisset, Parentibus semper invitis, & reluctantibus.

Sacr. Congreg. Concilii distulit semper hujus Causæ propositionem, nec Matrimonium Successu temporis contractum fuit. De sponsalibus, & Matrimoniis, quæ à filiis familias contrahuntur,

tur, Parentibus insciis, vel justè invitis, latè agitur in disceptat. Theològ. legal. *Francisci Muscettula Archiepiscopi Rossanensis, typis primùm in fol. edita* Romæ anno 1723. *post* Zaul. ad statut. Favent. vol.1. *& deinde* Neap. anno 1742. *in* octavo *cum Mantissa, & adnotationibus Alexii Simmachi Mazzochi Canonici Metropolitanæ Ecclesiæ Neapolitanæ.*

Ordinis S. Hieronymi Hispaniarum Observationis Constitutionum.

Constitutiones alicujus Ordinis, quæ in nimiam multitudinem excreverint, quæque absque ordine, & absque ullo delectu per plura volumina dispersæ vagentur, atque etiam magna ex parte, vel posterioribus legibus, vel contrario usu fuerint antiquatæ, neque inter se benè cohæreant, emendandas, & in novam, ac benè ordinatam collectionem redigendas esse, uberrimè ostenditur: Plura quoque notantur ad Regularium, præsertim Ordinis S. Hieronymi jurisdictionem, & mores pertinentia.

DISCEPTATIO VI.

1 *Leges pro varietate temporum mutantur.*
2 *Leges in unum corpus redigendæ*, & num. *6.*
3 *Divisio ordinem, & claritatem adfert.*
4 *Rotuli nomine appellantur mandata Definitoris Generalis Ordinis S. Hieronymi.*
5 *Electio Superioris generalis à quibus fiat in Ordine S. Hieronymi?* & num.84., & 87.
7 *Veteres Leges quando novâ recompilatione indigeant?* & num.22. 27. 29. 34.
8 *Pro Causarum definitione accurata facti narratio laudabilis est.*
9 *Leges omnes ad commodum Reipublicæ referendæ sunt*, & num.12. 16.
10 *Legum ecclesiasticarum finis quis esse debeat?*
11 *Leges Ordinum regularium eæ debent esse, per quas tranquillitas vigeat, & charitas serveat*, & num. 13.
14 *Lex loco, & tempori conveniens, necessaria, & utilis esse debet.*
15 *Leges, ampliùs non utiles, mutandæ non sunt.*
17 *Lex noxia effecta, Lex amplius non est.*
18 *Statuta regularia, quæ charitati serviunt, mutari nequeunt.*
19 *Leges contrariæ, simulque justæ esse possunt.*
20 *Legum mutabilitas necessaria.*
21 *Legum mutationem soli Barbari aversabantur.*
23 *Leges veteres, cur Justinianus in unum codicem redegerit?* & num.30., & 76.
24 *Leges in ordinem, & aptos quæque titulos redigendæ*, & num.82.
25 *Leges Pontificiæ, cur in unum corpus collectæ fuerint?* & num.30.
26 *Legum confusio ex quibus inducatur?*
28 *Leges clarè, & benè ordinatæ esse debent*, & num. 75.
31 *Universus Ordo repræsentatur per Capitulum generale*, & num.36.
32 *Novæ Statutorum collectionis necessitas probatur ex facto totius Ordinis, seu Capituli generalis, illam præscribentis, perfici curantis, & perfectam diù observantis.*
33 *Legum quoties necessaria est resecatio, & additio, toties necessaria est nova earum collectio.*
35 *Condere Legem pertinet ad totam multitudinem, vel ad personam publicam, quæ vicem gerit totius multitudinis.*
36 *Capitulum generale Ordinis habet potestatem condendi Leges immediate ab Ecclesia, & Summo Pontifice.*
37 *Capitulum generale Ordinis habet Supremam jurisdictionem, & potestatem meri ac mixti imperii.*
38 *Capitulum generale Ordinis potest novas Leges condere, & antiquas immutare*, & n.46. 63. 111.
39 *Etiamsi istæ confirmatæ fuerint a Summo Pontifice.*
40 *Confirmatio Statutorum non mutat eorum naturam, variabilem ad nutum Capituli generalis.*
41 *Capitulum generale Ordinis potest declarare ea, quæ jure communi disposita sunt.*
42 *Capitulum generale Ordinis potest collapsam veterem disciplinam instaurare.*
43 *Capitulum generale Ordinis nequit mutare substantiam Regularum fundamentalium.*
44 *In Concilio Constantiensi pro bono pacis confirmata fuerunt acta* Petri de Luna *Pseudopontificis sub* Benedicti nomine.
45 *Sola praxis sufficit pro statuenda potestate Capituli generalis condendi novas Leges, & veteres mutandi.*
47 *Capitulum generale Ordinis potest peculiaribus Religiosis demandare opus novæ collectionis Constitutionum*, & num.73.
48 *Decretalium compilationem Gregorius IX. commisit celebri Raymundo Cappellano, ac Pœnitentiario suo.*
49 *Constitutionum recompilatio facta a peculiaribus Religiosis, a Capitulo generali ad id deputatis, censetur facta authoritate totius Ordinis*, & num.62. 64.
50 *Præsertim, si aliàs Constitutionum recompilationes demandari solitæ fuerint peculiaribus Religiosis à Capitulo generali.*
51 *Capitulum generale non potest per se ipsum novam Constitutionum recompilationem perficere.*
52 *Capitulum privatum Ordinis S. Hieronymi tempore intermedio inter unum, & aliud Capitulum generale, plenâ illius potestate gaudet.*
53 *Nova Constitutionum recompilatio pluries discussa, & adprobata, in discrimen revocari nequit.*
54 *Id, quod à majori, & saniori parte totius Ordinis actum, probatumque est, impugnari nequit à paucis Religiosis*, & n.56.

55 *Nova*

55 *Nova Constitutionum recompilatio ab universo Ordine diu observata, firma esse debet.*

57 *Prævalet, quod à majori, & saniori parte Capituli gestum fuerit, nisi pauciores aliquid rationabiliter objiciant, & probent,* & num. 58.

59 *Regularis disciplinæ observantia præcipuè conservatur in æquabili munerum distributione.*

60 *Quod Universitas facit secundùm sua Statuta, non revocatur per Præsulem.*

61 *Quæ pro quiete Monachorum, religiosæque conversationis ordinata sunt, firma manere debent.*

65 *Novam Constitutionum recompilationem à Capitulo generali Ordinis adprobatam, ejusdem Ordinis Regulis, & moribus adversari, verisimile non est.*

66 *Confirmatio post rem maturè cognitam, censetur facta in forma specifica,* & num. 67.

68 *Nova Constitutionum recompilatio confirmata à Capitulo generali, dicitur opus Capituli generalis.*

69 *Confirmatio quando actum nullum convalidet?*

70 *Diœcesanæ Constitutiones majoris momenti sunt, quàm peculiares alicujus Ordinis Constitutiones.*

71 *Diœcesanas Synodos, dummodo Sacris Canonibus non adversentur, exequendas, præcipit* Sacra Congregatio Concilii.

72 *Novæ Constitutionum recompilationis conficiendæ labori, & dispendiis facilè parcendum est.*

74 *In novam Constitutionum collationem referenda non sunt Leges antiquatæ, vel abrogatæ,* & num. 78., & 108.

77 *Nec etiam leges contrariæ, aut similes,* & num. 83.

79 *Leges, quarum nullus est usus, frustra membranas occupant.*

80 *Leges in novam Collectionem relatæ, rursus probari videntur.*

81 *In novis Legum collectionibus nihil superfluum esse debet.*

85 *In ordine S. Hieronymi prohibentur reelectiones Priorum, nisi elapso triennio à terminatione eorum officii, vel aliâ novâ electione intercedente.*

86 *Dignitas Prioralis Monasterii S. Bartholomæi Ordinis S. Hieronymi decorata est perpetuo munere Definitoris generalis.*

88 *In Ordine S. Hieronymi, quotiescumque generalis Visitator Prioratum adipiscitur, eò ipso vacat munus Visitatoris generalis.*

89 *In Ordine S. Hieronymi electus in Superiorem generalem, cogi potest ad id munus acceptandum.*

90 *Superioribus Regularium non licet confessiones Subditorum audire, nisi quando peccatum aliquod reservatum admiserint, aut id proprio motu petierint.*

91 *Superfluum est in nova Statutorum Ordinis collectione exprimere, quod jure communi cautum est.*

92 *In nova Statutorum collectione omittenda est Constitutio antiqua, permittens Præsidenti Granciarum verberare, & carceribus mancipare famulos seculares.*

93 *Monasteria Ordinis S. Hieronymi sunt capacia adquirendi, & possidendi Bona.*

94 *Professio religiosa ante completum probationis annum improbatur.*

95 *Religiosi Ordinis S. Hieronymi, ob eorum demerita in aliud Monasterium translati, nonnisi post quadriennium, in Capitulo suffragium ferre possunt.*

96 *In ordine S. Hieronymi admitti solent ad habitum regularem Minores annis 18.*

97 *Et novitii erudiri solent in Scholis sub Magistrorum disciplinâ per septennium, computato probationis anno.*

98 *Facultas autem dispensandi à septennio reservata est Generali, vel Capitulo privato, aut Definitorio Capituli generalis.*

99 *Monachi Ordinis S. Hieronymi, nonnisi post decennium à die professionis, suffragium habent in Capitulo.*

100 *Fœminæ intra septa Monasterii nullo modo introduci possunt, nisi occasione processionum, intra eadem septa peragendarum.*

101 *Regna Castellæ, & Aragoniæ per nuptias, anno 1474. inter Ferdinandum Aragoniæ Regem, & Elisabeth Castellæ Reginam contractas, inter se coaluerunt.*

102 *Electio per inspirationem S. Spiritus periculosa est.*

103 *Sicut, & electio per scrutinium.*

104 *Electio per compromissum minùs periculosa est, & facilior.*

105 *Electionem per scrutinium in pluribus Ecclesiis, & Ordinibus Summi Pontifices improbavere.*

106 *Electio Superiorum Regularium per vota secreta facienda est,* & num. 107.

109 *Leges antiquatæ, vel abrogatæ, citra vitium inseri possunt* narrativè *in nova Legum compilatione.*

110 *Quidquid honestè fieri potest, necessariò fieri non debet.*

112 *Ordo S. Hieronymi amplectitur Regulam S. Augustini.*

113 *Ordinationes factæ à Capitulo generali Ordinis, vim Legis adquirunt.*

114 *Capitula privata Ordinis S. Hieronymi facultatem habent condendi mandata, vim Legis habentia, donec à Capitulo generali fuerint derogata,* & num. 155.

115 *Constitutiones Ordinis S. Hieronymi non obligant nec ad culpam venialem, sed ad pœnam dumtaxat corporalem.*

116 *In Ordine S. Hieronymi, quæcumque ordinationes, ut vim Legis habeant, adprobari debent in tribus sequentibus Capitulis,* & num. 119. 122.

117 *Firmæ tamen sunt, donec à Capitulo generali non revocentur,* & n. 118. 123. 133. 139.

120 Or-

120 Ordinationes, & Extravagantes, *in Ordine S. Hieronymi, an idem sint?*

121 *Mandata contenta in Rotulis Capituli generalis Ordinis S. Hieronymi, expediuntur a solis ejusdem Capituli Definitoribus, & per triennium tantùm obligant*, & nu. 134. & 139.

124 *Lex potest esse ad tempus duratura*, & nu. 131. & 147.

125 *Quælibet ordinationes editæ ab habente potestatem ferendi Leges, habent vim Legis.*

126 *Ad rectam Sacrorum Canonum interpretationem plurimùm juvant antiquarum Collectionum libri.*

127 *Lex expressè non revocata, manere debet.*

128 *Lex in eo, in quo expressè non corrigitur per novam, immota semper manet.*

129 *Pars Legis antiquæ resecata, potest allegari tamquam Lex in iis, quæ Legem novam declarant.*

130 *Lex nova secundùm Legem antiquam explicari debet, quoties una alteri non repugnet.*

132 *Usu, & observatione Legis, dignoscitur ejus rectitudo, & probitas.*

133 *Titulorum distinctio inter superiores, & inferiores adhibenda.*

136 *In ordine S. Hieronymi omnes processus fabricati contra Monachos, transmittuntur ad Archivium Ordinis, ibique conservantur usque ad eorum mortem.*

137 *Item Monachus de aliquo crimine inquisitus ac in Carcere, vel cella detentus, in electione Prioris sui Monasterii suffragium ferre nequit.*

138 *Observantia plurimùm valet pro declarandis Constitutionibus Ordinis.*

140 *Declaratio nihil novi efficit.*

141 *Qui potuit Legem condere, & abrogare, illam denuo in usum revocare potest.*

142 *Ordo S. Hieronymi regularis disciplinæ normam desumpsit ab antiquo Monasterio S. Mariæ Eremitarum S. Augustini Civitatis Florentiæ.*

143 *De vi ordinationum Capituli generalis secundùm varia Ordinum Statuta.*

144 *Ab aliorum Ordinum Constitutionibus declarandæ sunt dubiæ alicujus Ordinis Constitutiones.*

145 *Præsertim à Constitutionibus ejus Ordinis, à quo alterius Constitutiones desumptæ fuerunt.*

146 *Ordinationes, & acta Capituli generalis in omnibus ferè Ordinibus vim Legis habent, donec in subsequenti Capitulo revocentur.*

147 *Capitulum generale Ordinis S. Hieronymi facultatem habet restringendi, vel ampliandi jurisdictionem Generalis, Priorum, aliorumque Officialium.*

148 *Jurisdictio Priorum non læditur ex eo, quod alius supplere possit eorum negligentiam.*

149 *Æquissima est lex adimens facultatem removendi Vicarios Officialium, inconsulto Superiore generali.*

150 *Legi præscribenti, ne Vicarius eligi possit in Procuratorem Capituli, famulatur altera, ne Vicarius renuntians Vicariatui intra semestre, electionem Procuratoris præcedens, ad id munus assumi possit.*

151 *Superior Generalis præcipere potest, ne Priores Novitios recipiant, nisi, eo consulto, & adprobante, etiamsi Statuta Ordinis id non præcipiant.*

152 *Priores Monasteriorum post latam contra Monachum, alicujus criminis Reum, sententiam, nequeunt amplius pœnam augere, vel minuere*, & num. 154.

153 *Judex post latam sententiam dicitur functus officio suo, nec amplius potest augere, vel minuere pœnas Reis inflictas.*

156 *Electio Priorum, & Vicariorum spectat ad quodlibet Monasterii Capitulum.*

157 *Quælibet Religio decernere potest ea, quæ spectant ad ætatem, scientiam, honestamque vitam eligendorum in Prælatos.*

158 *Legis justitia dimetienda non est ex eo, quod aliquando Superior eâ abutatur.*

159 *Generalis Ordinis S. Hieronymi pollet facultate Capituli generalis quoad dispensationem Statutorum Ordinis.*

160 *Tenetur tamen de concessis dispensationibus rationem reddere Capitulo generali.*

161 *Generalis Ordinis S. Hieronymi nequit mutare locum pro celebratione Capituli generalis, neque hanc ultra triennium differre absque voto Capituli privati.*

162 *Nequit etiam mutare deputatos pro Capitulo privato sinè consensu Visitatorum generalium.*

163 *Nec mutare Visitatores generales, designatos per Capitulum generale, sinè consensu Capituli privati.*

164 *Nec mittere literas ad Romanam Curiam circa negocia, ad universum Ordinem pertinentia, nisi cum consensu Capituli generalis, vel privati.*

165 *Magister* Novitiorum *plenam habet potestatem quoad eorum institutionem, & Novitiatus regimen.*

166 *Major tamen authoritas reservata est Superioribus majoribus, vel localibus.*

167 *Obsequia Novitiorum erga eorum Magistrum.*

168 *Ludus taxillorum, & alearum Religiosis an prohibendus?*

169 *Alearum ludus Clericis vetitus.*

170 *Alearum ludus censetur vetitus, statim ac prohibentur ludi profani, & illi, quibus ludunt Seculares.*

171 *In nullo errare humanum non est.*

Dub. = *An Recompilatio antiquarum Constitutionum Ordinis S. Hieronymi Congregationis Hispaniarum cum declarationibus adjectis Decreto Reverendissimi Nuntii sit observanda, vel potiùs Recompilatio nova?*

§. I.

Expositio Facti.

INnocentius III. Decreto edito in Concilio Lateranensi, edixit, quod *non debet reprehensibile judicari, si secundùm varietatem temporum, Statuta quandoque varientur hu-*
1 *mana, præsertim cum urgens necessitas, vel evidens utilitas id exposcit*, ut legitur in *Cap.8. de consanguinit., & affinit. Quid enim erit stabile inter homines, & ità immobile, ut nullam patiatur mutationem, cum omnis noster status sub perpetuo motu consistat?* Quemadmodum admonuerat Justinianus *Authenticor. collat. 2. tit.1. novell.7. de non alienand., vel permutand. reb. Eccles. cap.2. in Proem.*

Ut etiam, cum inevitabile sit, Leges, ac Constitutiones, quæ, prout necessitas exigit, identidem feruntur, diuturnitate temporis in plura volumina dispersas reperiri; plurimas similitudine, nec non etiam diversitate vacillare; earum denique quasdam ex varietate rerum, ac temporum, & emersis posteà factis,
2 nè inutiles, immò nè perniciosæ reddantur, aliquam meliore consilio emendationem desiderare; propterea non solùm expedit, sed necessarium est illas, omni vitio purgatas, in unum corpus colligere, ut omnes norint, quibus Legibus uti, & quo jure vivere ipsos, oporteat; ità enim publica quies, & jus humani fœderis incolume servatur, quà ratione motus *Justinianus*, universi Imperii sui Constitutiones in unum corpus redigere sè proposuisse, præfatur *in Tit. de emendatione Codicis Justiniani, & tit.17. Cod. de veter. iur. enucleand.*

Grande hoc opus, quod pro politico Imperii regimine feliciter illi cesserat, eadem de causa perfecerunt tùm Summus Pontifex *Gregorius IX.* quum Pontificias, & Ecclesiasticas Leges retulit in unum *Decretalium* Volumen, quinque libris distinctum, tùm etiam *Bonifacius VIII.*, quum illis *sextum* librum *Decretalium* adnectendum censuit, ut in tanti Operis proemio gravi sententià uterque eloquitur.

Libuit attigisse rationes, quibus Legislatores præcipuè Sacri, Summi videlicèt Pontifices, prospicientes Subditorum commodis, pro ipsorum quiete, felicique regimine constituerunt redigere in volumina, diversis distincta libris, & titulis Leges omnes, atque Constitutiones, quas illi servare, & quibus iidem regi deberent: id namque egimus, ut in ipso, immò ex ipso dicendi exordio pateat, quàm justè, & quàm utilitèr Sacer Ordo S. Hieronymi, Constitutionum recompilationem, de qua agitur, demandaverit. Tanto autem operi concinnando, atque absolvendo præposuit prima Religionis lumina, sapientissimos nempè, summâque prudentiâ præditos Patres, qui cum longo usu comperiissent, regularem disciplinam pessum ire, ac summoperè perturbari incommodis iis, & confusionibus, quæ ex multiplici Constitutionum recompilatione, illarumque obscuritate, contrarietate, superfluitate, & denique indigesta ordinatione oriebantur: malis hisce aliud salubre remedium adhiberi minimè posse, autumarunt, quàm novam, omnibus purgatam erroribus, benèque coordinatam, condendo recompilationem.

Ut autem id faciliùs demonstremus, venia nobis danda erit, si, rem à prima origine repetentes, cunctas Constitutionum recompilationes suo ordine referemus; Plurimum namque id conferre arbitramur, ut non solùm appareat utilitas, & necessitas, quibus universus noster Ordo motus fuit ad optandam, atque statuendam promulgationem postremæ, de qua agitur, suarum Constitutionum recompilationis; Verùm etiam inde elucescet tùm cura, quà, post pluries, pluriesque restauratum examen, totiusque Ordinis longos labores, maximasque spectatissimorum Patrum vigilias, opus hoc perfectum fuit, tùm etiam justitia, æquitas, & utilitas, quâ, dictâ novâ recompilatione regulari disciplinæ, sanctiori morum Instituto, ac salubriori denique rerum, tàm ad publicam totius Ordinis, quàm etiam particularium Monasteriorum, & privatarum personarum regimen, administrationemque pertinentium, consultissimè, sapienterque provisum fuit.

At, quoniàm pleniùs de his omnibus differendum erit, operæ pretium nos facturos, credimus, si propositi Dubii, ac quæstionis examen in plures sectiones distribuemus: partitio
namque, & mentem, memoriamque legentis 3
præparat, *Gloss. in proem. Institut. verb. Eusdem Institutiones*, & apta est tùm ad ordinem sermoni, claritatemque prolixæ rei tractationi afferendam, tùm etiam ad veritatem facilius assequendam, *Thabor. axiom. Jur. lib.4. cap.42. axiom.3.*; Et denique eàdem longæ lectionis tædium, ceù quibusdam vicibus, levabitur; *reficietur enim Judex priorum fine, & se, velut ad novum rursus initium, præparabit = ex Quintiliano lib.6. Instit. Orator. cap.2.*

Operi igitur, quod nobis incumbit, manum admoventes, incipientesque ab expositione facti, ad memoriam Eminentissimorum Patrum revocare juvat seriem recompilationum omnium Sacri hujus Ordinis Constitutionum. Earum prima condita fuit anno 1434.; Quadraginta sex post annos, anno videlicet 1480., addita illi fuit secunda, Tertia autem prodiit anno 1513. Quarta supervenit anno 1582., ut de his constat ex Prologo recompilationis evulgatæ anno 1613. Verùm quià post hanc recompilationem in actis capitularibus deindè celebratis aliæ adnotatæ fuerunt Leges, dictæ *extravagantes*, quia editæ post ceteras alias recompilationes, ideòque extrà illarum Codicem vagabautur. Hinc anno 1597. decreta fuit, atque evul-

evulgata quinta recompilatio, cui præfatæ *Extravagantes* insertæ fuerunt. Hæc quinta tamen recompilatio comperta fuit inepta, mendosa, pluribusque vitiis laborans; adeò inconditè sub eodem materiarum contextu confusi fuerant tituli, ut Constitutiones Ordinis minimè discerni possent ab *Extravagantibus*, vel à
4 *Rotulis* capitularibus; *Rotuli* autem nomine in nostro Ordine appellantur mandata, à Definitorio generali edita; Prætereà, quod gravius est, plures Constitutionum partes, quæ nunquàm abolitæ, vel revocatæ fuerunt, omissæ in illa reperiebantur; contrà verò nonnullæ, licèt Sacri Concilii Tridentini Decretis, vel aliis Ecclesiasticis Legibus jam abrogatæ, adhuc in illa retinebantur.

Jure igitur, meritòque Capitulum generale celebratum anno 1600., expressè reprobatâ, sivè abrogatâ dictâ quintâ recompilatione factâ anno 1597., constituit, quod nova conficeretur recompilatio, in qua Constitutionum, & *Extravagantium* materia benè digesta, per suos titulos distribueretur.

Hinc sexta prodiit recompilatio, sed, quum experientiâ, quæ, teste *Aristotele lib. 1. Metaphysicor.*, universalium ars est, longique temporis usu compertum fuisset, quod ingenti incremento Religiosorum, & Monasteriorum numero jam aucto, bono Ordinis regimini, ac disciplinæ non conducebat, quod Prior Monasterii S. Bartholomæi de Lupiana à solis Vocalibus ejusdem Monasterii electus, eodem triennio tum Prioratus dicti Monasterii, tum universi Ordinis Generalis munere fungeretur; prout, retinendo antiquum morem, qui servabatur tempore, quo Religiosorum, & Monasteriorum numerus minor erat, præcipiebatur in prima Constitutione dictæ sextæ recompilationis, universus Ordo communi bono conducibilius esse censens, quod electio Gene-
5 ralis celebraretur à Vocalibus totius Religionis, adivit Sacram istam Congregationem, eique supplicavit, ut novam illam formam (*& hæc est illa, quæ hodie servatur*) pro electione Generalis facienda, statueret; illa autem, auditâ Religione, nec non dicto Monasterio S. Bartholomæi de Lupiana, de cujus jure, & interesse agebatur, post consultissimè rem tractatam, rescripsit = *electionem P. Generalis faciendam esse à vocalibus totius Religionis, in dicto Monasterio ad Capitulum generale vocatis; priorem verò dicti Conventus à solis Vocalibus ejusdem Conventus eligendum esse; & munere perpetui Definitoris, nec non alio Vicarii generalis, generalitiâ dignitate vacante* = &, præter alia jura honorifica, præcipuum etiam illud præservatum fuit præfato Monasterio, ut nimirum in eo P. Generalis residentiam haberet, cui tamen juri præfato Monasterio renunciante, conventum fuit, quod ille in Abulensi Collegio resideret. Quæ omnia per Literas Apostolicas, in forma Brevis die 22. mensis Novembris anni 1688. expeditas, à Ven. Servo Dei *Innocentio XI.* confirmata fuerunt.

Decreto itaque hoc, Literisque Apostolicis præscribentibus novam formam servandam in electione P. Generalis, & P. Vicarii generalis, paulisper etiam immutato numero Definitorum, ipso facto, ipsoque jure abrogatæ fuerunt particulares omnes Constitutiones unà cum *Extravagantibus*, aliisque Ordinationibus loquentibus de electione Generalis, juxtà antiquum Institutum celebranda.

Verùm quia nondum plenè consultum fuerat electioni P. Generalis celebrandæ in casu, quo vacatio hujus dignitatis eveniret nondum expleto triennio, idcircò in Capitulo Generali, convocato anno 1690., plura hac de re constituta fuerunt, quibus, post approbationem Sacræ istius Congregationis, speciali Brevi, confirmationis robur adjecit san. mem. *Innocentius XII.*

Ex tot recompilationum serie, hactenus relata, earumque collatione invicem facta, cum pateat, post plures illarum emendationes, nihilominus nullam unquam perfici valuisse recompilationem, omnibus erroribus, vitiisque purgatam, nullàque egentem suppletione, universi Ordinis Patres prudenti sanè consilio, ut perficerent, quæ salubria fore, & uberes regulari disciplinæ fructus allatura sperabant, in Capitulo generali, congregato anno 1690., novam Statutorum, suarumque Constitutionum recompilationem, veluti nedum utilem, sed summoperè necessariam, faciendam esse, decreverunt. Inceptum quidem fuit opus, sed ob varias rerum, ac temporum vicissitudines diù infectum permansit; ac propterea in Capitulo generali, celebrato sub annum 1714., omnium votis data fuit P. Generali potestas seligendi quatuor eximios Ordinis viros, doctrinâ, & prudentiâ præditos, atque in rebus pertinentibus ad regularem disciplinam, ac regimen apprimè versatos, qui conjunctim tanto operi perficiendo incumberent, illudque, postquam absolutum, atque à Patribus Capituli privati adprobatum fuit, eamdem prorsus authoritatem obtinere deberet, perinde ac si universi generalis Capituli adprobatio intercessisset.

Nova itaque per quatuor præclarissimos viros, quos P. Generalis selegerat, summo cum studio, & ad exactissimam veterum Legum, & laudabilium Ordinis consuetudinum normam concinnata fuit Constitutionum recompilatio, eaque post diuturnum, ac diligentissimum examen ab universis privati Capituli Patribus adprobata, à P. Generali observari jussa, eoque authorante, publicis typis impressa, ac communi plausu Religiosorum excepta. Ut autem majori solemnitate res perficeretur, dictæque novæ recompilationi majoris firmitatis robur adderetur, Capitulo generali convocato mense Aprili sequentis anni 1717., fuit propositum, ut decerneret, an dicta nova recompilatio, omnesque constitutiones, extravagantes, & ordinationes, quæ in illa declaratæ, ac emendatæ fuerunt, unà cum earum coordinatione in ipsa factæ, confirmandæ essent nec ne

Utque omnes Patres vocales, plena cum libertate sententiam suam aperire possent, rem per suffragia secreta expediri, mandatum fuit. Quibus collectis, major, & sanior vocalium pars dictam novam recompilationem approbavit, & confirmavit; propterea que injunctum, ut absque aliâ innovatione, vel alteratione, omninò servanda deinceps esset, prout inviolabiliter ab omnibus Ordinis Monasteriis à dicto anno 1717. usque ad annum 1721. executioni demandata fuit.

At anno 1721. Religiosorum aliqui, nescitur, quo zelo ducti, pro labefactanda hac nova recompilatione laborem omnem susceperunt; ac tandem à Rmo Nuncio Apostolico Decretum extorserunt, quo novæ recompilationis opus nullum declaratum, revocatumque est, præceptumque, in posterum observari antiquam recompilationem anni 1613., exceptis illis Constitutionibus, quæ erant oppositæ dispositioni Sacri Concilii Tridentini, Decretis Clementis VIII., aliisque Constitutionibus Apostolicis, & ei, quod decisum fuerat a Sacra Congregatione circa electionem, facultates, & prærogativas Rmi Generalis. Secundo loco eodem Decreto injunctum fuit, pro Legibus *Extravagantibus* observari decem, & novem ordinationes factas de anno 1705., ac successivè effectas *Extravagantes*, tanquam confirmatas in Capitulis generalibus celebratis de annis 1708., & 1711., excepto tantùm eo, in quo se opponunt Bullis Pontificiis, & juri Canonico. Tertiò demum observari, uti *Extravagantes*, omnes alias, quæ ab anno 1613. canonicè, & cum requisitis, præscriptis in Legibus Ordinis pro constituendis *Extravagantibus* stabilitæ fuissent.

At quoniam, præter alia gravamina, suo loco referenda, per dictum Decretum illata, ex eodem plura oriebantur incommoda, & ambiguitates, quæ Religiosorum animos incertos reddebant, quibus Legibus parere ipsi tenerentur, dum in Decreto Rmi Nuntii præcipiebatur veteris recompilationis observantia, exceptis iis, quæ Sacro Concilio Tridentino, Constitutionibus Apostolicis, atque resolutionibus, ac declarationibus adversarentur, nullatenus tamen explicando, quæ, qualesque illæ essent; ideircò coacti fuerunt cum P. Generalis, tum etiam Patres Capituli privati omnia deferre ad Sacrum istud Tribunal, ut per novæ recompilationis approbationem compositis, diremptisque controversiis omnibus, tranquillitatem, religiosamque quietem nostro Ordini reddere, & pro sua summa sapientia, atque religione, nedùm incolumem servare, sed meliorem, firmioremque reddere dignaretur regularem disciplinam, quemadmodum humiliter supplicamus.

§. II.

Quo demonstratur necessitas condendi novam recompilationem.

Ex solâ facti, superiùs enarrati notione Eminentissimi Patres, veluti primo oculorum conjectu, concipere mente suâ illicò possent ideam, primamque Causæ hujus speciem; perspectamque habere necessitatem plures ex antiquis recompilationibus demendi Constitutiones, veluti Pontificiis, ac Sacri Concilii Tridentini Decretis, aut Sacrarum Congregationum resolutionibus, aut denique contrario usu abrogatas, novasque, pro temporum ratione editas, eisdem addendi, nonnullas verò mutandi, atque emendandi; propterea que expedivisse novam earum omni vitio purgatam condere, atque promulgare recompilationem, talemque necessitatem fuisse quidem inevitabilem. 7

At quoniam in illa præcipuum Causæ hujus momentum situm est, veniam rogamus, si plura; quæ in facti narratione dixisse necesse habuimus, in singulari quæstionum, quæ proponuntur, examine, repetemus: quippè, si jus ex facto oritur, vulgatâ *Leg. si ex plagis 52. §. In clivo ff. ad leg. Aquil.*, tum Causæ, tum defensionis ratio postulat, ut ea, quæ pro plena, atque ordinata facti cognitione danda narrasse, oportuit; eum opus pariter fuerit, pro incidentium quæstionum definitione, iterum afferamus; neque verò id reprehendendum, sed necessarium esse, admonemur *ex Cujacio in præfatione ad lib. primum responsorum Cervidii Scævolæ tom. 3. oper. posthum. fol. 202. lit. A*, sic loquente = *præterea observavi Scævolam, quod magnæ eruditionis, & prudentiæ argumentum est, multùm, & diffusum esse valdè in enarrandis propositionibus sive factis, hypothesibus, de quibus consulitur, cujus rei etiam studiosissimos esse oportet Jurisconsultos, & Judices, & Patronos Causarum omnes, quia in facto jus est positum, ut ait leg. si ex plagis &c.* =; Verum id nobis acturis, dum plurimæ se se offerunt quæstiones, *juxta monitum Pauli in leg. primaff. de dol. mal., & met. except.*, quo lucidiùs res intelligi possit, prius de causa, necessitate videlicet condendi dictam novam recompilationem, hoc §. Videamus, oportet; deindè in §. seq. quæremus, an legitimâ auctoritate facta sit; cetera demum singillatim suo loco, & ordine prosecuturi. Quum autem id agemus, non pigebit, & plura jurium, & Doctorum loca transcribere, ut Eminentissimi Patres in hac Causa, quæ multas membranas occupat, sine temporis jacturâ, sine librorum revolutione, sine aliquo labore, in promptu, & antè oculos habeant, quod Legibus constitutum, & à Majoribus nostris traditum est, quemadmodum, nè id molestè ferant, Lectores deprecatur *Rodoban. in proem. tract. de reb. Eccles. non alien. versus fin.* 8

Antequam autem id aggrediamur, illud præfari libet, videlicet *omnes Leges* (loquimur sententiâ, & verbis Romani Oratoris *de inventione lib. 2. cap. 38.*) *ad commodum Reipublicæ referre oportet, & eas ex utilitate communi, non ex scriptione, quæ in literis est, interpretari &c.*, quæ Ciceronis sententia insigniter valens ad humanarum Legum intelligentiam, refertur à *Pufendorfio de jur. natur., & gent. lib. 5. cap. 12. §. 8.* 9

§. 8. in fin., ibique Barbeyrac. in not. num. 6.,
Tesmer. ad Hugon. Grot. de jur. bell., & pacis
lib. 2. cap. 16. §. 2. litt. A, & ex nostris à Me-
nochio de arbitrar. lib. 2. cap. 82. num. 11.;
Quamobrem, si generaliter Lex omnis, præ-
cipuè, proprièque respicere dicitur ordinem ad
beatitudinem, & communem felicitatem, ex
Divo Thoma prima 2. quæst. 90. art. 2. in corpor.,
ab eodemque art. 3., & art. 4. pariter in corpor.
appellatur = quædam rationis ordinatio ad bonum
commune, quod etiam ait quæst. 96. artic. 3. in
corpor., atque ex eo, Aristotele, & Cicerone,
habetur apud Camill. Borelli in Summ. decis.
tom. 3. tit. 20. num. 150., & seq., caveturque
Canon. 2. distinct. 4., ibi = prò communi Civium
utilitate conscripta = Gloss. in cap. Statutum 11.
verb. communi de rescript. in 6., Petr. Andr.
Gamo de veritat., & excellent. legal. scient.
num. 42. tract. magn. tom. 1. fol. 133. à terg.,
Constantin. Roger. de leg. potent. argum. primo
num. 5., & 7. dicto tom. 1. fol. 395., Claud.
Cantiuncula de offic. judic. cap. 3. num. 21. tract.
magn. tom. 3. part. 1. fol. 73. à terg., Petr. Andr.
Gambara de extensionib. num. 18. tract. magn.
tom. 18. fol. 246., Bellug. in specul. Princip.
rubr. 9. num. 24., & duob. seqq., Suarez de le-
gib. lib. 1. cap. 7., Salas eodem tract. disput. 1.
sect. 7., & 8., Rovit. super pragmat. Regn. ru-
bric. de exulib. num. 36. fol. mihi 217., Mat-
thæucc. de regim. Regn. Valent. cap. 3. §. 1.
num. 113., & seqq., Cresp. de Valdaur. observ. 1.
num. 182., & seqq.

Profectò, quod attinet Ecclesiasticas, præser-
10 tim verò Regulares Constitutiones, earum or-
do ad commuoem felicitatem, earumque ra-
tio, & finis, nedùm præcipuus, sed unicus, esse
debet id, quod religioni conveniat, quod discipli-
næ congruat, quod saluti proficiat = Can. consue-
tudo 5. distinct. 1., propptereaque iu nostro Or-
diue eæ constitui, ac retineri debent Leges,
per quas inter personas, quas ille includit, tran-
11 quillitas vigeat, fervor charitatis exæstuet, in-
valescat concordiæ unitas, animorum identitas
perseveret = in Clement. unic. de sepultur., For-
tuna Garzia de ultim. fin. jur. canonic., & civil.
num. 1., & seq. num. 6., & num. 67., dicens=
præterea omnis lex hunc finem habere debet, ut
tendat ad humani generis felicitatem, quæ felici-
tas nos ducit ad æternam vitam, quæ est ultimus
nostræ creationis finis= tract. magn. tom. 1. fol. 107.
à terg.; Eatenus igitur postremam nostram re-
compilationem sustinemus, eàque mente, &
consilio illam tuemur, ut tamen, si ob humani
ingenii imbecillitatem, vel aliam quamcum-
que rationem, fortè aliquid in eandem irrepse-
rit, vel io ea desit, quod ad hunc ultimum
fioem, communem videlicet utilitatem, sitam
in Religiosa tranquillitate, augmento charita-
tis, & concordiæ unitate consequendam mini-
mè conducat: universus noster Ordo Eminen-
tissimis Patribus humiliter supplicat, ut sum-
mâ, quâ pollent, auctoritate, omni vitio illam
purgaotes, decernant ea, quæ, pro summa
ipsorum sapientia, ac religione, consentaoea
videbuntur fini, unicè intento ab eodem Ordi-
ne, qui nihil aliud optat, quàm, ut sibi pa-
rentur media, illi obtinendo aptiora; prout
certè paranda fuisse, & fore, agnoscent, pro-
batâ oecessitate abrogandi quasdam ex antiquis
Constitutionibus, & Extravagantibus, alias ea-
rum emendandi, alias veluti superfluas rese-
candi, alias denique addendi: ex his autem il-
lud etiam, tanquam ex suo antecedente, seque-
tur, necessitas nimirùm novam recudendi illa-
rum recompilationem, prout tribus mediis, ex
natura nempè rei; ex judicio, & agnitione
universi nostri Ordinis; ex decretis denique
ipsius Illustrissimi, ac Reverendissimi Nuntii,
demonstrabimus.

Antecedens profectò necessitas in dubium
revocari minimè posse videtur, nam, si Legem 12
ad commune bonum, & commodum referri
oportet, nihilque aliud Lex est, quàm ordinatio
rationis illud respiciens; si Regularium Consti-
tutiones id spectant, quod Religioni convenit, 13
& disciplinæ, quodque religiosæ tranquillitati,
ac saluti congruit, ut etiam, si quæcumque
ejusmodi Lex, ut ad hunc finem conducat, loco,
temporique conveniens, necessario, utilis esse de-
bet, ut in Canon. 2. distinct. 4., manifestum in-
de fit, quod, si nonnullæ ex antiquis nostri Or-
dinis Constitutionibus, ob temporum varieta- 14
tem, tales esse desierunt, quales esse oportet,
ut ad commune bonum conducant, necessaria
proculdubio fuerit illarum mutatio, emenda- 15
tio, atque resecatio, Can. quis ignorat 6. caus. 32.
quæst. 4. cap. alma mater 24. de sentent. excom-
munic. lib. 6., & in cap. non debet de consangui-
nitat., & affinit., ibique Fagnan. num. 5. in 4.
Decretal. tom. 5. fol. 74., Gonzal. num. 2. tom. 4.
fol. 208., Claud. Cantiuncula de offic. Judic.
cap. 7. num. 6. tract. magn. tom. 3. par. 1. fol. 76.
à terg., Rota coram Coccin. dec. 676. num. 34.,
& seqq., ejusmodi Legum mutationes necessa-
rias appellans.

Eâ enim virtute, & sapientiâ (ut præclarè lo-
quitur Cicero loco citato) majores nostri fue-
runt, ut in Legibus scribendis, nihil sibi aliud, 16
quàm salutem, atque utilitatem Reipublicæ pro-
ponerent, neque enim ipsi, quod obesset, scribere
volebant, &, si scripsissent, cum esset intellectum,
repudiatum iri Legem intelligebant. Nemo enim
Leges, Legum causâ salvas esse, vult, sed Reipu-
blicæ = quamobrem, si Lex ulla ex utili fiat no- 17
xia, Lex ampliùs non est, ut ex eodem Cicero-
ne, Livio, Gellio, aliisque, admonet Tesmerus
ad Hug. Grot. de jur. bell., & pac. lib. 1. cap. 1.
§. 10. num. 5. verbo est autem jus naturale, Cresp.
de Valdaur. observ. 1. num. 175., Matthæuc. de
regimin. Regn. Valent. cap. 1. §. 2. num. 44.,
& cap. 3. §. 1. num. 104., & seqq., Thabor.
axiom. jur. lib. 19. cap. 50. axiomat. 1., &, præ-
ter juris canonici loca, superiori numero alle-
gata, conferunt Textus in leg. jubemus 10. Cod.
de Sacros. Eccles. leg. 1. §. 4. ff. depositi, & leg.
filius 15. Cod. de condition. instit., & præcisè ad
rem nostram animadvertit Divus Bernardus de
dispensatione, & præcepto, ita loquens = Quan-
din

18 *diu eharitati militant Statuta Regulæ, immobiliter fixa fuat, mutarique omninò, nè ab ipsis quidem Præpositis fine uffensá possunt: at, si contraria fortè aliquanda visa fuerint, id dumtaxut, quibus hoc posse videre datum est, & providera creditum est, nonnè justissimum esse liquet, ut quæ pro charitate inventa fuere, pro charitate quoque, expedire ubi videtur, vel omittautur, vel intermittantur, vel in aliud fortè commodius demutentur*: ex Sancto itaque Doctore, Legum, aut Statutorum, tametsi contrariorum, justitiæ quidpiam opponi non poterit, ut etiam habe-
19 tur ex *Glossa in Canon. Domino Sancta 28. distinct. 50. verb. discors = duo Canones possunt esse contrarii, & tamen uterque est justè institutus. Quod enim unus statuit, & justè, alter contrarium potest statuere, & justè.* =

Et rectâ profectò ratione, nec injustitiæ labe, nec inconstantiæ vitio mutabilitas ista, & variatio Legum notari potest, quippè proficiscitur
20 ex earum natura, nam, veluti in tumultu actionum humanarum collocatas, & ipsas mutari, oportet, *Thabor. axiomat. jur. lib. 10. cap. 14.*, quamobrem rectè *Divus Augustinus de libero arbitrio lib. 1. cap. 6.* ait = *Legem humanam temporalem, quæ, quamvis justa sit, commutari tamen per tempora, apparet*, = nam, ut in *§. Sed naturalia instit. de jur. natur. gent., & civil.*, = *Sola jura naturalia, quæ apud omnes gentes peræquè observantur, Divinâ quâdam providentiâ constituta, semper firma, & immutabilia permanent* =, *Hug. Grot. de jur. bell., & pac. lib. 1. cap. 1. §. 10. num. 5., ibique Tesmerus verb. ne à Deo quidem*, contra verò juris, humanâ providentiâ constituti, *conditio semper in infinitum decurrit, & nihil est in ea, quod perpetuò stare possit (multas enim formas edere natura novas deproperat)* ex sententia *Justiniani in leg. 2. §. Sed quia Cod. de veter. jur. enucleand.*, ibidem subdentis, quod *ideò Imperialem fortunam rebus humanis Deus præposuit, ut posset omnia, quæ noviter contingunt, & emendare, & componere, & modis, ac regulis competentibus tradere.* =

Mutatio itaque Legum, & ea quidèm multiplex, nedùm sæpè fit, sed eamdem fieri oportet, temporibus quidèm utilem, & æquam non modò, sed necessariam, & æquissimam, juxtà concordantia Juris loca, & auctoritates relatas *in num. 47.*; Proptereàque id agnoscens *Justinianus in §. Nos autem Auth. de nupt.* locutus legitur his verbis = *Non erubescimus, si quid melius etiam eorum, quæ ipsi priores diximus, adinvenimus, hoc sancire, & competentem prioribus imponere correctionem* =. Soli namque Bar-
21 bari, durisve imbuti moribus, quales erant Sparthani, qualemcumque Legum mutationem aversabantur, ut apud eruditissimum *Benedictum Averani suorum operum tom. 2. dissert. 82. in Ciceronem num. 8. fol. 358.*

At verò humani Juris conditio, quæ semper in infinitum decurrit, quemadmodum, si nova quædam emerserint negotia, quæ adhuc Legum laqueis non sint innodata, efflagitat, quod emendentur, & componantur, ità etiam
ex hoc antecedente sequitur, quod pro tempo- 22
rum varietate multiplicatis Legibus, ad occurrendum illarum multiplicitati, tollendamque earumdem dissonantiam, contrarietatem, atque superfluitatem, maximam ingerentes confusionem, dum illæ per plura volumina, vel etiam èxtrâ illa dispersæ vagantur, necesse proculdubio sit novam earundem conficere collectionem, = *quatenùs in uno Codice congregatæ, & omni supervacuâ similitudine, & iniquissimâ discordiâ absolutæ, universis hominibus promptum suæ sinceritatis præbeant præsidium* = ut edixit *Justinianus in leg. 1. sub initium Cod. de veter. Jur. enucleand.*, ideòque idem censens, necessarium esse computare prolixitatem, & multitudinem Constitutionum, *quæ tribus*
Codicibus, Gregoriano, Hermogeniano, atque 23
Theodosiano continebantur, ac ab aliis retrò Principibus positæ fuerant, hâc mente, & consilio in unum Codicem easdem collectas ad brevitatem reducere constituit, *ut in leg. unic. Cod. de nov. Codic. facien.*, & *leg. pariter unic. Cod. de Justinian. Cod. confirmand.*, ibi = *Sed cum sit necessarium multitudinem Constitutionum, tàm in tribus veteribus Codicibus relatarum, quàm post earum confectionem ad brevitatem reducendo, caliginem earum, rectis Judicum definitionibus insidiantem, penitùs extirpare ad hoc commune præstandum beneficium, Deo præsule, prono animo nos dedimus, & clectis Viris gloriosissimis &c. sub certis finibus magnum laborem commisimus, per quem tàm trium veterum Gregoriani, Hermogeniani, atque Theodosiani Codicum Constitutiones, quamplurimas alias post eosdem Codices, à Theodosio divinæ memoriæ, ceterisque post eum retroprincipibus, a nostra etiam clementia positas in unum Codicem, felici nostro vocabulo nuncupandum, colligi præcepimus* = tollendo nimirùm contrarias Constitutiones, aliasque similes, atque superfluas demendo, multaque insuper alia, ad rectam novi hujus Codicis compositionem pertinentia, demandando, & docuerunt *Salycet. in leg. unic. num. 5. in fine Cod. de novo Codice faciendo*, sic dicens = *Nam cognito, quod earum multitudo esset nociva, sequitur, quod earum resecatio est utilis, & proficua* =, ut etiam similibus verbis loquitur *Passerinus in cap. Licet art. 2. quæst. unic. num. 61. de Constit. in 6.*

Et rursùs post dicti Justinianei Codicis confectionem = *cum novellæ nostræ tàm Decisiones, quàm Constitutiones, quæ post nostri Codicis confectionem latæ sunt, extrà corpus ejusdem Codi-*
cis divagabantur, & nostram providentiam, no- 24
strumque consilium exigere videbantur; quippè cum earum quædam ex emersis posteà factis aliquam meliore consilio permutationem, vel emendationem, desiderabant, necessarium nobis visum est per Tribonianum &c. easdem Constitutiones nostras decerpere, & in singula discretas Capitula, ad perfectarum Constitutionum soliditatem, competentibus supponere Titulis, & prioribus Constitutionibus eas aggregare =, ut prosequitur *idem Justinianus in leg. unic. Cod. de*
emen-

emendatione Codicis, ibique benè Gloss.

Quod etiam servatum vidimus à Summis Pontificibus Gregorio IX., & Bonifacio VIII.; ille enim, eadem ex causa, ut legitur in proemio suarum decretalium, in unum volumen colligere deliberavit *diversas Constitutiones, & Decretales Epistolas*, sunt verba dicti proemii,

25 = *Prædecessorum nostrorum in diversa dispersas volumina, quarum aliqua propter nimiam similitudinem, & quædam propter contrarietatem, nonnullæ etiam propter sui prolixitatem, confusionem inducere videbantur: aliquæ verò vagabantur extrà volumina supradicta, quæ, tanquam incertæ, frequenter in Judiciis vacillabant. Ad communem, & maximè studentium utilitatem per dilectum filium Fr. Raymundum Cappellanum, & Pœnitentiarium nostrum, illas in unum volumen, resecatis superfluis, providimus redigendas: adjicientes Constitutiones nostras, & Decretales Epistolas, per quas nonnulla, quæ in prioribus erant dubia, declarantur* =. Proemio Gregorii concinit illud Bonifacii VIII., sextum Decretalibus librum adjicientis, quod legitur in ejusdem libri proemio.

At verò, si multitudinem Constitutionum in tribus veteribus Codicibus relatarum, cæterasque post illos editas, in unum Codicem Justinianus redigendas constituit, ut, contrariis, ac superfluis resecatis, correctisque iis, quæ permutationem, vel emendationem desiderabant, novisque superadditis, Constitutiones omnes, imposterùm vim Legis habituras, in unum Codicem congregavit = *ut universis hominibus promptum suæ sinceritatis præberent præsidium* =, juxtà alibi relata verba Imperatoris. Si eâdem ratione, eâdemque de causa Summi Pontifices Gregorius IX., & Bonifacius VIII. Pontificias, & Ecclesiasticas Leges, pluribus collectas libris, aliasque extrà illos pervagantes, in volumina, constituentia corpus universi Juris Canonici, colligendas esse censuerunt, ut videlicet, quemadmodum notavit *Abbas ad proemium*
26 *Decretalium Gregorii IX num.* 2., tollerentur quinque illa Capita, quæ inducunt confusionem, videlicet nimiam similitudinem, contrarietatem, prolixitatem, & dispersam locationem, sive situationem; indè certè sequitur, quod; cum ista concurrunt, nedum utilis, sed
27 necessaria censenda sit nova Legum, & Constitutionum recompilatio, quâ tollatur con-
28 fusio, Legibus minimè conveniens, eas enim claras, perspicuas, & benè ordinatas esse, & ab omnibus facilè intelligi posse, oportet, = *ut universi præscripto earum manifestiùs cognito, vel inhibita declinent, vel permissa sectentur, ex Textu in Leg. Leges 9. Cod. de Legib.* = *Lex siquidem clara esse debet, & manifesta quoque, nè aliquid per obscuritatem in captionem contineat* = ut in alibi relato *Canone* 2. *distinct.* 4. *cap. final. de Constit., Glossa in cap. Contra 57. propè finem de regul. Jur. in 6., in Extravag. 1. Joannis XXII. verb. Lucem amans de concession. Præbend., & in alia Extravag. pariter prima ejusdem, verb. Lucidas de verbor. significat, Adden. ad Abbat. in proem. Decretal in princip. litt. D.*, optimè *Fagnan. in cap. Quoniam nu. 1. de Constitut. tom. 1. in primam partem Decretalium.*

En igitur, quod in nostra hypothesi planè probata dicenda est necessitas, & quidèm oriens ex natura rei, novam condendi recompilationem Constitutionum nostri Ordinis. Nam, cum ob varietatem temporum, plures supervenissent mutationes, ob quas nonnullæ Constitutiones, & Extravagantes, contentæ in antiquis recompilationibus jam abrogatæ reperiebantur Apostolicis, & Sacræ Tridentinæ Synodi Decretis; Aliquæ contrariæ erant Sacrarum Congregationum resolutionibus, aliquæ verò inutiles prorsùs effectæ fuerant ob mutatam formam electionis Patris Generalis, & aliorum Officialium, quædam in desuetudinem prorsùs abierant, plures etiam, aut mutilatæ, aut confusim, absque ullà coordinatione dictis recompilationibus insertæ legebantur; & plurimæ denique post recompilationem editam anno 1613., quam servandam esse conatu omni Pars Adversa sustinet, licèt nunquam à toto Capitulo Generali, sed à solis deputatis à Patre, tunc temporis Generali, approbatam, editæ fuerant Constitutiones, extrà illam
dispersæ: satis idcircò, superque indè emergere 29
videbatur utilitas, & necessitas, novam promulgandi recompilationem, in qua vitio omni, omnibusque sublatis erroribus, resecatis superfluis, erasisque iis, quæ adversabantur Sedis Apostolicæ, Sacrosancti Concilii Decretis, & Sacrarum Congregationum resolutionibus; Et deniquè insertis tum illis, quæ salubriter emendata, & correcta fuerant, tùm etiam aliis, quæ, ità efflagitante temporum varietate, rerumque mutatione, Sapienti Consilio denuò præscripta reperiebantur, colligerentur Constitutiones omnes, quæ servandæ imposterùm erant, ut = *in uno Codice congregatæ, & omni supervacaneâ similitudine, & iniquissimâ discordiâ absolutæ, universis hominibus promptum suæ sinceritatis præberent præsidium* =, juxtà sæpiùs laudatam Justiniani sententiam.

Ex his namque omnibus prodiere illæ necessitates, & publicæ utilitatis causæ, ex natura rei orientes, quæ Summos Pontifices Grego-
rium IX., & Bonifacium VIII. impulerunt ad 30
Decretalium volumina coordinanda, & quas se respexisse testatur Justinianus in primis tribus Titulis Codicis, videlicet, *de novo Codice conficiendo; Justinianeo Codice confirmando; de emendatione Codicis, & in leg. 2. Cod. de veter. Jur. enucleand.*; Idque etiam habetur ex proemio Statutorum Urbis impressionis Romanæ anni 1567., *Fenzon. ad idem Statutum* in principio *post præfationem pag. mihi 29. num. 165., & duobus seqq., bon. mem. R.P.D. Zaul. in observat. ad proem. Statut. Favent. num. 11., & seqq., Advocatus de Campello in præfation. ad Constitutiones Urbini tom. 1. num. 7., & seqq., bon. mem. R.P.D. Severolus in sua Dissertatione super interpretatione Statutorum Ordinis Car-*
thu-

thusiani, impressa post Reverendissimum *Pitoni part.2. disceptat. Ecclesiast. num.3.*, ibi = *Satis apertè remanet declaratum in nova collectione Statutorum, eâ ratione factâ, ut omnia, quæ in antiquis, & novis Statutis, ac tertiâ compilatione confusa, & disperso habebantur, simul ordine complecterentur.* =

Ambigi verò nequit, quin publica hæc utilitas, & necessitas novam faciendi, meliùsque coordinandi recompilationem agnita, & comprobata fuerit confessione, immò facto totius nostri Ordinis; dum illa usque ab anno 1690. in Capitulo Generali, tunc congregato, volita, & demandata fuit, Et quamvis rei gravitas, ardui operis magnitudo, & plura, quæ intercesserunt, impedimenta, eandem diu remorata fuerint, tandem ad optatum finem perducta extitit anno 1724., studio, curâ, & operâ Patris, tunc Generalis, exequentis novum mandatum, à Capitulo Generali ad id ipsi datum, eademque deinde approbata, nedum in Capitulo privato, utente facultatibus, à Generali Capitulo sibi ad hunc effectum attributis, sed etiam in subsequenti Capitulo Generali, celebrato anno 1717., confirmata quoque fuit pacificâ observantiâ, continuatâ usque ad annum 1721., quo à Patre Monianchez pluribus adversus eam propositis exceptionibus apud Capitulum privatum, istud illas remisit ad Capitulum Generale, autumans, sibi non licere cognoscere, aut quidquam decernere in re tanta, tantoque negotio, auctoritate Capituli Generalis jam approbato, atque confirmato.

At ille veritus, sibi propitium minimè futurum judicium totius Ordinis, repræsentati à Capitulo Generali, anno 1723., auctoritate Reverendissimi Nuncii audiri obtinuit à quibusdam particularibus Patribus, ad id deputatis, coram quibus re maturè examinatâ, adeò planè rejectæ fuerunt omnes illius exceptiones, ut ipse quoque easdem futiles, esse agnoverit; Quibus accedit, quod in postremo Capitulo Generali congregato anno 1726., proposito, an, & quæ recompilatio, durante semestre illo, præscripto in Decreto Reverendissimi Nuncii, servanda esset? A majori, & saniori parte Vocalium demandatum fuit, non illam anni 1613., sed novam esse observandam; Profectò ex hoc facto satis apertè liquet, ab eodem Capitulo Generali agnitam fuisse utilitatem dictæ novæ recompilationis, utpotè quæ medebatur incommodis, quibus universus Ordo afficiebatur ob perplexitatem, superfluitatem, contrarietatem, & inutilitatem tot Constitutionum, quibus farciebatur dicta antiqua recompilatio anni 1613., deficiens alioquin in necessariis multis, nimirùm novis Constitutionibus, sivè extravagantibus, extrà illam dispersis.

Cùm itaque universus Ordo, quem certum
est repræsentari per Capitulum Generale, *clar.*
31 *mem. Card. de Luca de Regular. disc.4. sub n.6.*,
bon. mem. R.P.D. Severolus in d. Dissertat. impress. post Reverendissimum Pitoni discept. Eccles. part.2. num. 28. versus finem, non semel, sed
iterùm, atque iterum agnoverit necessitatem
redigendi in novam recompilationem Consti-
tutiones, & extravagantes omnes, imposterùm 32
observandas, dum illam ordinavit, perfici curavit, & jam perfectam, post longum, & accuratum ejusdem examen, approbavit, exequi præcepit; & re ipsà per decennium observata fuit; evidens indè, & apertum redditur, universum Ordinem pernovisse illius utilitatem, atque necessitatem, ad tradita per *Rotam in Melevitana Decretorum 21. Martii 1707. §. Atque in rei veritate*, ibi = *Et de facto Capitulum ipsum totum id abstractivè, seù in genere saltem agnovit, vel inficiari non est ausum* = & *§. Adhuc necessitatem alias subrogandi ad hunc effectum professum fuit* = *cor. bon. mem. Ansaldo, & in Vicen. Juris admittendi Presbiteros 14. Junii 1728. §. Nihilque obesse*, ibi = *Itaut idem Abbas benè potuerit, rebus ità exigentibus, priora Statuta declarare, vel nova condere, ad Textum in leg. final. &c., neque ad hoc ampliùs dubitandum est, eo ipso, quod posterius Statutum anni 1347. dictum consensum præservans, auctoritate ejusdem Abbatis conditum fuit, ipsâ Confraternitate acceptante, & non reclamante, ad tradita per Bartolum &c., cor. bon. mem. Cornelio.* =

At cur in re non dubia utimur argumentis
non necessariis? Necessitas namque corrigendi,
coordinandi, aliasque novas Constitutiones
adjiciendi recompilationi anni 1613., facti,
penè dixerimus, evidentiâ confirmat illud
Decretum Reverendissimi Nuncii, quo, elapso
semestre, in alio præcedente Decreto ab ipso
præscripto, mandatum fuit, observari dictam
recompilationem; Veruntamen plures excepit
Constitutiones, extravagantes, & ordinationes, in illa contentas, Sacri Concilii Tridentini
Reformationibus, Apostolicis Constitutionibus, & Decretis Sacrarum Congregationum
repugnantes, ideòque, veluti abrogatas, vel
superfluas, resecandas, plurimas verò alias
postmodum editas, illi interseri, seù superaddi
præcepit; Si igitur à dicta antiqua recompilatione plures demendæ erant Constitutiones, &
extravagantes, aliæque plures illi de novo ad-
dendæ, in dubium revocari nequit, quin plenè 33
probata dici debeat utilitas, & necessitas perficiendi novam recompilationem; nam, quoties necessaria est antiquarum Legum resecatio, & novarum superadditio, toties utilis, & necessaria videtur illarum collectio in novum volumen, *quatenùs in uno Codice congregatæ, & omni supervacaneâ similitudine, & iniquissimâ discordiâ absolutæ, universis hominibus promptam suæ sinceritatis præbeant præsidium* =, ex sæpiùs recitata sententia *Justiniani*, & exemplo Summorum Pontificum Gregorii IX., & Bonifacii VIII., non alia de causa Sacratissimas Constitutiones in unum volumen redigentium.

§. III.

§. III.

Agitur de validitate novæ Recompilationis.

Superiore *§. Actum est de Causa;* demon-
stravimus nempe necessitatem novam con-
dendi recompilationem Constitutionum, &
extravagantium nostri Ordinis, orientem tum
ex illarum multitudine, tùm etiam ex Codi-
cum, sivè recompilationum pluralitate, ex-
trà quas prætereà non paucæ pervagabantur,
tametsi utiles, ac necessariæ, & Regulari Di-
sciplinæ accommodatæ, tum denique ex eo,
34 quod, aliarum plurimis noxiis, superfluis, inu-
tilibus, invicemque contrariis effectis, neces-
sarium procul dubio erat novam earumdem
conficere collectionem, ex qua superflua, at-
que inutilia resecarentur, nociva, & contraria
eraderentur, ea, quæ deerant, eidem aggrega-
rentur; omnesque benè digestæ, per suos titulos
coordinarentur.

Hæc autem nova collectio, sivè recompi-
latio, post juges labores, vigiliasque sapien-
tiorum, graviorum, ac prudentiorum nostri
Ordinis Patrum absoluta, cum post severiora,
atque accuratiora illius examina, edita tan-
dem fuerit; videndum modò est, an hæc om-
nia legitimà auctoritate facta sint, adeò qui-
dem, ut validitatis, ac plenæ firmitatis robur
dictæ novæ Constitutionum Collectioni tribu-
tum, comparatumque dici valeat; facilè au-
tem id nos demonstraturos fore, arbitramur.

Nam, si = = *ordinare aliquid in bonum com-*
35 *mune, est vel totius multitudinis, vel alicujus,*
gerentis vicem totius multitudinis, & ideò con-
dere Legem, vel pertinet ad totam multitudinem,
vel pertinet ad Personam publicam, quæ totius
multitudinis Curam habet = ut loquitur *Ange-*
licus Doctor prima secundæ quæst.90. Artic.3.
in corpor.; compertum indè fit, quod Capi-
tulum Generale, quo, ut dictum est, repræ-
36 sentatur universus noster Ordo, plenà polle-
ret potestate condendi Leges, ut, ex dicto loco
Divi Thomæ, arguunt *Lezzana Oper. Regular.*
tom.1. cap.12. num.6., Donat. in Prax. Regular.
tom.2. quæst. 41. Artic. 2., apud quem concor-
dantes, talis namque potestas, atque Jurisdi-
ctio ab Ecclesia, & Summo Pontifice illi im-
mediatè communicata dicitur, *Suarez. de Re-*
ligion. tom.4. Tractat.8. lib.2., cap.2. sub. nu.3.
& seqq., Lezzan. in Summ. quæstion. Regular.
tom.2. cap. 13. num. 12., Pellizar. in Manual.
Regular. tractat.9. cap.8. sect.2. num.60., bo. me.
R.P.D. Severol. in dicta sua Dissertat. impress.
apud Reverendissimum Pitoni tom.2. in calce
disceptat. Eccles. §.22. & seq., ubi *ex Suarez.*
adnotat, Capitulo Generali, utpotè habenti
37 Supremam Jurisdictionem, reservatam esse
potestatem meri, & mixti Imperii, idemque
gerere personam Principis, vel saltèm apud
ipsum residere ordinariam, & universalem
Jurisdictionem in totam Religionem. Ejusmo-
di igitur potestatis, & Jurisdictionis virtute,
nedùm potest novas condere Leges, verùm
etiam, accedente consensu majoris partis Vo-
calium, antiquas immutare, ut, ex *Textu in* 38
cap. Cum accessissent de Constitut., arguit *Donat.*
in prax. Regular. part.1. tom.13. quæst.20. n.7.,
etiamsi illæ à Papa confirmatæ fuissent, quia
hujusmodi confirmatio non est substantialis,
sed merè accidentalis, & data ad meram so- 39
lemnitatem, majoremque Statuti efficaciam:
Suppositâ namque in Capitulo Generali pote-
state legislativâ, etiam præcisivè à tali confir-
matione, hæc non mutat naturam Statutorum, 40
variabilem ad nutum Capituli Generalis, *Pas-*
serin. in cap. licèt de Constitut. in sexto Art.5.
quæst. unica num.95., & num.104., dicens = =
habemus exemplum in Constitutionibus Regula-
rium, à Sede Apostolica confirmatis, quas, con-
firmatione non obstante, Superiores Regularium
Legislatores, prout opus est, limitant, corri-
gunt, & respectivè abrogant = =, *Surd. cons.*
58. num. 19. & duobus seqq., Eminentissimus
Ponens in disertissimis Commentariis ad Consti-
tutiones Apostolicas tom.5. ad Constitut. II. Six-
ti IV. num.7. fol.54., Rota decis.218. part.7.,
& conferunt tradita *in Cabilonen., seù Ordinis*
Cistercien. Jurisdictionis 19. Junii 1702. §. Ex
quibus etiam coram bo. mem. Molines; Et de-
mùm ambigi nequit, posse etiam declarare ea,
quæ Jure communi disposita sunt, *Peyrin.* 41
Oper. Regular. tom. 3. in Constit. unica §. 4.,
Lezzan. Oper. Regular. tom.1. de Capitulis cap.
12. num.6. in fin.

Hanc verò potestatem, veluti propriam ei-
dem innatam, eò liberiùs Capitulum Genera-
le exercere poterit, si illâ utatur præcipiendo
id = = *quo faciliùs, ac maturiùs, ubi collapsa*
est, vetus, & Regularis Disciplina instauretur, 42
& constantiùs, ubi conservata est, perseveret =
ut sanctè admonet *Sacrosancta Tridentina Sy-*
nodus cap.1. sess.25. de Regularibus, ubi *Bar-*
bos. num.2., Rota in Recent. decis.327. num.4.
& seqq., & priùs dispositum legitur *in cap. sin-*
gulis 7. de Stat. Monachor., ibi = = *Hujusmodi*
verò Capitulum &c. celebretur, in quo diligens
habeatur tractatus de Reformatione Ordinis, &
Observantia Regulari, & quod statutum fuerit,
illis quatuor approbantibus, inviolabiliter obser-
vetur, omni excusatione, & appellatione re-
motis = =, & infrà = = *ceteris irrefragabiliter*
observatis, quæ concordi fuerint deliberatione
provisa = =, & latè, aliis allegatis, *bon. mem.*
R. P. D. Severolus dicta Dissertat. §.19. post
med., & §. 20.; Dubitari autem nequit, quin
tota nostra recompilatio, quà latè patet, eà
solummodò mente, ac consilio volita, ac
mandata fuerit, ut nimirùm Regularis Disci-
plina, si aliqua fortè ex parte collapsa esset,
instauraretur, & constantiùs, ubi conservata
appareret, perseveraret, ut Eminentissimi
Patres compertum habebunt ex singulari Con-
stitutionum, quæ impugnantur, examine, suo
locò faciendo.

Capitula itaque Generalia Religiosorum Or-
dinum, si impartita leguntur Auctoritate, &
facultate condendi novas Leges, & Statuta

vetera corrigendi, & reformandi, eaque om-
nia declarandi, atque præcipiendi, quæ ne-
cessaria censuerint ad Regularem disciplinam
instaurandam, ac conservandam, & ad opti-
mum Ordinis regimen constabiliendum, mo-
dò tamen substantia Regularum fundamenta-
43 lium non immutetur, nec aliquid statuatur,
quod sit contra Jus, aut Decretis, & Consti-
tutionibus Apostolicis adversetur; potiori sanè
Jure ejusdem facultatem competere, dicendum
erit Capitulo Generali nostri Ordinis, cui illa
non ex sola Juris dispositione, sed ex peculia-
ribus Constitutionibus Pontificiis tributa legi-
tur, tùm nimirùm illa Petri de Luna Pseudo
44 Pontificis, *Benedicti* nomine nuncupati, quæ
id roboris, quod ab Auctore suo habere nequi-
bat, consecuta fuit auctoritate Concilii Con-
stantiensis, in quo, ut notum est, prò bono
Pacis, illius gesta confirmata fuerunt, tùm
etiam illa alia, favore nostri Ordinis à Paulo
Tertio evulgata, quarum utraque refertur in
nova recompilatione *in Tractatu Bullarum*
fol. 3., *& fol. 43.*, quemadmodum Partem
ipsam Adversam illas agnituram fore, cre-
dimus.

Quibus denique addimus Constitutiones
etiam nostri Ordinis, talem facultatem Capi-
tulo Generali expressè concedentes, *Collat.pag.*
36., & quidem confirmatas usu, & praxi, jux-
ta quam, tot, tantæque pro temporum varie-
45 tate, & ratione editæ fuerunt novæ Constitu-
tionum collectiones; quæ profectò sola pra-
xis sufficiens videri posset pro statuenda hujus-
modi potestate nostri Capituli Generalis, ad
tradita *in dicta Dissertatione bon. mem. R.P.D.*
Severoli §. 7.; Prætertim verò, quia confirma-
tur exemplis aliorum Ordinum Religiosorum,
46 quorum Statuta, similem potestatem mutan-
di, & innovandi, novasque ferendi Leges in-
dulgent Capitulo Generali, quemadmodum
edocemur *ab Eminentissimo Ponente in dictis*
suis luculentis, ac doctissimis Commentariis ad
Constitutiones Apostolicas tom.5. ad Constitut. II.
Sixti IV. sub num. 7., illaque refert etiam
D. Advocatus Ursaya Dissertat. Eccles. tom.5.
part.2. Dissertat.7. nu.94. & seqq. fol.86., Jure
igitur, meritòque, si quis potestatem hanc no-
stri Capituli Generalis in dubium revocare au-
deret, improperare illi possemus, quod id
non defectui rationum, vel potestatis, sed sui
duritiei cordis, & mentis perversitati tribuere
debeant, utimur verbis, quibus adversus eos,
qui pari modo similem consuetudinem, & po-
testatem Capituli Generalis sui Ordinis Car-
melitani impugnare non verebantur, invehitur
Fr. Antonius à Spiritu Sancto in Directorio
Regularium part.2. tractat.3. disput.6. sect.1.
§.2. num.291. in fine.

At quoniam tantum opus novam conficiendi
Constitutionum, & Extravagantium colle-
ctionem brevi temporis spatio prefici non pote-
rat, ut compertum habemus ex iis, quæ supra
exposuimus, ibi referendo longos, assiduosque
multorum annorum labores, in aliis illarum
recompilationibus concinnandis impensos à
sapientissimis, ac in iis, quæ pertinent ad Or-
dinis regimen, ac disciplinam Regularem, ver-
satissimis Patribus, ideòque Capitulum Gene-
rale, penès quod residet potestas isthæc, tan-
diù congregatum manere non poterat, ut no-
vam suarum Constitutionum collectionem 47
componere, ac absolvere posset; prudenti id-
circò consilio id injunctum fuit peculiaribus
Religiosis, ad id deputatis, quorum spectatà
prudentià, ac probitate confisus universus Or-
do rem tantam demandare posset, quemad-
modùm factum vidimus *à Gregorio IX.*, qui
Decretalium Compilationem commisit *celebri* 48
Raymundo Cappellano, & Pœnitentiario suo,
& à *Bonifacio VIII.*, qui ab aliis præclaris Vi-
ris recenseri fecit Decretales, in sextum Librum
redigendas, quapropter dicta nova recompila-
tio facta dicenda est auctoritate totius Ordi- 49
nis, qui suam omnem potestatem dictis Patri-
bus elargitus fuit; Nam, ut rectè ad rem no-
stram ait *Justinianus in leg. 1. Cod. de veter.*
Jur. enucleand., = *omnia enim meritò nostra*
facimus, quia ex nobis omnis eis impartitur
auctoritas = & habetur *in cap. Si Apostolicæ de*
Præbend. in sexto, cap. Si in aliquibus 4. de
Rescript. in sexto, Constantin. ad Statut. Urbis
in prælud. num.57., & Annotat.32. la 2. n.31.,
cum aliis *in Urgellen. Plebaniæ 19. Novembris*
Anni præteriti §. Parùm officiente coram Reve-
rendissimo Patriarcha Hierosolymitano, & do-
cuit *Eminentissimus Ponens ad Constitut. II. Six-*
ti IV. num. 6. §. Quoad Capitulum tom.2. folio
547., *Lezzana Oper. Regular. tom.4. consultat.*
13. dubitat.4. conf.30., *bon. mem. R.P.D. Se-*
verolus dicta sua Dissertat. §. 9., pariter lo-
quens in terminis Capituli Generalis, ideòque,
nonnisi temerè, ex defectu potestatis impugna-
retur validitas dictæ recompilationis, benè
Rota decis.218. sub initium §. Pariter. part.7.,
ibi = *Nèc potest dubitari de validitate dictæ Or-*
dinationis, cum fuerit facta à Capitulo Gene-
rali, mediantibus sexdecim Capitularibus repræ-
sentantibus Capitulum Generale = & conferunt
tradita per *Rotam decis.151. num.1. part.11., de-*
cis.519. nu.16. part.19. tom.2., *& in Placen. 9.*
Junii 1727. §. finali coram R.P.D. Cincio.

Non omittendo illud etiam, videlicet quod,
ut dictum est, noster Ordo ab antiquissimo
tempore consuevit similes recompilationes,
tùm veterum, tùm novarum Constitutionum
demandare particularibus Religiosis, immò
etiam uni dumtaxat, ut evenit in Capitulo Ge-
nerali anni 1600., in quo Operi huic deputa-
vit P. Gabrielem à Talavera, quo absoluto, 50
idem approbatum fuit à solo Patre, tunc tem-
poris Generali, ejusque mandato Typis edi-
tum, & observatum à toto Ordine, & hæc est
recompilatio anni 1613., quam Pars adversa
postremæ nostræ recompilationi præferendam
contendit. Jure igitur, meritòque dicere pos-
semus, quod, tametsi Capitulum Generale ex
juris dispositione, tali potestate impartitum
minimè reperietur, eidem suffragari posset
quasi

quasi possessio, ex longævo usu quæsita, in qua idcircò manutenendum videretur, ad *Text. in cap. cum dilectus de consuetud., leg. minimè ff. de legib., Rota cor. Merlino decis. 697. num. 7.*, cum aliis apud *Posth. de manutent. observat. 31. num. 31.*

Cum itaque certò constet de potestate Capituli Generalis, nec non etiam de ejusdem facultate, imò verius dixerimus, de necessitate
51 delegandi particularibus personis ejusmodi opus, quod impossibile fuisset per se ipsum ab eo expediri, id certè satis esset, nè in dubium revocari posset validitas, & auctoritas dictæ novæ recompilationis, à magis præclaris, ac gravibus nostri Ordinis Patribus perfectæ, at quanto sanè potiori jure eadem plenæ firmitatis robur assecuta dicenda erit, quià à viginti ferè Patribus, qui, veluti nostri Ordinis lumina, spectandi, atque venerandi videntur, diligenter discussa, ac severiori examine probata fuit, nàm, postquam dicta recompilatio anni 1712. coordinata fuit à P. Magistro Michaele à Conceptione, tunc nostri Ordinis Generali; Primo loco examinata fuit à quinque Patribus componentibus Capitulum privatum, quod privatum Capitulum tempore inter unum, &
52 aliud Capitulum Generale, plenà illius potestate potitur, juxtà *Constit. 10. antiq. Recompilat. in collat. pag. 42.*; Deinde de mandato ejusdem Capituli privati revisa fuit per duos Commissarios, ab illo deputatos. Tertiò recognita fuit per alios quatuor Patres Commissarios, à Capitulo generali anno 1714. destinatos, quibus ab eodem Capitulo data fuit amplissima facultas, ut absque innovatione antiquarum Legum in substantialibus, ea, quæ ipsi explicarent, declararent, atque decernerent, perindè haberentur, ac si à tota Religione constituta fuissent.

Mandatum itaque sibi munus explens Capitulum privatum, atque pernoscens, tùm necessitatem, tum validitatem dictæ novæ recompilationis, illiusque extensionem concinnè elaboratam à dd. quatuor Patribus Commissariis, illam solemni decreto approbavit, confirmavitque. Et hoc Decretum post adeò solemnem approbationem executioni demandatum fuit, Typis dando novam hanc recompilationem, atque per literas encyclicas ad omnia Ordinis Monasteria, eisdem præcipiendo, ut illa veluti lex servaretur, Prout reverà obsequendo adeò solemni d. novæ recompilationis approbationi, totus Ordo illam pacificè observavit spatio quindecim mensium, à mense nempè Januario anni 1716. ad mensem usque Aprilem sequentis anni, quod à Parte adversa minimè negari potest.

At quia in dicto Decreto cautum fuerat, quod omnia contenta in dicta recompilatione, servarentur = *Sin à tanto, che da tutta le Congregatione si ordini, o determini altra cosa in contraria* = tantum abest quod tota Congregatio aliquid contrarium animadverterit, ut, cum in Capitulo generali congregato dicto anno 1717., fuisset propositum, ut examinaretur, atque statueretur, an dicta nova recompilatio esset vel ne servanda? Patres dicti Capituli re diligenter cognità, nedum contra eandem aliquid non decreverunt, verùm illam omninò servandam esse per suffragia, certè libera, quia secreta, definiverunt. Et hæc quinta revisio, atque confirmatio censenda est.

Quonam itaque colore, aut quâ justâ ratione, post quinque solemnes revisiones, & approbationes, in dubium revocari poterit validi- 53
tas, & rectitudo dictæ novæ recompilationis, res namque *tot oculis spectata, tot insinuata sensibus, tot insuper in tuto locata manibus*, nulli amplius exceptioni locum relinquere videbatur, ducto argumento à *Textu in leg. hac consultissima 8. in fin. Cod. qui Testament. facere poss.* Et sanè, *si per ampliores homines perfectissima veritas revelatur, leg. quæstionem 32. §. Lex etenim Cod. de fideicomm.*, ut etiam *Cum (sicut Canones attestantur) integrum sit judicium, quod plurimorum sententiis confirmatur, ex Cælestino III. in cap. prudentiam 21. §. 1. de offic., & potest. Judic. deleg.*, maximè verò, quandò, prout in casu nostro à pluribus senioribus, atque in Religione versatissimis recompilatio, de qua agitur, examinata, & probata fuit = *Facilius namque invenitur, quod à pluribus senioribus quæritur*, *Canon. de quibus 3. distinct. 20.* =
Quonam colore, hodiè à paucis Monasteriis, ac 54
Religiosis impugnari poterit id, quod consultissimè factum est, & à majori, & saniori parte totius Ordinis semper, constanterque approbatum, maximum quippè esset inconveniens, ut, Capitulo, vel Superiore generali aliquas ordinationes faciente pro recto regimine Religionis, ac pro restitutione, seù reformatione antiquæ observantiæ, & disciplinæ regularis, licitum esse deberet singulis Religiosis, vel Conventibus ab illis appellare = ut loquitur *clar. mem. Card. de Luc. de regular. disc. 22. sub. num. 4.*, & generaliter habetur *ex leg. final. Cod. de Jur. Reipubl. lib. 11., Cobell. ed Bull. Bon. Regim. cap. 13. n. 57.*

Longè verò magis id inconveniens, imò absurdissimum esset in casu nostro, in quo nova recompilatio ab anno 1717., usque ad annum 55
1726. pacificè observata fuit, nàm, ut statuitur in *Canon. 3. distinct. 4., si Leges instituuntur cum promulgantur, firmantur cum moribus utentium approbantur* = & in nostris terminis tradunt *Azor instit. moral. lib. 5. cap. 4. quæst. 1. Rodriguez quæstion. canonic. & regular. tom. 1. quæst. 6. artic. 10.*, latè *Fagnan. in cap. Treguas. n. 19. & seqq., de treg. & pac. in 2. part. primi Decretal. tom. 2. fol. 523.*, profectò, nonnisi obsequii gloria Patribus Adversariis relicta videbatur ergà Legem, tandiu universi Ordinis consensu, & moribus receptam.

Eòque certiùs, quia ambigi minimè posse videtur de justitia, & rectitudine dictæ recompilationis, totiès examinatæ, atque approbatæ, & pro qua sustinenda, confirmandaque clamat major, & sanior pars nostri Ordinis; nàm post turbas exadverso excitatas, ex quadraginta octo

octo Monasteriis, viginti, & octo ex illis, unà cum Reverendissimo Patre Generali, & Capitulo privato totam Religionem repræsentante, justissimam illam agnoscentes, enixis votis, precibusque Eminentissimis Patribus supplicant, atque humiliter deprecantur, ut illius observationem decernant; alia decem Monasteria sunt neutralia, nam religiosè, ac reverenter obsecutura judicio Sacræ Congregationis, pro neutra parte in arenam descenderunt. Remanent itaque decem solummodò Monasteria, dictam recompilationem impugnantia. Qua-
56 mobrèm non illorum, sed judicio majoris, ac sanioris partis, repræsentatæ per nostra Monasteria, longè plura, standum est, præsertim verò, quià eisdem suffragantur vota Reverendissimi P. Generalis, & Capituli privati, cum præcipiatur *in cap.1. de his quæ fiunt à majori parte Capituli*, ubi præcipitur = *ut in cunctis Ecclesiis, quod pluribus, & sanioribus fratribus visum fuerit, incunctanter debeat observari*
57 *&c., nisi à paucioribus, & inferioribus aliquid rationabiliter objectum fuerit, & ostensum, appellatione remotà, prævaleat semper, & suum consequatur effectum, quod à majori, & saniori parte Capituli fuerit constitutum* = *cap. quia propter de elect.*, & docent communiter *Canonistæ leg. nominationum Cod. de decurionib. lib. 10.*, ibi *Quod à majori parte Ordinis salubriter fuerit constitutum* =, *leg. quod major ff. ad municipal., Passerin. de election.cap.14.quæst.3. num. 16. & seq., Barbos. Vot. decis. lib.2. vot.56.n.96.* & passim apud alios.

Neque verò ex eo, quod dicta decem Monasteria, hodiè contra novam recompilationem insurgant, inferri poterit, illam nunquam à toto Ordine fuisse approbatam, neque decennii spatio pacificè observatam, contrarium namque patet, si inspiciamus, quod in Capitulo Generali anni 1690., maximè verò in illo anni 1714. Vocales omnes, qui in illis congregati reperiebantur, nemine dissentiente, primo loco approbarunt Decretum de conficienda nova recompilatione, amplissimam, imò illam ipsam, quæ eidem Capitulo Generali competiisset, elargiendo facultatem, cujus vigore Capitulum deindè privatum, juxtà authoritatem sibi delegatam anno 1714., dictam novam recompilationem approbavit, & quidem post plures revisiones, & accurata examina illam confirmando, cum subsecuta decennali ejusdem observatione: Hoc autem intermedio tempore, si, ut fortè insinuare conabitur Pars adversa, magis præclara nostri Ordinis Monasteria, & plurimi graviores Patres illam impugnasse dicantur, manifestis probationibus id demonstrare tenentur, exhibendo nimirum authentica documenta, atque Instrumenta, & justas afferendo rationes, quibus innixæ, & probatæ dici possint ipsorum reclamationes, atque oppositiones. Quæ sanè probatio nullo pacto exadverso afferri potest; Sed è contrario à Capitulis generalibus, celebratis post annum 1714., & à Capitulis privatis, plenà in nostro Ordine pollentibus authoritate, nedum agnita semper fuit necessitas conficiendi dictam novam Constitutionum, & extravagantium collectionem; Sed ea demum absoluta, Typis demandata reperitur, & tamquam lex per omnia Ordinis Monasteria promulgata. Profectò, dum hæc peragebantur dicta contraria Monasteria sese opponere debuissent, docendo, quo rationabili zelo adversus dictam recompilationem moverentur: Quamobrem, si fortè à DD. contrariis Defensoribus afferentur confictæ ullæ contradictiones, seu reclamationes, contra illam factæ in Responsionibus, evidentià facti evincemus, eas insubsistentes omninò esse, dictaque contraria Monasteria, nonnisi post longam machinationem, id hodie aggressa fuisse.

Nimirum quod illa id agunt, non quia aliquid *rationabiliter objectum* adversus dictam recompilationem afferant, quemadmodum te- 58
nerentur, ut audiri possent, ut præcipitur in alibi allegato *Cap.1. de his, quæ fiunt à major. part. Capitul.*, sed è contrario nos demonstrabimus, quo spiritu ducti, perniciosà hac procellà tranquillitatem nostri Ordinis perturbaverint. Eminentissimi namque Patres comperient, quid sub obtentu impugnandi recompilationem hanc, illi moliantur, si perlegere dignentur Epistolam Patris Secretarii Monasterii S. Laurentii dell' Escurial conscriptam ad suum Procuratorem in Curia, atque verificatam voluminoso Processu, in partibus fabricato; In illa enim, non per imaginationem, aut suspicionem, sed oculis corporeis conspicient, quod Patres Adversarii, everso penitus regimine totius Ordinis, constabilito Pontificiis Brevibus, ac Sacræ Congregationis resolutionibus, & contrà antiquas, & primitivas Ordinis Constitutiones, quarum observantiam simulant, machinantur, quod introducatur *tripartita in electione Generalium; Votum perpetuum in Capitulo Generali tribuatur Religiosis illis, qui fuerunt Priores Monasteriorum Escurialis, & Guadalupe Adversariorum; nec non etiam, quod in omnibus Capitulis generalibus, ex Professis in dictis duobus Monasteriis, alter eligatur in Definitorem generalem, & alter in Visitatorem generalem totius Religionis*. Quisque igitur, primo oculorum conjectu comperiet, quod Patres, & Monasteria Adversaria quærunt, quæ sua sunt, dum per abrogationem novæ recompilationis, gradum sibi parare posse, sperant ad obtinendam totius Ordinis nostri dispoticam dominationem; Contrà verò Monasteria, & Patres Principales nostri, dum illam tuentur, nonnisi Ordinis sui tranquillitati antiquarumque Constitutionum integritati, & regularis disciplinæ observantiæ student, quæ 59
præcipuè conservatur in munerum æquabili distributione, penitusque destruitur, quando hae sublatâ perpetuò, ac fixè ad certas personas illa deferuntur, ad notata in *Cap. pervenit in fin. caus.11. quæst.1.*, & *Pyrr. Corrad. in prax. benefic. lib.3. cap.8. sub n.40. vers. quare si unicuique*, & *Mastrill. de Magistr. lib.2. cap.11. n.15.*

Hæc

Hæc igitur cum ità se habeant, & suppositâ necessitate novam conficiendi recompilationem Constitutionum nostri Ordinis, agnitâ sanè semper in Capitulis tùm generalibus, tùm privatis; nec non acceptatione dictæ novæ recompilationis, à Monasteriis nostri Ordinis factâ, eidem derogari nequivisset contrario De-
60 creto Illustrissimi, ac Reverendissimi Nuncii; Nam, quod Universitas facit, secundùm sua Statuta, non revocatur per Præsulem, ut inquit *Bartol. in leg. final. cod. de Jur. Reipubl. lib. 11.*, ideòque ejusdem observantia demandanda omninò videbatur = *Nam Ecclesiasticæ moderationi est omninò conveniens, ut, quæ ordinata fuerint, vel rationabiliter decisa, nullá imposterùm debeant refragatione turbari = Canon. Ecclesiast. 12. caus. 25. quæst. 2., Can. omni-*
61 *bus caus. 35. quæst. 9.*, & præcise de Monachis, & Religiosis in *Can. Cum piæ 9. eadem caus. 25. quæst. 2.*, cavetur, quod ea, *quæ pro quiete Monachorum, religiosæque conversationis fuerint ordinata, nec dissimulatio negligere, nec quædam valeat præsumptio perturbare: Sed, sicut hoc, quod ratio exigebat, utilitatis oportuit definiri: ità, quod definitum est (nisi fortè ubi major est authoritas) non debet violari*, & conferunt tradita per *Rotam in Cabilonen., seu Ordinis Cistercien. Jurisdictionis 19. Junii 1702. §. Si itaque, 4. Maii 1706. §. Potissimè, 8. Aprilis 1707. §. Cum enim, & 3. Junii 1709. §. Cum enim cor. bon. mem. Molines, & in Vicen. Juris admittendi Præsbyteros 14. Junii anni præteriti §. Qua de re, & §. Nihilque cor. bon. mem. Cornelio.*

Sed propiùs accedendo ad examen dicti Decreti, idem sibi constare minimè videtur; quis enim non crederet, prout opportunè suo loco observabitur, quum nimirum referemus contrarias interpretationes, quibus à Monasteriis nostri Ordinis intellectum fuit, quis non crederet, illo approbari recompilationem, in qua præventivè adimpleta leguntur cuncta ea, quæ tali Decreto præcipiuntur, quando viceversâ illam deinde, ex pluribus Capitibus, nullam, & irritam declarat. Primo namque loco in eo præcipitur, quod observentur *Leges, Constitutiones, & Extravagantes recompilatæ in editione anni 1613., exceptâ tamen eâ parte, in qua sunt apposita dispositioni Sacri Concilii Tridentini, Decretis Clementis VIII., & aliis Constitutionibus Apostolicis, & ei, quod decisum fuit à Sacra Congregatione* = ; Ad normam ejusmodi Decreti in nova recompilatione transcriptæ sunt omnes Constitutiones, & *extravagantes*, quæ leguntur in antiqua, & quarum usus adhuc vigebat in nostro Ordine, propterea que, si Pars adversa aliquam indigitet Constitutionem, nullâ justâ, ac rationabili causâ omissam in nova, quæ alioquin reperiatur in antiqua, libenter illam novæ interseri, atque superaddi consentimus.

Dicto Decreto injungitur etiam deletio Constitutionum, *oppositarum Sacro Concilio Tridentino, Bullis Pontificiis, & resolutionibus Sacrarum Congregationum*, ut in fine primæ partis ejusdem. Præventivè Decretum hoc adimpletum fuit, in dicta nova recompilatione, præcipuè eâ mente facta, ut hæc omnia, veluti abrogata, è Constitutionum albo delerentur.

Secundo loco cavetur, quod *illæ decemnovem Extravagantes anni 1705., confirmatæ in Capitulis annorum 1708., & 1711., observandæ fiat, excepto tantùm eo, in quo se opponunt Bullis Pontificiis* = Eædem adamussim registratæ fuerunt in nova recompilatione. At, cum in quatuor, aut quinque recompilationis revisionibus nihil deprehendi valuerit, quod se opponeret Bullis Pontificiis, rogamus Partem adversam, ut nobis declaret id, quod in dicto Decreto non exprimitur; licèt P. Generalis plenam exhibens obedientiam Reverendissimo Nuncio, illi reverenter supplicaverit, ut pro majori quiete Religiosorum, parere debentium hujusmodi Decreto, explicare dignaretur, quænam essent Constitutiones illæ transcriptæ in nova recompilatione, quæ adversarentur Concilio Tridentino, Bullisque Pontificiis, proptereaque in hac parte Decreti deficiente dictâ explicatione, seu probatione, Religio tanti Præsulis circumventa censenda est falsis allegationibus Partis adversæ, *leg. & si Præses 5. Cod. de præd., & aliis reb. minor., & leg. 3. Cod. si ex falsis Instrumentis.*

Tertio loco in dicto suo Decreto Reverendissimus Nuncius præcipit, quod serventur *omnes aliæ Extravagantes, quæ usque ab anno 1613, stabilitæ fuerunt canonicè, & cum formalitate, & requisitis, quæ in suis Legibus præscribuntur pro faciendis, & constituendis talibus Extravagantibus*. Istiusmodi parti Decreti, tanquam ex abundanti potius, quàm ex necessitate adpositæ, plenè jam satisfactum credimus; quia in dicta nova recompilatione, cum omissæ fuerint Constitutiones dumtaxat, & extravagantes, contrariæ Concilio Tridentino, Bullis Pontificiis, & resolutionibus Sacrarum Congregationum, de quibus loquitur prima pars Decreti; contra verò in illam relatæ reperiantur, tum extravagantes Capituli generalis, de quibus loquitur secunda pars ejusdem Decreti, tum etiam illæ promulgatæ ab anno 1613., de quibus loquitur dicta tertia pars, illicò dignoscitur, quod nostra recompilatio, tanquam conformis dicto Decreto, ab eodem virtualiter, & implicitè approbata fuit.

Egimus de his, quibus Decreto Reverendissimi Nuncii approbata videri posset dicta nova recompilatio; sed reverâ illam, veluti invalidam, & irritam declarat sub obtentu, quod Patres Commissarii, ad eam conficiendam deputati, excesserint facultates, à Capituló generali anni 1714. ipsis concessas. Nam *declaravit* (sunt verba Decreti) *quod in nova impressione facta anno 1716., excesserint Patres Commissarii, qui fecerunt dictam recompilationem, facultates, quas habebant, & consequenter D. S. Illustrissimus dabat, & dedit pro nulla, irrita, & nullius valoris, & effectus dictam recompilationem,*

quam

quum mandat retrahi, atque in posterum observentur Leges, Constitutiones, & Extravagantes recompilatæ in editione anni 1613., ex quibus verbis patet, Reverendissimum Nuncium, pro indubitato supponentem, Patres Commissarios excessisse proprias facultates, ex hoc antecedenti deduxisse consequentiam invaliditatis dictæ novæ recompilationis.

Ut illicò constare posset de justitia Decreti, exprimi sanè in eo debuisset, in quonam præfati Patres Commissarii facultates sibi delegatas excessissent, præviâ tamen similium excessuum probatione, ut Decretum ritè, rectèque promulgatum dici posset, quemadmodum efflagitant praxis, & regulæ omnibus notæ. Verum nulla alia illorum probatio affertur, quàm ea desumpta ex quodam voluminoso libello, à Patribus Adversariis Reverendissimo Nuncio porrecto, quem libellum præ oculis habens Eminentissimus Ponens, illumque maturè considerans, pro summa sua prudentia dd. omnes excessus sub triplici inspectione comprehendit, hac divisione optimè ratus, Causam hanc clariorem redditam, facilius definiendam fore.

Prima illorum classis in eo consistit, quod dd. Patres Commissarii in nova recompilatione *omiserint sex integras Constitutiones, & quatuordecim Extravagantes: mutilando prætereà partes aliquarum* Constitutionum, & extravagantium, *quæ leguntur in antiqua recompilatione.*

Secunda, quod denuò eorum facultates excesserint addendo in nova recompilatione plures ordinationes cum vi Legis obligativæ, *quæ Legis vim habere non promerebantur*, quia nulla ex eis approbata fuerit in tribus Capitulis generalibus.

Tertia, quod etiam facultates excesserint addendo plurimas ordinationes in nova recompilatione, *jurisdictioni ordinariæ Priorum, ac rectè educationi Novitiorum repugnantes.*

Licèt inferiùs acturi simus de singulis membris tripartitæ hujus divisionis inspectionum, providè factæ ab Eminentissimo Ponente; attamen nonnulla ex illis hoc loco præventivè delibare fas sit, ut ostendamus, quâ arte, & quibus falsis suggestionibus, à Parte adversa fusè expositis in dicto prolixo libello, extortum fuerit contrarium Decretum, tot gravamina Ordini nostro inferens. Profectò cuncta ferè, quæ in illo continentur, funditùs eversa videri possent, ad memoriam revocando amplissima verba, quibus Capitulum generale anni 1714. delegavit Patribus Commissariis facultatem, atque potestatem totam, quæ penès ipsum residebat, examinandi, & corrigendi novam recompilationem. Aperta sunt verba illa = *Gli dava* (Patribus videlicet Commissariis) *tutta la Congregazione la sua piena potestà* = Patres itaque Commissarii, à Capitulo generali impartiti plenâ illâ potestate, quâ Capitulum ipsum
62 potiebatur, absque ullâ excessus labe, examinando dictam novam recompilationem, corrigere, omittere, & superaddere potuissent Constitutiones, & extravagantes, quemadmodum hæc omnia expleri potuissent ab ipsa Congregatione, repræsentata per Capitulum generale, cui plena hæc potestas certò certiùs competebat, quemadmodum supra *probatum fuit*.

Neque verò amplissimæ huic potestati, à Capitulo generali delegatæ PP. Commissariis, modus ullus præscriptus, aut limitatio adjecta videri potest illis aliis subsequentibus verbis = *Senza innovare, & alterare il sostanziale, & essenziale delle nostre leggi* =; quorum fuco Patres Adversarii suas oppositiones colorare fortè conantur. Nam, tametsi Patres Commissarii, aliqua ex parte alterasse, aut innovasse dicerentur antiquas recompilationes, id tamen justa ex causa egissent (ut mox ostendemus); Nihilominùs pro submovenda quacumque objectione, desumpta ex relatis verbis, satis nobis esset pe- 63
tere à Patribus Adversariis, potuerit nec ne Capitulum generale innovare, & alterare substantiam, & essentiam nonnullarum ex antiquis Constitutionibus, aliamque novam illarum condere collectionem? Ambigi certè nequit, quod Capitulum generale potestate istâ pollebat, corrigendi videlicet, atque abrogandi nonnullas ex antiquis Constitutionibus, quæ vel inutiles effectæ, vel contrario usu abrogatæ reperirentur, earumque loco pro rerum varietate novas subrogandi, loco, tempori, & regulari disciplinæ magis accommodatas. Quemadmodum hac potestate usus fuit nostra Congregatio, quæ pluriès innovavit, alteravit, atque abrogavit antiquas Leges, novis illarum loco subrogatis, *ut probatur in prologo antiquæ recompilationis anni 1613., relat. in d. collat. pag. 6. §. 4., ubi plenè hæc referuntur*. Si igitur Capitulum Generale id poterat, potuere etiam
dicti Patres Commissarii, quibus illud totam 64
suam potestatem delegaverat, ac per consequens omnia contenta in dicta recompilatione, totius Ordinis auctoritate facta dicenda sunt; *omnia enim meritò nostra facimus, quia ex nobis omnis eis impartitur auctoritas* =.

Certòque certiùs hæc locum sibi vindicant in nostra hypotesi, quia Capitulum privatum, vigore potestatis, à Capitulo generali celebrato anno 1714., sibi communicatæ, novam hanc recompilationem cum omnibus exadverso assertis innovationibus, atque alterationibus accuratè examinavit, atque expresè approbavit, & confirmavit, illamque Typis mandari, &, veluti Legem, observari jussit; Hisque omnibus plenæ firmitatis robur addidit Capitulum generale congregatum anno 1717., eandem novam recompilationem, prout se habet, approbando;
Propterereaque planè ex his sequeretur, excessus 65
omnes exadverso oppositos, commentitios prorsus censendos esse: nam, si dd. PP. Commissarii abusi fuissent facultatibus sibi delegatis, nec Capitulum privatum, multò verò minùs Capitulum generale, cognito tali abusu, dictam recompilationem approbasset, ad tradita per *bon. mem. R. P. D. Severolum dicta dissert. num. 6. propè fin.*, ubi in simili casu loquens de Statutis Ordinis Carthusiani, sic ait = *Quod præ-*

præcipuè dicendum est quoad Ordinem Carthusiensem, in quo certè similia non essent acta, nisi fuissent juxta spiritum suarum Constitutionum, & consuetudinum =.

Potiori verò jure approbationes, & confirmationes novæ recompilationis immotæ manere debent; nulloque pacto convelli possunt sub obtentu, exadverso figuratorum, excessuum,
66 quia illæ emanarunt nomine totius Ordinis, & quidem post rem maturè cognitam, ejusdemque exquisitùm examen, ideòque ex certa scientia, & in forma specifica factæ censendæ sunt; Ut enim jam prænotavimus, anno 1712. Capitulum privatum, post diligenter revisam novam hanc recompilationem, loquitur his verbis= *Ed essendoci congregati diverse volte avanti il nostro Segretario, abbiamo regolati tutti, e ciascheduno delli atti, dichiarazioni, e leggi, che sono stati nuovamente aggionti a ciascheduna delle nostre Costituzioni, e sono uniformi, e corrispondenti agli originali, che si trovano nell' Archivio dell' Ordine, e parimente alle Bolle Pontificie, che nuovamente si citano, ed alle Decisioni della Sacra Congregazione de' Vescovi, e Regolarè, le quali tutte corrispondono colli loro originali, che esistono nel detto Archivio=.*

Ità pariter egerunt Patres Commissarii, anno 1714. à Capitulo generali deputati ad eandem pariter revidendam, & examinandam; Prout etiam Capitulum deindè privatum eodem anno 1714., re accuratiùs cognitâ, illam approbavit, & confirmavit. Denique Capitulum generale anni 1717. eandem novam recompilationem observantiâ quindecim circiter mensium utilem, & ad commune Ordinis bonum conducibilem jam agnitam, per suffragia secreta confirmavit.

Nemo itàque non videt, quod illius approbatio, & confirmatio non semel, sed iterùm, iterùmque facta post diligentem discussionem, atque cognitionem omnium, in illa contento-
67 rum, facta dicenda sit ex certa scientia, & in forma specifica, ad deducta communiter ex *Textu in cap. penult. de confirmat. util., vel inutil., Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 1. disput. 18. quæst. 1. n. 4., Barbos. de claus., claus. 59. nu. 61., Rota decis. 339. num. 2. part. 2. rec., Molin. de Primog. lib. 2. cap. 7. num. 9., clar. mem. Card. de Luc. de Regal. disc. 198. num. 3.*, dicens, quod = *Confirmatio in forma specifica dicitur, etiamsi compendiosè narretur actus confirmatus in rebus, & partibus substantialibus, ut quia constet, confirmationem emanasse causâ cognitâ, & prævio vota, seù consultatione alicujus Congregationis, aut peritorum, ad id deputatorum =*, & prius notaverat *Fagnan. in cap. 1. num. 13., & seq. de confirmat. util.*; Positâ autem hâc confirmatione, & approbatione, *ex certa scientia, & in forma specifica*, omnis nullitas, & excessus Patrum Commissariorum exadversò ideatus, sanatus remanet à subsecuta confirmatio-
68 ne, ideòque recompilatio non dicitur ampliùs dd. Patrum Commissariorum, sed totius Religionis, quæ illam pluriès confirmavit, ut, *præter superiùs allegata*, câvetur utriusque Juris censurâ, per *Text. in cap. 1. de Transact.*, *& in Leg. Adoptio 38. ff. de adoption.*, & communiter, & in omni materia tradunt *Tamburin. de Jur. Abbat. d. disput. 19. quæst. 1. num. 7., clar. mem. Card. de Luc. de Jurepatr. disc. 43. n. 12., & de Regal. d. disc. 198. num. 3., Barbos. ad cap. Cum dilecta num. 18. de confirmat. util., Molin. de Primog. lib. 2. cap. 7. num. 8., bo. mem. R.P.D. Severolus in præfat. allegat. §. 30., Rot. decis. 1432. num. 1. cor. Seraphino, & decis. 42. num. 4., & 5., cor. Carillo, & dec. 93. num. 6. cor. Buratto, & dec. 157. num. 8. part. 6. rec., & decis. 145. num. 4., & 7. part. 7.*

Eòque magis in nostra hypothesi, in qua prudenter Patres Capituli privati anno 1714., postquam nostram recompilationem examinaverant, & approbaverant, ut nulli amplius exceptioni, aut errori locus relinqueretur, illam revalidarunt sequentibus verbis= *con tutta l'autorità, e facoltà l'approviamo, e revalidiamo =*; 69
quibus inspectis verbis, prædicta confirmatio vim novæ recompilationis, ex integro factæ, obtinuit, ut de verbis *de novo concedimus, vel supplentes, vel prò meliorè cautela*, quæ fraternizant, communiter animadvertunt *Doctores*, & præcipuè *Dec. cons. 34., cl. mem. Card. de Luc. de Regal. disc. 198. num. 2., & de Jurepatron. disc. 43. num. 13., Rota cor. Seraphin. decis. 1432. num. 1.*

Excluso igitur prætenso excessu, non est, cur tædio afficiantur EE. Patres in ulteriori indagine aliorum sophismatum, quæ exadversò consarciuntur; nam non est nova EE. Patribus methodus illa, quam servant in examine Synodorum Diœcesanarum, quæ sunt longè majoris relevantiæ, quàm sint particulares alicujus 70
Religionis Constitutiones; illæ etenim mores, & Ecclesiasticum regimen Diœcesis respiciunt; istæ verò ad solam disciplinam regularem pertinent, & tamen Diœcesanas Synodos *Sac.* 71
Congregatio Concilii, dummodo non contineant Canones, Juri Canonico contrarios, illas exequendas præcipit, *ut in una Cathacen.*, in qua eadem Sacra Congregatio Concilii sub *die 2. Augusti 1727.* rescripsit, *Synodum esse exequendam, nec ullum admittendum esse recursum, quàm in devolutivo.*

Multòque magis id servandum videtur in nostra hypothesi, attentâ præsenti subversione nostræ Religionis; aliqua enim Monasteria servant antiquam recompilationem, alia verò novam, & alia nullam, eo sub prætextu, quod utraque pendet sub Judice, quam veritatem, etiam Patres Adversarii, dolentes, fateri non erubescunt; Decretum enim Reverendissimi Nuncii, vel sibi non constat, vel malè intelligitur; viginti namque octo nostra Monasteria censent, novam recompilationem, tamquam virtualiter saltem, & implicitè approbatam d. Decreto, eidem contrariam censeri non posse, ideòque observandam esse: contrà verò decem contraria Monasteria sustinent, illam, tamquam abrogatam, vim Legis habere ampliùs

pliùs non posse; Decem denique sunt in ancipiti, & cui Legi pareant, ignorant. Agnitâ itàque confusione, quam peperit dictum Decretum, Partes videntur summi zeli Eminentissimorum Patrum demandare, quod servetur nova recompilatio, utpotè à majori, & saniori parte, & decennii usu jam approbata.

Eòque faciliùs huic instantiæ annuent Eminentissimi Patres, si animadverterint, quod Monasterium Salmanticense conspicuum in Religione, postquam per annum conatu omni curavit observantiam Decreti Reverendissimi Nuncii, agnoscens illius impracticabilitatem, propter varias ejusdem perplexitates, supplex adiit hanc sacram Congregationem, exposcens observantiam novæ recompilationis. Positâ igitur ambiguitate præfati Decreti, illud ipso facto corruit. Non omittendo insuper, quod quando eidem standum esset, tàm in illa parte, quâ statuitur, quod sit servanda antiqua recompilatio, exceptis iis, quæ adversantur Concilio Tridentino, Bullis Apostolicis, & declarationibus Sacræ Congregationis; quàm in alia, in qua demandatur, quod antiquæ recompilationi addantur omnes illæ extravagantes determinatæ in variis Capitulis generalibus, habitis post dictam recompilationem anni 1613., omni-
72 nò assumendus esset alius improbus labor, & exorbitantia nostræ Religionis dispendia prò extensione novæ compilationis, in qua essent transcribendæ omnes illæ Constitutiones, contrariæ Concilio Tridentino, Bullis Apostolicis &c., & respectivè addendæ omnes extravagantes, editæ in nostro Ordine ab an. 1613., prout demandatur in secunda parte Decreti Reverendissimi Nuncii; id autem, tanquam valdè incommodum, se evitasse profitetur Bonifacius VIII., in §. penultimo Proemii, ità loquens = *Nec sinè causà morem Prædecessorum nostrorum (qui cum Constitutiones aliquas promulgabant noviter, eas mandabant sub antiquarum serie situari) omisimus in hac parte servare: hæc enim fecimus, nè infinitos libros destrui, & alios, non sinè maximis dispendiis, laboribus, & expensis, de novo fieri, oporteret.* =

Ad evitandum igitur novum laborem, & exorbitantia dispendia, nos exhibemus Eminentissimis Patribus nostram novam recompilationem, pro qua conficienda insudaverunt tot Patres eximii nostræ Religionis ab an. 1712. usque ad annum 1717., in quo à Capitulo generali, ut sæpiùs notavimus, fuit approbata, & in qua consultò fuerunt omissæ omnes illæ Constitutiones, Sacro Concilio Tridentino, Bullis Apostolicis, & resolutionibus Sacrarum Congregationum contrariæ, nec non additæ omnes illæ extravagantes, ab anno 1613. usque huc emanatæ, prout Pars Adversa impugnare non audebit, & sic à primo ad ultimum, nostra nova recompilatio ex ipso Decreto Reverendissimi Nuncii observanda videretur.

§. IV.

Excluditur excessus in omittendo, mutando, & resecando.

Demonstratâ in superioribus §§. necessitate, & validitate nostræ recompilationis in genere, quodque ex abundanti illa virtualiter saltem uniformis censeri posset Decreto Reverendissimi Nuncii, descendimus ad particulare examen validitatis, & justitiæ in specie, quæ à PP. Adversariis in eorum voluminoso libello, porrecto eidem Reverendissimo Nuncio, pluribus impetita fuit, objiciendo nimirùm adversùs illam plures excessus, qui à Patribus deputatis commissi dicuntur, tùm in omittendo, mutando, & resecando antiquas Constitutiones, & extravagantes, tum in addendo novas ordinationes, tum denique in apponendo contrarias, & repugnantes antiquis Statutis, atque læsivas Jurisdictionis Priorum; quos quidem excessus, veluti pertinentes ad tres diversas classes, cum, ut dictum est, Eminus, & Reverendissimus D. Card. Ponens opportunè duxerit esse dividendas in tres diversas inspectiones, illas propereà divisim, & singillatim expendemus, rogando interim Eminentiss. Patres, ut præ oculis habere dignentur *Libellum Collationis, quem porrigimus*, & in quo antiqua recompilatio cum nova, in unum volumen redacta, & Textus Constitutionum extravagantium, & ordinationum, prout in utraque jacent, fideliter relatus, & appositus legitur; inde namque collatâ invicem utrâque recompilatione, & ictu oculi agnito quid demptum, mutatum, & de novo additum fuerit in hac novissima recompilatione, insubsistentiam oppositorum excessuum manifestè deprehendent.

Agendo itaque *de primo excessu*, ille desumitur ex eo, quod PP. Commissarii, ad texendam novam recompilationem destinati, excesserint facultates, ipsis tributas à Capitulo generali anni 1714., *omittendo* referre in dictam novam recompilationem *sex* integras Constitutiones, & *quatuor decim* extravagantes, in antiqua contentas, alias verò mutilando, & *resecando*, & in aliqua parte, aut verbo *mutando*; Quod autem in hac parte nullus excessus considerari possit, luculenter evincitur ex eo, quod, si re- 73
spiciantur facultates PP. Deputatorum, ipsi proculdubio poterant totum id, quod poterat Capitulum generale, a quo illis tradita fuit omnis potestas, & de quo nefas est dubitare, quin facere posset totum id, quod Patres deputati fecerunt, ut latè demonstratum est.

Si verò respiciantur Constitutiones, & extravagantes, vel prorsùs omissæ, vel mutilatæ, vel in aliqua parte, aut verbo correctæ, & mutatæ, illæ profectò tales erant, quæ necessariò omitti, mutilari, & corrigi debebant; Aliquæ 74
enim adversabantur Sacro Concilio Tridentino, Bullis Pontificiis, & resolutionibus hujus Sacræ Congregationis, aliæ in desuetudinem prorsùs abierant, aliæ verò superfluæ, & inuti-
les

les remanebant ob mutatum rerum statum, & ob diversam disciplinam, & formam regiminis in Religione legitimè introductam, quas proinde in novum Codicem referre, & non mutilare, atque corrigere in eo, in quo mutatione, & correctione indigebant, nil aliud certè fuisset, quàm improbam, & damnabilem confu-
75 sionem ingerere contra naturam, & essentiam Legum, quæ claræ, & perspicuæ esse debent, Ut universi præscripta earum manifestiùs cognita, vel inhibita declinent, vel permissa sectentur, juxtà verba Text. in leg. 9. Cod. de legib., quæ cum aliis pluribus Juris nostri locis opportunè refert Sadarin. respons. 28. num. 7., & plurib. seqq., ubi etiam de more plura erudite ad propositum cumulat; Et fuisset etiam contra finem novæ recompilationis, re-
76 digendi nimirùm Constitutiones in meliorem, & clariorem formam, Quatenùs in uno Codice congregatæ, & omni supervacaneâ similitudine, & iniquissimâ discordiâ absolutæ, universis hominibus promptum suæ sinceritatis præbeant præsidium; ut agendo de compilatione novi Codicis loquitur Imperator in leg. 1. Cod. de veter. jur. enucl. §. Cum itaque.

Quamobrem rectè admonet idem Imperator, ad effugiendam confusionem id præcipuè servandum esse in nova compilatione, ut nihil
77 contrarium, aut simile ponatur, nec inferantur Constitutiones mutatæ, correctæ, & abrogatæ, ad aliud certè non aptæ, quàm ad confusionem ingerendam, ut habetur in leg. unic. Cod. de Justinian. Cod. confirman. §. Tollendis quidem, & in leg. unic. Cod. de emendat. Codic. §. Supradictis itaque, ibi = Constitutiones verò superfluas, vel ex posterioribus sanctionibus nostris jam vacuatas, vel si quæ similes, vel contrariæ invenirentur, circumducere, & à proprii Codicis congregatione separare = & latiùs in leg. 1., & 2., Cod. de veter. jur. enucl., & docent Bald. in leg. unic. §. Quibus Cod. de nov. Cod. facien. num. 5., ubi admonet Statutarios, quod non debeant ponere Statuta contraria, Barbos. in Jus Can. tom. 1. in proem. decretal. num. 42., & 41., Engel. in Jus Can. in proem. num. 18., ubi, quod in una, eademque Legum compilatione non debet esse contrarietas, Æneas de Falcon. de reserv. quæst. 4. princ. effect. 6. nu. 2., Alonet. de distribut. quotid. pars. 2. quæst. 11.
78 num. 11. vers. Quamquam; Et sanè ad quid Leges correctas, & abrogatas inserere, quæ nullius sunt utilitatis? ut, per Text. in Auth. de nautic. usur., probat Thabor. axiom. jur. lib. 3. cap. 97. axiom. 1., & Statutum, sive dispositionem abolitam, & revocatam, quæ non est ampliùs dispositio, nec dicitur amplius Statutum? Natt. cons. 19. num. 8., Surd. cons. 58. num. 14., & seqq., bon. mem. R.P.D. Fatsinell. resp. 16. n. 1.

Eâdemque prorsùs ratione districtè prohibet Imperator, ne in novum Codicem referantur Leges non observatæ, & quæ in desuetudinem abierunt, ut per hæc clarissima verba loquitur in leg. 1. Cod. de vet. Jur. enucl., ibi = Sed etsi quæ Leges, in veteribus libris positæ, jam per desuetudinem abierunt, nullo modo vobis easdem ponere permittimus = & prius in leg. unic. Cod. de emend. Cod. §. Supradictis itaque, ibi = Nullâ penitùs nec simili, nec diversâ, nec insolitâ relictâ Constitutione =, & jure quidèm,
meritòque; Nam, si nullus est earum usus, ut 79
quid frustra membranas occupant, ut habetur in Canon. si Romanorum dist inct. 19., ibi = Ut quid frustrà membranas occupant, postquam non habentur acceptæ =, alioquin per illarum insertionem rursus probatæ videri possent, ad mentem Glossæ in Canon. 1. distinct. 20. verb. Carthaginiensium,
ibi = Hos Canones Sedes Apostolica videtur pro- 80
basse, & usa eis esse, quando in Codicem Canonum referendos curavit =.

Prout quoque simili jure præcepit Imperator, omne superfluum, & inutile amputandum, &
resecandum esse, & quidquid mutatione, cor- 81
rectione, & emendatione dignum videtur, omninò corrigendum, & emendandum esse, expressè demandat, ut nihil inutile, nihilque perperàm positum, sed quod in ipsis verum obtineat, argumentum accipiant =, juxtà aurea verba relata in proem. Instit. §. Cumque hoc, quibus optimè concinunt sancita in leg. 1. Cod. de nov. Cod. facien. §. Quibus specialiter, ibi = Re-
secatis tàm supervacuis =, & rursus, ibi = Leges 82
componere, & congruis titulis subdere, adjicientes quidèm, & detrahentes, imò & mutantes verba earum, ubi hoc rei commoditas exigeret; colligentes verò in unam sanctionem, quæ variis Constitutionibus dispersa sunt, & sensum earum clariorem efficientes =, & in L. unic. Cod. de Justin. Cod. confirm. §. Hac igitur, ibi = Sed etsi qua earumdem Constitutionum detractis, vel additis, vel permutatis certis verbis (quod & ipsum præfatis Excellentissimis viris specialiter permisimus) nullis concedimus ex libris veterum Juris interpretum aliter eas habentes recitare =, & in leg. 1. Cod. de veter. Jur. enuclean., ibi = Sed in hoc vobis studium esse volumus, quod, si quid in veteribus libris non benè positum inveniatis, vel aliquid superfluum, vel minùs perfectum, supervacaneâ longitudine remotâ, & quod imperfectum est, repleatis, & omne opus moderatum, & quàm pulcherrimum ostendatis =, & in leg. 2. Cod. eodem §. Tanta autem, ibi = Hoc tantummodò à nobis effecto, ut, si quid in legibus eorum vel supervacuum, vel imperfectum, aut minùs idoneum visum esset vel adjectionem, vel diminutionem necessariam accipiat, & rectissimis regulis tradatur.

Quod observarunt etiam Summi Pontifices Gregorius IX., & Bonifacius VIII. in compilatione Decretalium, & Sexti, ut legitur in proemio utriusque compilationis, nempè Decretalium, ibi = resecatis superfluis =, & Sexti =, ibi = & tandem pluribus ex ipsis (cum vel temporales, aut sibi ipsis, vel aliis juribus contrariæ, seù omninò superfluæ viderentur) penitus resecatis =; & justâ profectò ratione, nam Lex superflua remedia non inducit, leg. hæc stipulatio §. Divus ff. ut legat. nomin. cav., leg. quibus idem ff. de verbor. oblig., Barbos. in Jus Canon. tom. 1.

*proem. Decretal. num.*28., & omne superfluum
est à Jure reprobatum, *Barbos. loco mox citat.
num.*29., *& in collect. in Cod. tit. de nov. Cod.
facien. num.* 5., *Gonzal. ad regul.*8. *Cancellar.
gloss.* 22. *num.* 4., undè benè inquit *Glossa in
leg. unic. Cod. de latin. libert. tollen. verb. cum
igitur litt.P.* = *Quia, quod est utile, recipimus, &
quod est inutile, despicimus, ergò videamus, quid
sit utile, & quid inutile* =, certè autem = *mul-
to utiliùs est pauca idonea effundere, quàm mul-
tis inutilibus homines prægravari* = quia = *multis
inutilibus permixtum, nullam sui ad eruendum
præbet copiam* =, ut admonet *Imperator in di-
cta leg.* 2. *Cod. de veter. Jur. enucl. §. Contra-
rium in fin.*, & notat *Abb. in proem. Decretal.
num.*4.

Cum itàque spectatâ mente Imperatoris, &
Summorum Pontificum, aliisque rationibus,
suprà deductis, perspicuè, & liquidò appa-
83 reat, ad evitandam confusionem, in novum
Codicem referri minimè debuisse Leges con-
trarias, abrogatas, inusitatas, & alias quomo-
documque superfluas, & inutiles redditas, eas
verò, quæ correctione, & emendatione indi-
gerent, nonnisi ità correctas, & emendatas in
eo inserendas fuisse, statim inde videmus, ex-
clusum iri omnem excessum, quo notantur Pa-
tres Commissarii in casu nostro, in omittendo,
mutando, & resecando, si demonstraverimus,
Constitutiones, & extravagantes, ab illis omis-
sas, resecatas, correctas, & emendatas, esse de
genere illarum, quæ omitti, corrigi, & emen-
dari debebant, sive quia contrariæ, sive quia
abrogatæ, aut inusitatæ, & superfluæ, sive de-
mum quia correctione dignæ. Præmissis autem
hisce certissimis regulis, id facilè præstabimus,
singulas, quà brevius fieri poterit percurrendo.

Initium igitur faciendo *à prima Constitutio-
ne cum ejus prima, & secunda extravaganti*,
quæ aderant in antiqua recompilatione, deman-
datur in illis, quod Pater Prior Monasterii
S. Bartholomæi de Lupiana sit Pater Generalis
84 nostri Ordinis, & quod illius electio spectet
dumtaxat ad Patres Vocales ejusdem Mona-
sterii; cum autem usque ab anno 1687. hæc
Sacra Congregatio demandaverit, quod sepa-
randa sit imposterum dignitas Prioris S. Bar-
tholomæi ab illa P. Generalis, quodque electio
d. Prioris spectet ad solos Vocales illius Con-
ventus, electio verò P. Generalis ad totam
Religionem, quam quidèm resolutionem spe-
cialiter approbavit Ven. Servus Dei Innocen-
tius XI.; hinc manibus palpatur, ipso facto ab-
rogatam fuisse prædictam primam Constitu-
tionem cum prima, & secunda extravaganti à
laudata resolutione hujus Supremi Consessus, à
Summo Pontifice confirmata, & per conse-
quens inutilitatem, & respectivè confusionem
novæ recompilationis parere debuisse insertio-
nem illius veteris, & abrogatæ Constitutionis
cum sua prima, & secunda extravagantibus,
juxtà superiùs firmata.

Similis farinæ est *secunda Constitutio* anti-
quæ recompilationis *mutilata* in nova, cumque
in dicta Constitutione antiqua permittatur ree-
lectio ejusdem Prioris, qui suum triennium ex-
pleverat, ut patet ex illis verbis *illius ejusdem*,
scilicet Religiosi, *qui erat Prior, aut alterius*, 85
hinc, cum ad instantiam totius Religionis ob-
tentum fuisset à san. mem. Clemente VIII., &
san.mem. Paulo V. Apostolicum Breve, cum
quo expressè prohibebantur in nostro Ordine
Priorum reelectiones, nisi elapso triennio à
terminatione eorum officii, vel aliâ novâ ele-
ctione intercedente, cum opportunis derogatio-
nibus *quarumcumque contrariarum Apostolica-
rum Constitutionum, Ordinis Statutorum, etiam
Apostolicâ authoritate confirmatorum*; hinc om-
ninò ad tollendam confusionem, & contrarie-
tatem inter d.Constitutionem,& præfata Decre-
ta Pontificia, omninò demenda erant in nova
recompilatione verba illa *illius ejusdem, qui erat
Prior, aut alterius*, ut pariter discurrenti patet.

Transeamus ad *septimam Constitutionem* an-
tiquæ recompilationis. Fas autem sit Eminen-
tissimis Patribus referre, quod, in vim Consti-
tutionis antiquæ, eligendi erant in Definitores
Generales à Capitulo generali octo Religiosi,
quatuor ex Procuratoribus Monasteriorum no-
stri Ordinis, & quatuor ex Prioribus, ut in *d.
Constitutione antiquæ recompilationis*; Cumque
postmodùm supervenerit sæpiùs laudatum *Bre-
ve Innocentii XI.*, cujus vigore dignitas Priora- 86
lis Monasterii S.Bartholomæi decorata fuit per-
petuo munere Definitoris Generalis, hinc per
consequens non erant ampliùs eligendi octo De-
finitores, sed tantùm septem, propterea in no-
va recompilatione corrigenda erat antiqua, &,
sicuti in illa fiebat mentio de octo Religiosis,
eligendis in Definitores, in ipsa diminuendus
erat numerus illorum ad septem, aliàs patentis-
sima contrarietas inter dictum Breve Innocen-
tianum, & tenorem antiquæ Constitutionis ex-
orta fuisset.

Sic pariter respondetur ad *omissionem septimæ
extravagantis ejusdem septimæ Constitutionis*;
Nam, cum in dicta extravaganti mandaretur,
quod in Capitulo generali Patres vocales, à
quibus eligendus erat Pater Generalis, eligi
non possent in Priores, ex ea quippè ratione,
quia, cum tunc temporis Prior Monasterii San-
cti Bartholomæi de Lupiana esset pariter Gene-
ralis, illeque eligendus esset à solis Patribus
vocalibus ejusdem Monasterii, *ut in prima Con-
stitutione cum prima, & secunda extravaganti*,
juremeritò, ne ipsimet Patres Vocales inter
ipsos dividerent Prioratus Ordinis, & sic illius
fierent tyranni, fuit in dicta extravaganti de-
mandatum, ne dicti Patres Vocales eligeren-
tur in Priores. Cumque subindè in vim resolu-
tionis hujus Sacræ Congregationis, approbatæ
à Summo Pontifice Innocentio XI., mutata
fuerit methodus eligendi P. Generalem, nem- 87
pè quod, ubi prius à solis Patribus Vocalibus
dicti Monasterii eligebatur, imposterùm ab
omnibus Vocalibus Religionis eligendus esset.
Hinc juremeritò, quia cessabat timor præpo-
tentiæ Patrum Vocalium dicti Monasterii San-
cti

cti Bartholomæi, admittendi erant iidem Patres ad Prioratus ejusdem Ordinis, sicuti admittuntur alii Patres Vocales ceterorum Monasteriorum, aliàs iidem Patres dicti Monasterii (quod semper fuit, & est primum nostri Ordinis) fuissent deterioris conditionis, quàm alii Vocales, nam in vim antiquæ extravagantis non poterant eligi in Priores, & in vim Brevis Innocentii XI. privantur facultate eligendi Patrem Generalem, quod equidem absurdum, omninò vitandum, vitatum fuit, stante omissione *dictæ septimæ Constitutionis* in nova recompilatione.

Mutilarunt Patres Commissarii plura verba *Constitutionis undecimæ* antiquæ recompilationis, ubi, quando de electione, & facultate Visitatorum Generalium agitur, dempta fuit dispositio, quod Prior electus Visitator, non visitet alium Priorem pariter Visitatorem, nec hujus Monasterium, & ratio mutilationis ea

88 fuit, quia, cum post emanatam hujusmodi Constitutionem, agnoverit Religio, incompatibilia, & damnosa esse Prioris, & Visitatoris munera in uno, eodemque subjecto, proptereàque successivè sanciverit, ut, quotiescumque Generalis Visitator Prioratum adipisceretur, eo ipso visitatio Generalis vacaret, ut habetur in *extravaganti octava* ad prædictam *Constitutionem undecimam*, supervacanea remanebat per consequens supranarrata dispositio, ut per se patet.

Circà *octavam Constitutionem* antiquæ recompilationis opponunt Patres Adversarii, non fuisse demenda illa verba, *& libertates, atque prærogativæ, quæ Monasterio S. Bartholomæi concessæ fuerunt in primo Capitulo Generali, ei auferri non possint per definitionem unius Capituli, aut duorum, aut plurium Generalium, aut privatorum, & in hoc ostendimus nostrit Successoribus id, quod nobis non est licitum, & honestum facere;* & fundant iidem Adversarii eorum oppositionem in eo, quod, si dicta verba demantur in nova recompilatione, summum præjudicium inferatur Monasterio Sancti Bartholomæi de Lupiana, quasi quod in nostra Religione periret memoria antiquorum privilegiorum ejusdem Monasterii.

At reverà futilis, atque inanis omninò est contraria animadversio. Quandoquidem omnes prærogativæ, quibus præfatum Monasterium pollebat, erant illæ, nempè, quod Prior dicti Monasterii esset insimul Generalis totius Ordinis, quodque ad illum eligendum concurrere deberent tantummodo Patres Vocales dicti Monasterii, & demùm, quod P. Generalis resideret perpetuò in dicto Monasterio, & omnes istæ prærogativæ abrogatæ fuerunt per sæpè laudatum Breve Innocentianum. Hinc prælaudati quatuor Patres Commissarii agnoscentes, mox transcripta verba adversari dicto Brevi Innocentiano, consultò illa omiserunt in nova recompilatione, & propterea laudem potiùs, quàm reprehensionem merentur.

Conqueruntur pariter PP. Adversarii, quod in *Constitutione 17.* resecatum fuerit Privilegium, Monasterio S. Bartholomæi de Lupiana concessum, cujus vigore, quicumque Prior, aut Frater alterius Monasterii electus fuisset in Priorem dicti Monasterii, cogi posset ad illud 89
acceptandum. Non negamus, quod in nova recompilatione istud privilegium fuerit omissum, sed jure meritò sic factum fuit, quia, cum dicta Constitutio facta fuisset eo tempore, quo Prior S. Bartholomæi simul erat Superior generalis Ordinis totius, illa coactio ad acceptandum Prioratum referenda omnino erat ad Generalitiam dignitatem, non autem ad simplicem Prioratum, pro cujus acceptatione jam particulariter providet Religio in sua *Const. 70. antiquæ recompilat., ut in collat. pag. 278.*, unde dicta coactio ad acceptandum aptari debebat, prout aptata fuit in *nova recompilat. Const. 3. tract. 3.*, de Superioris generalis electione loquenti in ead. *collat. dicta pag. 77.*

Agnoscit Pars adversa palpabilem hanc veritatem, sed nihilominus adhuc prætendit, coactionem ad acceptandum Prioratum S. Bartholomæi ponendam fuisse in nova recompilatione saltem ratione Vicariatus Generalis, qui in prælaudato Brevi san. mem. Innocentii XI. perpetuò tribuitur Priori S. Bartholomæi.

Hujus tamen objecti futilitas illicò detegitur animadvertendo, quod nullibi in antiqua recompilatione sancitum reperitur, Vicarium Monasterii S. Bartholomæi, qui vacante Prioratu ejusdem Monasterii, Vicarius Generalis evadebat, juxta *Extravagantem 3. Constitutionis primæ recompilationis antiquæ* cogi debere ad Vicariatum acceptandum, undè, cum hujusmodi coactio in antiquis nostris Statutis non legatur, nec de ipsa Breve prædictum loquatur, nescitur quo jure exadverso prætendatur, apponendam fuisse in nova recompilatione d.coactionem ad acceptandum Prioratum S. Bartholomæi, quando præsertim hujusmodi qualitas Vicariatus generalis in dicto Priore est merè accidentalis, eidem applicabilis ad summum per breve tempus trimestris, & in casu solummodò, quo P. Generalis, durante suæ dignitatis triennio, diem clauderet extremum, juxtà *Extravagantem secundam Constit. 6. tract. 5. novæ recompilationis in collat. pag. 3.*

Descendendo postmodum ad omissionem *Extravagantis primæ*, registratæ post *antiquæ recompilationis Constitut. 20.*, in qua demandabatur, quod, si Fratres ratione itineris extra Monasterium pernoctassent, tenerentur primà vice peccata sua soli P. Priori pandere, de illius cassatione lamentari non possunt Adversarii, cum adversus eam de directo pugnet unum ex Decretis *san. mem. Urbani VIII.*, incipiens: *Nullus*, ibi = *Non liceat Superioribus Regularium Confessiones Subditorum audire, nisi, quando peccatum aliquod reservatum admiserint, aut proprio motu id ab iis petierint* =, *ut in Bull. tom. 4. Lugdun. impress. fol. mihi 67.* 90

Sed, cùm acriter conqueruntur de omissione *Extravagantis primæ*, legendæ post *Constit. 24.*, per

per quam moneantur Fratres, ut sæpè confiteantur cum Priore, credantque, illam omitti non debuisse, quòd per modum exhortationis, & consilii loquatur, non verò coactionis.

Observari precamur, quod, cum in prælaudato Decreto *san. mem. Urbani VIII.* apertis verbis demandetur, ut, si ipsimet Subditi spontè, aut proprio motu confiteri Superioribus pe-
91 tierint, id eis permittatur, superfluum omninò fuisset reponere in nova recompilatione præfatam extravagantem, cum ipsius dispositio idem, ac Decretum Pontificium contineat, ut omnibus notum est; ideoque de hujusmodi omissione conqueri non possunt PP. Adversarii cum nullibi in tota nova recompilatione prohibitum legatur, quod Subditi, quatenùs velint Superiori suo peccata confiteri, id facere non valeant, proindeque subintret vulgata utriusque juris regula, *quod non prohibetur fieri, permittitur*.

Frustra quoque exadverso impugnatur omissio *Extravagantis tertiæ Constitutionis 36.* antiquæ recompilationis; Cum enim in ea disponeretur, quod Præsidens, Procurator, & Custos, qui dantur in Granciis, possent impunè verberare, & carceribus mancipare Famulos, Ser-
92 vientes, Familiares, & Commensales, qui tamen omnes sunt seculares, certo salario pro Monasteriorum, vel Granciarum servitio conducti, nemo non videt, prudentissimè dictam *Extravagantem* omissam fuisse, tum quia jam obsoleta erat, & nunquam executioni demandata, tum etiam quod ista *extravagans* dignè omissa fuerit, cum præfatæ pœnæ sint directo contrariæ sanctitati, & mansuetudini Religiosorum, imo, & periculosæ, ob facilem incursum in irregularitatem, casu, quo unus ex verberandis lethali vulnere perceuteretur, sicque eorum statui omninò repugnabat; Tum demum quia ad solum Regem reos punire pertinet, ab ejusdemque propterea Extravagantis executione, nonnisi damna, & pericula expectanda fuissent.

Nec minùs injustè Pars adversa contendit conservari debuisse in nova recompilatione *primam*, *secundam*, & *tertiam extravagantes Constitutionis* 38. recompilationis antiquæ, in quarum prima disponebatur, quod Monasteriorum Alumni nihil adquirere possent titulo successionis, aut hereditatis ab intestato. Secunda verò prohibebat ulteriores Bonorum emptiones, nisi priùs alia jam possessa venderentur, exceptis tamen iis, quæ relinquerentur, aut donarentur pro fundatione Capellaniarum, quas ad fovendam fidelium devotionem cum opportunis Superiorum licentiis acceptari posse, disponebatur; & tertia denique ab hujusmodi prohibitionibus Monialium Monasteria excipiebat. Ratio etenim condendi prædictas extravagantes illa fuit, nempè invida rabies aliquorum præpotentium laicorum, qui de nimiis divitiis Monasteriorum illius seculi conquerebantur, & Pio Regi Catholico pro suppressione nostræ Religionis instabant, ideoque providè Capitulum generale anni 1513. prædictas extravagantes condidit, ut constat ex historia nostræ Religionis, relata usque & de anno 1613. in antiqua recompilatione, & transcripta in *collat. pag.* 151., & 152.

Quia verò posteà, cessatâ istâ persecutione, ipsamet Religio plura proposuit san.mem.Paulo III. dubia, & scrupulos super observantiâ prædictarum extravagantium, & idem Summus Pontifex, ad consulendum serenitati conscientiæ Monachorum, suo speciali Brevi indulsit facultatem nostræ Religioni, ut super hisce negociis id demandaret, quod sibi meliùs videretur, concedendo videlicet, vel prohibendo suis Alumnis successionem in Bonis, ideò in ejusdem Brevis sequelam nostra Religio in Capitulis generalibus de anno 1558., & 1561. prædictas extravagantes abrogavit, ut videre est in eadem historia anni 1613. *in dicta Collat. pag.* 152.; Cum itaque prædictæ tres extravagantes jam essent à subsequentibus Capitulis generalibus abrogatæ usque, & de dictis annis 1558., & 1561., & ità in posterum servatum fuisset; nam Monasteria nostri Ordinis 93
omnes hereditates, & Legata; quæ ejus Alumnis obvenerunt, receperunt, & recipiunt, & ex redditibus excrescentibus alia Bona emunt, absque eo quod vendant illa, quæ possident, inutile omninò erat illas in nova recompilatione transcribere, ut patet ad sensum.

Queruntur ulteriùs PP. adversarii, quod *Constitutio* 40. fuerit primo loco mutilata in illa parte, in qua permittebatur, ut Novitii, non adhuc expleto probationis anno, possent ad professionem admitti: Secundo loco fuerit mutilata in illa parte, in qua disponebatur, quod Monachus, ob demerita, translatus ad alienum Monasterium, si in eo novam professionem emisisset, in hujus Capitulo vocem non haberet, nisi defluxo anno, à die quo ejusdem Priori obedientiam promisisset, ut videre est in *Collat. pag.* 157.

At præfatas mutilationes rectè fuisse factas, constat ex eo quod, si loquamur de prima, quis est qui nesciat, quod professio emissa ante 94
completum novitiatus annum reprobatur expressè à Concilio Tridentino *sess. 25. cap. 15. de reform.*? si verò de secunda sermonem habeamus, ista fuit abrogata per subsequentem *Extravagant. 3. Constit. 12. antiquæ recompilationis*, integrè correspondentem in nova recompilatione *Extravag. 2. Constit. 8. tract. 8., ut in d. Collat. pag. 165.*, cum qua demandatur, quod 95
similes Religiosi translati ob eorum demerita de uno Monasterio ad aliud, nonnisi elapso quadriennio, suffragium in Capitulo ferre, possint.

Rectè pariter omissa fuit *Extravagans prima* prædictæ *Constitutionis* 40., in qua disponitur, quod nullus ad habitum recipiatur, nisi post completum 18. annum, eâ quippe ratione, quia minor ætas impar est ad exactè perpendendam essentiam status Religiosi, quem Novitii assumere intendunt, ut legitur in dicta extrava-

gan-

ganti omissa. Ratio verò, quarè fuit illa omissa
in nova recompilatione, fuit, & est, quia, cum
Concilium Tridentinum agnoverit, adolescen-
tes, in ætate annorum 16. constitutos, ad digno-
scendum statum regularem Religionis esse ca-
96 paces, ut in *sess. 25. de reformatione cap. 15.*,
hinc post publicatum dictum Concilium, pra-
xis introducta fuit in nostra Religione admit-
tendi ad habitum regularem adolescentes in
minore ætate, quàm 18. annorum constitutos,
de qua praxi testatur annotatio antiquæ recom-
pilationis anni 1613., ut in *Collat. pag. 158*, &
habemus vivum exemplum in Urbe, nempè
A.R.P. Magistri Antonii de Leone ex Adver-
sariis, qui in ætate 14. annorum constitutus,
assumpsit habitum nostræ Religionis, ut im-
pugnare non audebit, & hæc est frequens praxis
nostræ Religionis.

Justè quoque fuit omissa in nova recompila-
tione *Extravagans 2. ejusdem Constitutionis* 40.,
per quam ordinabatur, quod Novitii à Magi-
strorum subjectione per professionem non exi-
merentur, donec ab illa per Priores cum con-
silio præfatorum Magistrorum non liberaren-
tur: cum enim ita minimè determinaretur tem-
pus novitiatus, sed arbitrio PP. Priorum cum
consilio P. Magistri Novitiorum relinqueretur,
atque deinde ab anno 1621. usque ad annum
1710. in pluribus Capitulis generalibus, & pri-
vatis nostra Religio mandaverit, educari, &
97 erudiri Novitios in scholis sub disciplinâ suo-
rum Magistrorum per septennium, computato
probationis anno; provido consilio prædicta *Ex-
travagans* 2. fuit omissa, utpotè quia cùm *nova
ordinatione* in dictis Capitulis facta, legenda *in
dicta Collat. pag. 159.*, ejusdem omissæ extra-
vagantis defectus correctus, atque suppletus
extiterat mediante determinatione septennalis
temporis pro tyrocinio complendo.

Imo ad hoc, ut constanter in posterum novi-
tiatus septennio perduraret, consultissimè nostra
Religio in dictis Capitulis generalibus, & pri-
vatis, celebratis ab anno 1621. usque ad 1710.,
Priores desuper dispensandi facultate privare,
statuit, illam attribuendo Definitorio Capituli
generalis, aut Capitulo privato, vel Reveren-
dissimo P. Generali inter Capitulum, & Capi-
tulum, præcedentibus tamen debitis informa-
tionibus super necessitate, & justitiâ dispensan-
di, ut latiùs legitur in *dicta nova ordinatione*,
pacificè ab anno 1621. usque ad præsens obser-
vata absqueeoquod Patres Priores in nihilo un-
quam conquesti fuerint de privatione facultatis
dispensandi, ut ingenuè Pars adversa confessa
fuit in suo supplici libello porrecto ad Reveren-
dissimum Nuncium. Quotiescumque igitur
ipsimet PP. adversarii fateri coguntur utilita-
tem perdurationis Novitiorum per septennium
in novitiatu, sequitur exinde, quod dignè, &
justè nostra Religio *in dicta ordinatione* priva-
verit PP. Priores facultate dispensandi in dicto
98 septennio, quia agnovit, quod PP. Priores fa-
cilè ad complacendum Novitiis, vel eorum
consanguineis dispensabant dicto septennio,
exindeque palpabile nostræ Religionis pro ma-
nabat præjudicium, nam Novitii, per breve
tempus in novitiatu permanentes, nullatenus
valebant disciplinâ regulari imbui, & consoli-
dari, & per consequens post professionem,
tanquam ignari nostræ regularis disciplinæ,
nullum spirituale emolumentum pro se ipsis, &
nostra Religione parare valebant; Ritèque pro-
ptereà hujusmodi præjudiciis consuluit, hujus-
modi dispensandi facultatem à Prioribus aufe-
rendo, illamque reservando Definitorio Capi-
tuli generalis, vel Capitulo privato, vel P. Ge-
nerali, nam isti si unquam dispensent, hoc mi-
nimè faciunt, nisi præviis Priorum informatio-
nibus super vitâ, & moribus Novitiorum, ut
demandatur in *eadem ordinatione*, atque ita,
quin ullatenus turbetur jurisdictio eorumdem
Priorum, à quorum favorabili relatione dispen-
sationis gratia principaliter dependet, rectæ,
completæque novitiorum educationi prospici-
tur, ipsorumque Priorum in dispensando faci-
litas excluditur.

Transeundo autem ad geminas *Extravagan-
tes*, nempe 2., *&* 4. *Constitutionis* 42., in antiqua
recompilatione registratas, ac in nova præter-
missas, eam omissionis rationem adducimus,
quia, cum altera ex eis, nempe *secunda* extra-
vagans disponeret, quod Monachi professi, non-
nisi post quadriennium à die professionis, suffra- 99
gium dare possent in Capitulis particularibus
Monasteriorum; altera verò, nempe *quarta*
extravagans requireret lapsum sexennii, agni-
tumque fuisset in nostro Ordine, quod esset ni-
mis breve dictum sexennium ad hujusmodi ef-
fectum, & idcircò sancitum extitisset in Capi-
tulo generali anno 1642. *per extravagantem
tertiam ejusdem Constitutionis*, quod Monachi
non possent habere vocem in Capitulo, nisi
expleto decennio habitus, quisque videt, om-
ninò inutile, & frustraneum fuisse apponere in
nova recompilatione illas antiquas extravagan-
tes, jam abrogatas per novam anni 1642.

His succedit omissio *Constitutionis 46. cum
sua prima extravaganti antiquæ recompilationis*,
in quarum prima disponebatur, quod diuturna
mulierum mora non permitteretur in portis
Monasterii, quodque, ubi vigeret consuetudo
admittendi mulieres intra septa Monasterio-
rum, posset pro illarum admissione Prior licen-
tiam concedere, ac in subsequenti *extravagan-
ti prima* statuebatur, quod ultra unum diem, &
unam noctem non essent mulieres intrà Mona-
steriorum septa retinendæ, nisi cum consilio
Deputatorum data fuisset à P. Priore licentia.
Cum autem deinde emanaverint Constitutio-
nes Sancti Pii V. inter ejus impressas *la* 20., &
Gregorii XIII. *la* 28., laudabiliter similia expres-
sè vetantes, jureméritò nostra Religio se con- 100
formans prædictis Constitutionibus Apostolicis,
demandavit in Capitulis generalibus annorum
1573., & 1588., quod mulieres nullimodè in-
troducantur intra septa Monasterii, nisi occasio-
ne processionum, intra eadem peragendarum,
ubi fuerit consuetudo. Agnoscant EE. PP., si
opus

opus erat pro bono nostræ Religionis nomine ad posteros transmittere notitiam similium antiquorum Statutorum.

Conqueruntur etiam Adversarii, quod antiquæ recompilationis *Constitutio decima* correspondens in nova *Constit. 1. tract. 6.*, pluribus in locis desormata, ac mutilata fuerit, quod nos perspicuum reddidimus, notando mutilata verba minori charactere. Ad hoc autem, ut objecti vis elucescat, supponendum necessariò est, in illa sanciri, quod in Capitulo generali assignarentur duo Religiosi pro confirmandis electionibus Prioratuum Monasteriorum Regni Aragoniæ; quodque præfata Constitutio eo tempore prodiit, quo Regna Castellæ, & Aragoniæ diversis Regibus erant subdita, & frequentia bella, juxtà finitimorum morem inter illa exardescebant, propptereàque de facili non patebat recursus Monachorum Aragonensium ad P. Generalem, in Monasterio S. Bartholomæi Regni Castellæ Novæ residentem, ad quem, juxtà eamdem Constitutionem jus nominandi Confirmatores electionum pertinet, proptereàque ad hujusmodi incommodum evitandum prædicta sancita fuisse.

Cum autem prædicta Regna per nuptias, de anno 1474. inter Ferdinandum Aragonensium Regem cum Elisabeth Castellarum Regina
101 contractas, inter se coaluerint, atque ità causæ illæ cessassent, ob quas, ut suprà, Confirmatores in Capitulo Generali pro Regno Aragoniæ deputabantur, ideoque usque & ab eo tempore Religio quoque ab illorum electione cessasset, ut exadversò non controvertitur, jam patet exinde, quod hujusmodi dispositio, tamquam non amplius necessaria, & jamdiù per Religionem inobservata, referri non debuerit in nova recompilatione.

Omissæ fuerunt etiam in nova recompilatione *Constitutiones* 71. 72. 73. *&* 74., quæ legebantur in antiqua; Non tamen irrationabiliter prætermissæ dignoscuntur, quia, quamvis Constitutiones 71. 72. & 73. desumptæ essent ex corpore *Textus in cap. quia propter de elect.*, nihilominùs Constitutio 71. agens de electione per inspirationem S. Spiritus, in ejusdem Con-
102 stitutionis fine vocabatur à Religione periculosa Animarum, & potiùs relinquenda, quàm sequenda; 72. verò agens de electione per scrutinium, ab ipsamet Religione propè finem
103 Constitutionis repudiabatur his verbis = *Quia est adeo gravis, & periculosa, omnes electores, maximè Religiosi, illam effugere debent ob periculum, quod posset evenire in sequendo illam* = Septuagesima tertia agens de electione *per compromissum*, quamvis minùs periculosa ab
104 Ordine nuncuparetur, atque facilior, statim ac hujusmodi eligendi formam Electores amplexi fuerint, asserebatur tamen, quod raro reducebatur ad praxim, ex eo quia raro in ea omnes Electores concordarent.

Hisque de causis nunquam Constitutiones prædictæ fuerunt in usu penès nostram Religionem, quæ ad præfatas difficultates evadendas 74. Constitutionem condidit, in quâ mediam viam aggrediendo, composuit eligendi formam, Scrutinio, & compromisso commixtam, eamque faciliorem, meliorem, atque tutiorem in dicta Constitutione nuncupavit, atque servavit, sed cum aliquali variatione juxtà temporum varietatem; Cum enim prædicta Constitutio juberet, quod à Scrutatoribus electionis fieret comparatio inter Electores de zelo ad zelum, & inter Electos de merito ad meritum, ac multæ Pontificiæ interpretationes emanassent favore aliarum Ecclesiarum, & Ordinum, quibus dicta odiosa comparatio, 105
ad evitanda inconvenientia exinde orientia, prohibebatur, solùmque majorem votorum numerum attendendum esse, decernebatur, cum hujusmodi Pontificiis interpretationibus Religio conformare voluit, &, ad earum normam, prælaudatam Constitutionem 74. practicavit usque ad annum 1573., à quo tempore, publicatum fuisset Concilium Tridenti- 106
num, in cujus *sess. 25. cap. 6. de Regular.* electio Superiorum per vota secreta fieri debere, sancitum fuerat, ut singulorum eligentium nomina minimè publicarentur; opportunum putavit nostra Religio cum hujusmodi sanctione se conformare, condendo proptereà extravagantem appositam post dictas Constitutiones, in qua disposuit, quod in omnibus electionibus procederetur per schedulas secretas.

Factà verò extravagante prædictâ, abrogata perneccesse remansit quæcumque forma electionis, præscripta in prælaudatis Constitutionibus, cum nec forma electionis per inspirationem S. Spiritus, quæ juxta *Constitutionem* 71. verbaliter fiebat, nec electio per Scrutinium, quæ per manifestationem votorum à Scrutatoribus, & cum illa odiosa comparatione meritorum, & zeli fieri debebat, juxtà *Constitutionem* 72., nec forma eligendi per compromissum, descripta in *Constitutione* 73., nec alia tandem electionis forma, ex compromisso, & scrutinio constans, descripta in *Constitutione* 74., ullatenus essent ampliùs compatibiles cum modo 107
eligendi per schedulas secretas, à dicta extravaganti ordinato, ad formam *Concil. in d. cap. 6. sess. 25. de Regular.*; unde necessariò in nostra nova recompilatione præfatæ quatuor Constitutiones prætermitti debuerunt, tamquàm contrariæ *d. Extravaganti unic. ad Const.* 74.

Palpabiliter igitur ex huc usque dictis evincitur, dignè, & justè omissas fuisse in nova recompilatione sex integras *Constitutiones*, & 14. extravagantes, aliasque mutilatas, tam- 108
quam abrogatas ex Sacro Concilio Tridentino, aliisque Constitutionibus Apostolicis, & subsequentibus peculiaribus nostræ Religionis Statutis contrarias, ideoque ridicula remanet ultima Partis Adversæ animadversio, nempe quod saltèm in venerationem antiquorum PP., qui illas condiderunt, transcribendæ erant in nova recompilatione, quia nihil est, quod impediat PP. Adversarios, quin in memo-

moriam antiquarum Legum eas retineant in propriis Cellis, quàndo tamen in atiquitatis obsequium summà quoque curà retinentur in Arcbivio Generali Ordinis omnes antiquæ recompilationes, ut PP. Adversarii ingenue fateri non erubescent.

Quod si ulteriùs proferantur exempla plurium *Textuum* tam Juris Canonici, quam Civilis, qui, etsi revocati, aut innovati, adhuc in corpore Juris inserti leguntur, nos brevitatis gratiâ, omissis aliis responsiònibus, strictè dicimus, certè non repugnare, quod Leges hujusmodi *narrativè* citrà vitium inseri possint
109 in nova compilatione *ex quadam convenientia, ut nihil antiquitatis ignoretur*, in quibus terminis loquitur *Bald. in leg. unic. §. Quibus n.6. cod. de novo Codice faciendo*, sed non inde dicendum est, quod omnino, & de necessitate inseri debeant, adeoùt sinè vitio omitti non potuerint, ut prætenditur in casu nostro, nam, ut benè inquit *Textus in Canon. scias 35. caus.7. quæst.1., aliud est spontè transire, & aliud est coactè, aut necessitate venire*, & non
110 per hoc, quod aliquid fieri potest, & licet, imò etiam aliquando congruit, ideo est necesse fieri, ut ex *leg.6. cod. de his quib. ut indign.*, tradit *Cuiac in leg.1. & 6. cod. eodem oper., Posth. tom.5. pag. mihi 834. col.1. in fin. & col. 2. litt. B., Thibor. axiom. Jur. lib.12. cap. 5. axiom.2.*, nec quidquid Judicis potestati permittitur, necessitati Juris subjicitur, *leg. quidquid 40. ff. de Judic., Tamburin. de Jur. Abb. tom.3. disput.4. quæst.9. sub num.12.*

§. V.

Excluditur excessus in addendo.

Plures quidem sunt ordinationes, de novo additæ in postrema recompilatione, sed quia partim desumptæ sunt ex antiqua, partim ex actis Capitularibus, partim ex mandatis Capitulorum privatorum, partim à Ceremoniali Religionis, partim à mandatis Rotularibus Definitorii generalis, partim denique à jure
111 Canonico, & Bullis Pontificiis, omnes verò peculiariter ordinatæ sunt ad declarandas, & explicandas antiquas Constitutiones, atque extravagantes, ac ad tollendos abusus, qui in nostram Religionem irrepserant; idcircò non credimus, quoad istas ullum excessum considerari posse, cum Patres Commissarii pollerent omnibus facultatibus, ad id faciendum necessariis, ideòque in addendis dictis ordinationibus discessisse minimè videantur à Constitutionibus fundamentalibus Ordinis, sed eas potiùs melius explicasse, & ad commodiorem usum, ac faciliorem observantiam regularis disciplinæ disposuisse, juxtà antiquas consuetudines, & praxim ejusdem Religionis: adeoùt rectè affirmari possit, nihil de novo ab ipsis inductum fuisse, quod jàm priùs dispositum non esset in antiquis Statutis, aut de consuetudine observaretur, quemadmodum in similibus terminis observat *Rota decis.167. num.13. par.2. rec.*

At quià Patres Adversarii elamant, redarguendo Commissarios de excessu in addendo, commisso, tum ob ingentem numerum, & multitudinem ordinationum, in bac nova recompilatione additarum; tùm ob vim Legis obligatoriæ illis tributam, licèt, ut ipsi ajunt, eam nullo modo promererentur, quià nulla ex eis approbata fuerat in tribus subsequentibus Capitulis generalibus, juxtà id, quod præscribitur à Constitutionibus Ordinis, idcircò, antequam hujusmudi excessum non existere, probemus, fas sit pro nostrorum peculiarium Statutorum cognitione præmittere, quod in nostra Religione habemus primo loco *Regulam* S. Au- 112
gustini =; Secundo loco *Constitutiones*; & sunt illæ passim emanatæ à primo Capitulo Generali anni 1415. usque ad Capitulum anni 1434. =; Tertio *Extravagantes*, quæ creantur ex ordinationibus factis in Capitulis Generalibus, Le- 113
gisque robur adquirunt: & extravagantis, ad Constitutionum calcem apponendæ, nomen adipiscuntur, quotiescumque fuerint in tribus Generalibus Capitulis approbatæ = Quarto *Ordinationes*, sivè *acta Capitularia*, consistentia in illis determinationibus, quæ in Capitulis Generalibus, sive a tota Religione, boc est nedum à PP. Definitorii Generalis, simul junctis cum Patre Generali, verùm etiam ab omnibus Vocalibus, ad Capitulum Generale venientibus, statuuntur, &, demum habemus *Rotulos*, vel *mandata Rotularia*, efformata ex illis decretis, quæ per Definitorium Generale quolibet trienuio fiunt pro bono regimine Ordinis.

Ultrò admittimus, quod in nostra recompilatione additæ fuerunt 460. *Ordinationes* (ut ipsamet Pars adversa conclamat in suo supplici libello, ad Reverendissimum Nuncium porrecto) sed in hoc EE. PP. benignè animadvertere deprecamur, quod illæ non fuerunt per PP. Commissarios appositæ proprio marte in nova recompilatione, sed vel desumptæ fuerunt ex antiqua recompilatione, in qua descriptæ erant sub nomine *annotationum*, & deserviebant pro commento, & glossa Constitutionum, & extravagantium.

Vel ex originalibus actis capitularibus, conditis à tota Religione, collecta in Capitulis Generalibus post compilationem anni 1613. usque ad annum 1714.; quæ quidem acta capitularia servantur in Archivio Nostri Ordinis.

Vel ex mandatis Capitulorum privatorum, post annum 1613. usque ad annum 1714. celebratorum, quæ quidem Capitula privata facultatem babent condendi similia mandata, vim 114
legis habentia, usque quo fuerint ab aliquo Capitulo Generali derogata.

Vel ex Ceremoniali Religionis, quod peculiariter *Ordinarium* vocamus, quodque vim Legis babere in nostra Religione, exadverso non controverti confidimus.

Vel tandem ex pluribus Textibus Juris Canonici, & ex pluribus Bullis Pontificiis, in earum margine allegatis.

In

In cassum igitur de excessu in addendo PP. Commissarii redarguuntur, quandò ipsi nihil de proprio addiderunt, atque solummodò parendo mandatis Capituli Generalis, celebrati de anno 1714., ex prædictis fontibus hauserunt daclaratorias illas ordinationes, quæ antiquarum Legum confusiones, & contrarietates tollebant, cum potius summam exindè laudem reportare debuissent.

Panicusque detegitur Adversariorum terror emanans ex magnificata multitudine Ordinationum, nàm peculiariter habemus in nostra Religione, quod post Regulam Divi Augustini, & Constitutiones Ordinis, emanatas de anno 1415., ascendentes ad numerum 76., supervenerunt usque ad annum 1613. extravagantes numero 131., super quibus extensa fuit antiqua recompilatio, exarata de anno 1613., unde, cum ab hoc tempore usque ad annum 1711. supervenissent aliæ 34. extravagantes, nihil mirum est, quod, ad declarandas præfatas Constitutiones, & extravagantes, in totum numero 241., & ad reparandum abusibus, qui ob malitiam hominum in dies in nostra Religione irrepserant, PP. Commissarii, necessarias declarationes adjicere, opportunum esse putaverint, cum hoc idem in quacumque recompilatione nostra Religio observaverit, ut videre est in *Prologo* recompilationis anni 1613.

Urgente prætereà ad ejusdem terroris exclusionem, quod ordinationes præfatæ, sicut, & ceteræ aliæ Constitutiones, & extravagantes nostræ Religionis non obligant nec ad culpam
115 venialem, sed tantummodò ad pœnam corporalem, ut constat ex mandato primi Capituli Generalis nostræ Religionis, emanato in eodem Capitulo anni 1415, renovato in antiqua recompilatione anni 1613., & habetur in ejus *Prologo*.

Rursus exclamant PP. Adversarii contrà præ-
116 fatas ordinationes eo sub prætextu, quod illæ non debeant habere vim Legis, quia non fuerunt approbatæ in tribus Capitulis sequentibus juxta præscripta *in Constit.* 8. antiquæ recompilationis.

Sed objectum non subsistit in facto. Primò, quià nova recompilatio, prout jacet, fuit approbata primò loco à Capitulo privato anni 1714., habente ad hunc effectum amplissimam facultatem à Capitulo Generali ejusdem anni 1714., ac si esset ipsummet Capitulum Generale. Secundo loco fuit approbata d. nova recompilatio in Capitulo Generali anni 1717., & tertio loco in Capitulo anni 1726., celebrato coram Reverendissimo Nuncio, ubi, licèt Religio ardenter exoptasset, quod per suffragia Vocalium decerneretur, an dicta recompilatio esset, vel nè in perpetuum approbanda, attamen Reverendissimus Nuncius demandavit, quod suffragarentur PP. Vocales super observantià per sex menses, prout reverà majori Vocalium consensu statuta fuit observantia d. recompilationis per sex menses.

Hujusmodi tamen manentem approbationem ad sex menses supplevit majori cum emolumento nostra Religio. Nam P. Generalis cum Capitulo privato d. anni 1726., nec non 28. Monasteria recompilationem manifestè approbarunt mediante mandato Procuræ ad effectum obtinendi ab EE. PP. confirmationem d. novæ recompilationis, unde, posthabitis contrariis decem Monasteriis, illam expressè impugnantibus, liquidò constat, majorem, & saniorem partem nostræ Religionis novam recompilationem approbasse, & adhùc approbare.

Sed dato per malam hypothesim, quod deficiat tertia approbatio Capituli generalis, adhuc tamen nostra recompilatio interim observanda erit, donec contrarium in alio Capitulo generali fuerit demandatum, ex rotundis 117
verbis ejusdem *Constitutionis octavæ*, exadversò laudatæ, idiomate latino conscriptæ, juxtà primam Constitutionum editionem, factam de anno 1437.; Ibi enim ita disponitur = *Tunc cesseantur omninò firmæ quæcumque ordinationes, vel Statuta in Capitulo generali facta, cum à duobus proximè sequentibus Capitulis expressè revocata non fuerint, interim tamen plenariè observentur* =, quæ quidem Constitutio renovata fuit tàm in recompilationibus anni 1613., quàm in *nova* anni 1716., & ex utroquè textu concludenter evincitur permanentia cum vi Legis ordinationis unius Capituli generalis, quousque per aliud Capitulum generale revocetur, sic enim cantat *Textus d. Constitutionis octavæ*, prout jacet in utraque recompilatione = *Tunc habeantur pro firmis, absque revocatione, ea, quæ mandabuntur, stabilientur, & fient in Capitulo generali, postquam confirmata fuerint, aut non revocata per alia duo Capitula generalia sequentia &c* =; si enim ordinatio facta ab uno Capitulo generali, statim ac confirmata non fuisset in subsequenti Capitulo generali, vim Legis amitteret, ut asserunt Adversarii, ad quid in textu Constitutionis illa speciosa verba = *Postquam confirmata fuerint, aut non revocata per alia duo Capitula generalia sequentia* =, & in latino idiomate conscripta illa expressissimà clausulà = *Interim tamen plenariè observentur?* =

Hoc quidem apertum ratiocinium est adeò innegabile, quod, si contrarium ad sensum Partis dicendum esset, sequeretur illud palpabile absurdum, nempè quod extravagantes fieri tantùm possent ex illis ordinationibus, quæ semel conditæ, posteà in duobus Capitulis, immediatè sequentibus, fuissent confirmatæ, non autem ex illis ordinationibus, quæ, semel factæ, elapsoque triennio, confirmatæ non fuerint in immediatè sequenti Capitulo, sed interpolatè, scilicet primò post sexennium, deindeque post triennium, vel sexennium, ac etiam novennium, utpotè quia expiratà vi legislativà d. ordinationis, ob non subsecutam confirmationem in primo subsequenti Capitulo, approbatio, & confirmatio subsequentis Capituli interpollati, dici deberent resuscitatio, ac ordinationis, jam olim demortuæ, quasi nova creatio, quæ per consequens indigeret novà adprobatione

ne aliorum duorum Capitulorum immediate sequentium, & sic ad sensum Partis procederemus cum palpabili confusione in infinitum. Id autem omninò repuguat praxi, & stylo nostri Ordinis, qui, juxtà testimonium Authoris antiquæ recompilationis anni 1613. *in Annotat. prima ad d. Constit.8.*, semper referre consuevit in numero extravagantium ordinationes illas, quæ approbatæ fuissent à tribus Capitulis generalibus etiam interpolatis.

Laudantibus igitur nobis exadverso quoque laudatam doctrinam *Fr. Hieronymi Garcia in sua Politic. Regalur. tom. 2. tract.7. difficult. 1. dub.3. num.8.*, ajentis = *Aduierta à los curiosos de nuestro Orden, que las Constitutiones originales latinas son las, que han de tener mas peso y authoridad. porque en ellas se ve la Dottrina, como en fuente, que en las de Romance segun parecer de hombres doctos de nuestra Orden algo ai, que desdice de su fuente por no decir viciado*, cum in *Constit.8.* latinè conscripta legantur circà ordinationum perpetuitatem illa verba *Interim plenariè observentur*, justissimam exindè deducimus consequentiam, quod nempè nul-
118 latenùs subsistat contrarium assertum, quod pro nostræ recompilationis firmitate requiratur approbatio trium Capitulorum generalium, cum ad hujusmodi effectum sufficiat non revocatio, ut dicitur in dicta Constitutione, ibi = *expressè revocata non fuerit* =; & per consequens cum omnes prædictæ ordinationes à Patribus Commissariis adjunctæ in nova recompilatione, vigore facultatis addendi, ipsis datæ a Capitulo generali, celebrato mense Aprilis anni 1714., approbatæ jam semel fuerint nomine, & cum facultatibus Capituli generalis à Capitulo privato, congregato de mense Julii anni prædicti; deindeque plenissimè confirmatæ extiterint in Capitulo generali, celebrato de anno 1717., & pro tertia tandem vice, si non perpetuò propter oppositionem Reverendissimi Nuncii, saltem pro tempore, ab eodem D.Nuncio, limitato, comprobatæ remanserint à generali Capitulo, convocato de anno 1726., & tandem nostræ novæ recompilationis approbationem sanior, & major pars Religionis ab EE. VV. hodiè petat, omninò ipsius observantiam cum revocatione contrarii decreti Reverendissimi Nuncii decernendam esse, confidimus, donec à Capitulo generali non revocetur expressè, ut sancitur *in dicta Constitutione octava*, exadversò laudata.

Quidquam non relevante Adversariorum objectione, quod *Extravagans*, ad calcem prælaudatæ *Constitutionis octavæ* registrata, contrarium disposuerit, decernendo, quod ordinatum
119 in aliquo Capitulo generali, & confirmatum per alia duo sequentia, remaneat pro *Extravaganti*, & vim Legis habeat, cum hoc tamen, quod proponatur Ordini in tribus Capitulis generalibus, & major pars conveniat in hoc, quod remaneat pro *Extravaganti*; exindè inferendo, quod, cum ordinationes hujusmodi trinâ approbatione sint destitutæ, nullatenus sint observandæ, tamquam Leges Religionis.

Objectum enim involvit æquivocum manifestum, nam supponit, quod idem sit extravagans, ac ordinatio, quando in nostra Religione isti termini sunt omninò differentes, nam ordinationes, ut habetur ex verbis *d. Constitutionis* 120
tionis octavæ, sunt illæ Leges, quæ ordinantur, stabiliuntur, & fiunt in Capitulo generali, ac observari debent, *donec confirmentur, aut non revocentur* per duo sequentia generalia, & in ejusdem Constitutionis titulo nuncupantur *ordinationes cum vi Legis*; *Extravagantes* autem sunt Leges nostri Ordinis, additæ antiquis Constitutionibus, quibus dumtaxat in primœva sui fundatione utebatur Religio pro declaratione, & supplemento dictarum antiquarum Constitutionum, atque fiunt ex illis ordinationibus, quæ in tribus generalibus Capitulis confirmatæ fuerint, uti decernit ipsamet *Extravagans* controversa ad *Constitutionem octavam*.

Quocirca cum *Extravagans*, quæ, ex præmissis, est Lex perfecta, nihil detrahat observantiæ debitæ *ordinationi*, quæ, licèt sit Lex in via, perfectionem expectans à confirmatione aliorum duorum Capitulorum, adhuc tamen est Lex obligans vigore *Constitutionis octavæ*, à qua suam desumit originem, jam patet ad sensum, quod extravagans prædicta nullo modo contraria censeri potest eidem *Constitutioni* 8.

Magisque prædicta confirmantur animadvertendo, quod ideò dicta extravagans fuit condita, atque in ea sancitum extitit, quod ad effectum, ut aliqua *Ordinatio* evadat *Extravagans* proponi debeat nostræ Religioni in tribus Capitulis generalibus, totidemque per majorem suffragiorum partem approbari, atque confirmari, quia erronea invaluerat in nostra Religione opinio, quod omnia mandata contenta in Rotulis Capituli generalis (quæ fiunt, & expediuntur à solis Definitoribus Capituli gene- 121
ralis, & per triennium tantùm obligant, ut exadversò sustinetur, & habetur in antiquæ recompilationis *annot.2. ad d. Extravag. in Collat. pag.37.*) robur, & naturam *Extravagantis* adquirerent, quotiescumque confirmarentur, aut non revocarentur in Rotulis duorum sequentium Capitulorum generalium, etiamsi toti Capitulo proposita non fuissent; Exindè namque necessariò infertur, quod præfatæ *Extravagantis* conditores numquam intellexerunt revocare disposita in dicta *Constitutione*
octava, sed potiùs illa confirmare, falsamque 122
opinionem prædictam eliminare, decernendo, quod haberentur pro extravagantibus illæ tantùm ordinationes, quæ prodiissent à Capitulo generali, ab eoque per tres vices approbari meruissent, sicut hoc idem decernit sæpè laudata *Constitutio octava*.

Et sanè aliud est, quod simplices ordinationes, trinâ approbatione carentes, non fiunt Leges firmæ, perfectæ, & perpetuò valituræ, quales sunt illæ, quæ simili trinâ approbatione confirmatæ, transiverunt jam in extravagantes: aliud est, quod absolutè non sint Leges, proindèque ob-

observari non debeant: Si primum dicit Pars
adversa, nos quoque assentimur, quod similes
ordinationes destitutæ trinâ approbatione, non
sint Leges firmæ, perfectæ, & perpetuò per-
manentes; sed non idcircò ullus inde resultat
123 excessus à Patribus deputatis commissus in no-
va perficienda recompilatione, quia ipsi mini-
mè apposuerunt tales ordinationes, tanquam
Leges firmas, perfectas, atque perpetuas, sed
benè quidèm, *ut habeant vim Legis, & obser-
vari debeant, donec per Capitulum generale re-
vocentur*; Id autem nil aliud importat, quam,
illas habituras fore vim Legis, temporaliter
dumtaxat duraturæ usque ad revocationem,
non autem perpetuæ, optimè *Rota decis. 218.
part. 7. recent. sub num. 5.*, ibi = *Ultra quod di-
cta ordinatio decima præcedentis Capituli gene-
ralis nihil facit, stante clausulâ: donec per alia
Capitula generalia immutatæ, reformatæ, seù
abrogatæ non fuerint, &c., quæ operatur, ut
Constitutio temporalis usque in nova Comitia ge-
neralia non transeat in perpetuam vigore dictæ
confirmationis, sed adhuc duret temporali-
ter, &c.* =

Si verò Pars adversa contendit, ordinationes
hujusmodi, merè, & simpliciter temporaneas,
nullam vim Legis habere, & ideò in hac parte
excessum fuisse à Patribus Commissariis, appo-
nendo illas cum vi Legis obligatoriæ, & earum
observantiam præcipiendo; assumptum penitus
corruit, animadvertendo, quod, etsi illæ non
124 sint Leges perpetuæ, non idcircò indè sequitur,
quod non sint Leges, & observari non debeant,
quia quod Lex sit perpetua, non est de essentia
Legis, quippè eadem potest esse temporalis, &
nihilominùs est Lex, & generaliter ligat, &
obligat, donec durat, cum hoc pendeat à vo-
luntate ejus Conditoris, benè *Gomez ad regul.
Cancell. in proem. quæst. 2. num. 12.*, aliique
apud *Gonzal. ad regul. 8. pariter in proem. §. 5.
num. 26., & seqq.*

Quod autem hujusmodi ordinationes suâpte
naturâ habeant vim Legis ad tempus, & obser-
vandæ sint quousque durant, optimè probant
125 *Gomez d. quæst. 2. num. 9.*, ubi quod quælibet
ordinationes editæ ab habente jurisdictionem,
& potestatem ferendi Leges, habent vim Le-
gis, & supponit *d. decisio 208. sub initium
§. Non obstat, & num. 6., & per tot. part. 7.*;
Certius in casu nostro, in quo apertè id dispo-
nitur à *Textu* ipso *Constitutionis octavæ*, lo-
quentis de ordinationibus cum vi Legis per illa
verba = *tunc habeantur pro firmis absque ullâ re-
vocatione* =, quæ profectò confirmant differen-
tiam inter Legem temporalem, & perpetuam,
ac supponunt, ordinationes vim Legis habere,
etiam prinsquam firmæ, & irrevocabiles fiant,
juxtà modum præscriptum in dicta Constitu-
tione. Id verò clariùs elucescet, si ex antiquo
latino, & originali *Textu* ejusdem *Constitutio-
nis octavæ* suppleantur illa verba, = *interim ta-
men plenariè observentur* = quemadmodum ex
Antonio Augustino in cap. 1. de probation., sic
loquente = *Si quis legerit ipsam Epistolam in*

*Regestro, rectiùs hæc interpretabitur, quàm alii
fecerunt* =, & ex aliis etiam recte admonet *Gon-
zalez in Jus Canon. tom. 1. in apparatu de origi-
ne, & progressu Juris Canonici pag. mihi 25.*,
ibi = *perquirendi igitur sunt, & consulendi anti-* 126
*quarum Collectionum libri, cum ex eis non rarò
mens vera, & genuina Decisionis proveniat* =, &
rursus ibi = *Cum ex fontibus ipsarum Decisio-
num rectiùs veritatis cognitio hauriatur, assequa-
turque* =, & prosequitur etiam *num. 54.*

Quapropter, cum dicta antiqua Constitutio
in hac parte non appareat expressè revocata, & 127
sit rationabilis, nihil proponitur, cur eadem
hac ex parte manere non debeat, ut, per *Text.
in §. fin. Authen. de rebus Eccles. non alienand.*,
tradit *Hostiens. apud Fagnan. in cap. ad Aposto-
licam num. 3. de Regularib.*: Lex enim antiqua 128
in eo, in quo expressè non corrigitur per no-
vam, immota semper manet, ex juribus allega-
tis per *Rotam in Vicen. Juris admittendi Pre-
sbyteros 14. Junii 1728. §. Ejusdemque coram
bon. mem. Cornelio.* Absque eo quod officiat
omissio, sive resecatio dictorum verborum,
quæ in successivis editionibus *d. Constitutionis
octavæ* repetita non leguntur: nam, ut appositè
post alios notat *Barbosa in Jus Canon. tom. 1.
ad proem Decretal. num. 37.*, pars concisa, seù 129
resecata, quando non est resecata, tanquam
*Juri contraria, habet vim Legis, & potest alle-
gari, tanquam Lex, quia pertinet ad plenum in-
tellectum ejusdem Legis* = & regulare est, quod
Lex nova, secundum Legem antiquam distin- 130
gui, & intelligi debet, quoties non est cum illa
incompatibilis, per *Text. in leg. non est novum
29., & duab. seqq. ff. de legib.*, *Fagnan. in cap.
Ad Apostolicam d. num. 5. de Regularib.*, *Tha-
bor. axiom. Jur. lib. 10. cap. 13. axiom. 17.*, be-
nè *bon. mem. R.P.D. Severolus in sæpiùs citata
sua dissertatione §. 20. vers. undè vel dicendum*,
*Rot. decis. 404. num. 18., & seqq. part. 16., de-
cis. 199. num. 24., & seqq. part. 18. tom. 2.*, cum
aliis *in d. Vicen. Juris admittendi Presbyteros
§. Neque dicta coram bon. mem. Cornelio.* Per- 131
spicuum itàque ex his fit, quod ordinationes,
licèt temporales, nihilominus tamen, tàm ex
ex natura sua, quàm *ex Textu Constitutionis
octavæ* habent vim Legis, & observari debent.

Idque denique suadetur efficacissimâ illâ ra-
tione, videlicet, quod, si istiusmodi ordinatio-
nes, juxtà hactenus firmata, Leges sunt, cur ob-
servari non debent? Alioquin enim quales Le-
ges essent, si non observarentur? ut inquit *Tha-
bor. axiom. Jur. lib. 10. cap. 13. axiom. 1.* = *semper
necessaria ad dignoscendum, an Lex fuerit benè
facta, & produxerit effectum, ad quem emana-
vit* =, ut dixit *Rota in Castellana Validitatis
Concordiæ, seù Bipartitæ 12. Januarii 1705.
§. fin. cor. bon. mem. Molines.*; Quamobrem fru-
strà contenditur, in nostro casu, per d. extrava-
gantem sublatam fuisse temporalem observan-
tiam ordinationibus, quia, ut mox diximus,
cum ordinatio sit Lex, in via perfectionem ex-
pectans à confirmatione duorum sequentium
Capitulorum generalium, à quorum authori-
tate

tate debet assumere naturam *extravagantis*,
nulli modè prædicta *extravagans* tollere ipsi
poterat illam observantiam, quam habere de-
buisset usque ad revocationem, quam sancive-
132 rat *Constitutio octava*; Observantiâ namque
sublatâ, necessariò impedita remansisset expe-
rientia rectitudinis, & probitatis ejusdem ordi-
nationis, & per consequens præclusus ei fuisset,
aditus ad adquirendum robur *extravagantis*,
quæ componitur, ut supra demonstravimus,
ex illis ordinationibus, quas bonas, & utiles
esse, experta fuit Religio.

Atque hanc esse genuinam prædictæ extra-
vagantis intelligentiam, mirificè comprobatur
ab observantia, & praxi nostræ Religionis, quæ
133 semper coluit, tamquam Leges, *ordinationes*
Capituli generalis, licèt non confirmatas per
tria subsequentia Capitula, & in hac parte pri-
mum exemplum nobis præstat plena confessio
ipsorum Patrum adversariorum, ipsi enim in
libello porrecto coram Reverendissimo Nuncio
contra nostram recompilationem *f*.115.,acriter
conqueruntur, quod Patres Commissarii omi-
serint in nova recompilatione aliqua acta capi-
tularia, concernentia speciales prærogativas,
concessas in antiquis Capitulis generalibus in
favorem Monasteriorum *del Escurial*, & *de
Guadelupe*, quamvis nulla illarum confirmata
fuerit in subsequentibus Capitulis generalibus,
quin potiùs aliquæ earum expresè fuerint re-
vocatæ.

Et,quod magis est, cum Patres Commissarii
in nostra nova recompilatione apposuerunt cum
vi Legis obligativæ *ordinationem secundam ad
134 Constitutionem 5. tract. 7.*, desumptam ex duo-
bus tantùm mandatis Rotularibus Definitorii
Generalis annorum *1690.*, & *1693.* (quorum
obligatio indubitanter cessat, expleto triennio,
ut exadversò exageratur) per quam ordinatio-
nem conceditur Patribus Prioribus, tàm actua-
libus, quàm absolutis Monasteriorum de Gua-
dalupe, & del Escurial titulus Reverendissimi
135 cum inversione ordinis hierarcici inter Supe-
riorem, & Inferiores, ad quem distinguendum
Religio concessit Patribus generalibus similem
titulum Reverendissimi in Capitulo generali
anni 1564., nihilominùs in appositione d.ordi-
nationis in nova recompilatione *cum vi Legis*,
non arguuntur ab Adversariis Patres Commis-
sarii, quod excesserint facultates, quia in hac
parte bono particulari ipsorum Monasteriorum
studuerunt. Si ergò ipsis Adversariis non solùm
placet, quod in nova recompilatione apposita
fuerint cum vi Legis mandata Definitorii Ge-
neralis, quæ cum triennio expirant, sed etiam
conqueruntur, quod in eadem nova recompi-
latione apposita non fuerint acta capitularia,
quæ utilitatem privatam propriorum Monaste-
riorum concernunt, quare Patres Commissarii
absque notà excessus facultatis apponere non
valuerunt in nova recompilatione omnes alias
ordinationes in illa contentas, bonum totius
Religionis concernentes?

Secundum exemplum habemus *in annotat.
unica ad Constit. 5. antiquæ recompilationis*, in
qua apertis verbis legitur, quod concessio se-
dis, & loci in Capitulis generalibus facta fa-
vore Priorum Monasteriorum S. Isidori de
Campo, & S. Annæ de Tendilla, juxta antia-
nitatem eorum fundationis, suam firmitatem
metitur à solo actu capitulari, facto in Capitulo
generali, celebrato de anno *1597.*, nunquam
repropositο, neque confirmato in ullo ex se-
quentibus Capitulis usque ad moderna tempo-
ra, & tamen prædicta concessio, quasi foret una
ex extravagantibus nostræ Religionis, incon-
cussè servata fuit usque ad annum *1613.*, ut ibi
Author antiquæ recompilationis attestatur ex
sola ratione, quod originem duxit ab actu ca-
pitulari totius Ordinis, eademque de causa ho-
diè quoque servatur, ut exadverso non contro-
vertitur.

Tertium exemplum habemus in eo, quod,
juxta unicum dumtaxat decretum Capituli ge-
neralis anni *1594.*, omnes processus fabricati
contra Monachos, quamvis contra illos delicta 136
plenariè non probentur, transmittuntur ad Ar-
chivium Ordinis, ibique sunt asservandi usque
ad mortem criminosorum, idque fuit perpe-
tuò, ac inconcussè servatum, ut habetur in
antiqua recompilatione *annot. 5. ad Constit. 30.*,
quæ correspondet in nova *ordinationi 5. n. 20.
ad Constit. 13. tractat. 1.*

Quartum exemplum, aliis brevitatis gratiâ
omissis, deducitur, ex quo, uti testatur anti-
qua recompilatio, servatur in Religione ordi-
natio facta à Capitulo generali anno *1600.*, 137
juxta cujus tenorem Monachus de aliquo deli-
cto inquisitus, propterea que in carcere, vel
cella detentus, tempore electionis Prioris sui
Monasterii, suffragium in ea ferre non possit,
&, etiamsi nunquam ampliùs à Capitulis gene-
ralibus sequentibus approbata fuerit, eandem
observantiam usque ad præsens obtinuit, ut le-
gitur in antiqua recompilatione *annot. 5. ad
Constit. 42.*, & in nova *ordinatione 3. num. 15.
ad Constit. 8. tract. 8.*, *ac in utriusque collation.
pag. 167.*

Hæc autem praxis nostræ Religionis ulteriùs
confovetur ex decreto Capituli generalis an-
ni 1702.; Nam inibi proposito eodem Dubio,
exadverso nunc promoto circa durationem,
atque stabilitatem ordinationum Capituli ge- 138
neralis, tota Congregatio fuit in sensu, quod
acta capitularia, sivè *ordinationes observari de-
berent, donec, & quousque à generali Capitulo
non revocarentur*, quod quidem decretum Capi-
tuli generalis anni 1702.,expresè confirmatum
fuit in Capitulo privato anni 1714.,habente fa-
cultatem ad hujusmodi effectum à Capitulo ge-
nerali ejusdem anni, quod, & pariter confir-
matum fuit à Capitulo generali anni 1717.; Ex
prædictis itaque ad evidentiam evincitur, quod
praxis antiqua, & moderna nostræ Religionis
illa semper fuerit, quod *ordinationes*, sive acta
capitularia, quamvis non fuerint expresè ap-
probata in subsequenti Capitulo generali sem-
per vim Legis habeant,donec revocata non fue-

rint expresſè per aliquod ſubſequens Capitulum generale, juxta tenorem dictæ *Conſtitutionis* 8.; Quanti autem valeat ejuſmodi obſervantia, & couſtans, ac perpetua praxis noſtræ Religionis ad effectum, de quo agitur, declarandi ſcilicet, & interpretandi Conſtitutiones, & Statuta ejuſdemOrdinis, plenè demonſtrat *bon.mem.R.P.D. Severalus dicta ſua diſſertatione* §. 6. *in fine*, & §.7., & *ſeqq.*, & §.25., *Rot. in recent. dec.*152. *num.* 12. *par.* 16., & *in Cabilonen.* , *ſeu Ordinis Ciſtercienſis juriſdictionis* 19.*Junii* 1702.§.*Confirmaturque cor. bon. mem. Molines*.

Agnoſcit Pars adverſa replicationis efficaciam, eamque propterea declinare ſatagit, aſſerendo, quod prælaudata declaratio revocata ſubſequenter extiterit à Capitulo generali, celebrato de anno 1705., cum in eo fuerit declaratum, quod, exceptis illis ordinationibus, tunc factis, cetera omnia acta præcedentium Capitulorum remanere deberent loco annotationum, atque directionum, per illa verba = *Tutta la Congregazione convenne, e determinò &c., che tutte queſte ordinazioni abbiano forza di atti, dichiorando, che tutte le altre ordinazioni, che i Capitoli paſſati hanno fatte, reſtino per annotazione, o direzioni, e che queſte s'imprimana colle Coſtituzioni* =.

Irritò tamen conatu laborat, quia tantum
abeſt, quod nos confundat hoc objectum, ut
potiùs exindè validiſſimè confirmetur aſſum-
ptum noſtrum, quod nempè ordinationes, &
acta Capituli generalis pro Legibus, uſque ad
eorum revocationem inviolabiliter obſervan-
dis, in noſtra Religione reperiantur, quodque
139 Rotuli tantùm capitulares, facti à P. Generali,
atque Definitoribus Capituli generalis, elapſo
triennio eorum officii, expirent, non autem
acta, & ordinationes Capituli, nam, quatenus
etiam iſta per triennium expirarent, ſuperflua
fuiſſet illa ſanctio, quod, exceptis ordinationi-
bus, tunc factis, cetera præcedentium Capitu-
lorum acta, directionum, & annotationum ro-
bur haberent. Elapſo namque triennio à die,
qua facta fuerant, de ſui natura, ad ſenſum Par-
tis, obligare deſiiſſent, nullàque propterea re-
vocatione indiguiſſent.

Et, quod magis eſt, mirificè excludit primam revocationem prædictæ *declarationis, factæ in Capitulo generali anno* 1702.; Si enim in dicto Capitulo anni 1705. ſolis illis decem, & novem ordinationibus, tunc factis, actorum vis tributa fuit cum mandato, quod unà cum Conſtitutionibus imprimerentur, manifeſtum exindè tit, Religionis intentionem nunquam fuiſſe revocare *prædictam declarotionem* antecedentis Capituli anni 1702.; Quia, cum in eo tantùm ipſa declaraverit quam durationem, permanentiam, atque firmitatem habere debeant acta capitularia, à dicta declaratione abrogatâ, incertam reliquiſſet Religio durationem illarum ordinationum, quas tunc cum actorum robore reſervavit, præcipuè, quia reſpectu illarum objici nequit duratio triennalis, cum pro tali duratione prorſus inutile fuiſſet illud mandatum, quod unà cum Conſtitutionibus imprimerentur.

Idque manifeſtiùs apparet ex ipſa natura
d. actus facti in Capitulo anni 1702.; Cum
enim ipſe nullam novam ordinationem præſe-
ferat, ſitque ſolummodò præfatæ Conſtitutio- 140
nis octavæ explicatio, nihil novi faciens, aut
conſtituens, ſed detegens tantùm, juxta exem-
plum excutientis grana à ſpicis, quo *Cajus* I.C.
utitur in *l. adeò* §. *Cum quis in fine*, ibi = *Cum
enim grana, quæ ſpicis continentur, perfectam ha-
beant ſuam ſpeciem, qui excutit ſpicas non no-
vam ſpeciem facit, ſed eam, quæ eſt, detegit, ff.
de acquir. rerum Domin.*; Proindeque cenſea-
tur ineſſe prædictæ Conſtitutioni octavæ, cum
eaque unam, & eandem diſpoſitionem efficere,
juxta *Text. in Clement. exivit* §. *Harum decla-
rationum de verb. ſignific.*, §.*Heredes palam* §.*Si
quid ff. de teſtamen.*, *Barboſ. axiom. jur.* 66.
num. 1., & *plenè Cyriac. controv.* 110. *num.*13.,
& *ſeq.*; Pemeceſſè concludendum eſt, quod,
ſicuti Capitulum anni 1705. non revocavit
Conſtitutionem octavam, ita nec etiam revo-
caverit illius declarationem, factam de anno
1702. tanquam inſitam, & adhærentem eidem
Conſtitutioni octavæ.

Et poſito etiam per malam hypotheſim, quod mox dicta declaratio non in linea explicationis eſſet accipienda, ſed in linea novæ ordinationis, non proindè tamen ſequeretur, quod à dicto Capitulo anni 1705. revocata extiterit, ut exadverſo prætenditur; in eo namque fuit expreſsè ſancitum, quod cetera acl: præcedentium Capitulorum remanerent pro annotatione, & directione, & hujuſmodi ſanctio ad comprobandum aſſumptum noſtrum firmitatis, & permanentiæ ordinationum cum vi Legum uſque ad revocationem exuberaret, quia, ſtatim ac ad calcem Conſtitutionis octavæ pro annotatione, ac directione regiſtretur declaratio prædicta, illicò patet, ſuam gloſſam, & interpretationem à tota Religione eamdem Conſtitutionem recepiſſe, omniſque dubietas arcetur, & per conſequens à fundamentis eradicatur contrarium objectum.

Ad evidentiam uſque probavimus, à Capitulo generali anni 1705. derogatum minimè fuiſſe declarationi factæ de anno 1702., ſed quia bona Cauſa optimis undique abundat argumentis, ad confutationem Adverſariorum, falſam figuramus hypotheſim, quod eadem declaratio prædicta fuerit abrogata, eàque etiam ſuppoſitâ, conſtanter aſſerimus, ordinationes omnes, in nova recompilatione additas, tamquam Leges obligantes, ab omnibus Religioſis eſſe obſervandas; Iterum enim in dicta nova recompilatione declaravit Religio, quod ordinationes, in illa regiſtratæ, firmiter, ac, uti Leges, obſervarentur, donec à Capitulo generali non revocarentur; Undè, ſi ſimilis declaratio fieri potuit anno 1705., pemeceſsè fateri debent Adverſarii, quod potuerit etiam denuo fieri in recompilatione prædicta, approbata per Capitulum privatum cum facultatibus Capituli generalis

ralis

ralis de anno 1714., atque confirmata in qua-
cumque sui parte per idem Capitulum genera-
le de anno 1717., quia, sicuti Religio potuit se-
141 mel condere, & abrogare Legem factam, ita
etiam potuit illam denuò condere, dataque
potestate condendi, & Lege in vim potestatis
condità, nullum remanet dubium, quin eadem
lex observanda sit, ex supra firmatis.

Hisque demum accedunt exempla aliorum
Regularium Ordinum, in quibus similes Con-
stitutiones vigent; Ordinis nempè *Eremitarum
Sancti Augustini*, à cujus antiquo Monasterio
142 Sanctæ Mariæ de Sepulchro Civitatis Florentiæ
primi illi Monachi, qui ad Sanctam Sedem ve-
nerunt pro confirmatione nostræ Religionis, de
mandato san. mem. Gregorii XI., Regularis di-
sciplinæ normam, nec non 12. Constitutiones
desumpserunt, ut exadverso impugnari nequit;
siquidem inter illius Constitutiones, impressas
de anno 1686. *par. 3. cap. 4. §. 1. num. 3.*, legi-
tur = *Prædicti autem P. Præsident, Reverendiss.
P. Generalis, tàm actualis, quàm absolutus,
R. Procurator Ordinis PP. Assistentes, tòm
actuales, quàm absoluti, & ceteri PP. Deffini-
tores de corpore Constitutionum demere, & mu-
tare, atque Constitutiones novas facere poterunt
si eorum providè deliberationi videbitur expedi-
143 re, ità tamen, ut Constitutio facta in uno Capi-
tulo generali, servetur tanquam Statutum, sed
robur non habeat, itaut Constitutio dici possit,
nisi in sequenti generali Capitulo fuerit confir-
mata* =.

Constitutiones autem inclyti Ordinis Prædi-
catorum, impressæ de anno 16an. sub fol. 8. §. 7.,
ita se habent = *Prohibemus, ne de cetero aliquid
statuatur &c., nisi per duo Capitula generalia
continua fuerit approbatum, & tunc in tertio
Capitulo immediatè sequenti poterit confirmari,
vel deleri*; super quæ glossa addit, ibi = *Decla-
ramus quod &c., oportet, quod ad Constitutio-
nem faciendam concurrant tria Capitula genera-
lia, & continuata, vel unum Capitulum genera-
lissimum, quod tribus Capitulis generalibus æqui-
pollet, sed poterunt Capitula generalia, &
Magister Ordinis facere ordinationes, & admo-
nitiones, quæ perpetuò durabunt, quousque fue-
rint revocatæ* =.

In illis verò PP. Mercenariorum, impressis
anno 1691., sub *distinctione 7. cap. 8. num. 3.*,
ita statutum reperitur = *quidquid* per hanc *Con-
gregationem, seu Definitorium fuerit generaliter
constitutum, ordinatum, & declaratum* univer-
so in toto nostro *Ordine observetur, & insuper
vim Constitutionis habeat, si per tria continua Ca-
pitula generalia statuatur* =.

Similis dispositio habetur in Constitutioni-
bus Ordinis Cisterciensium Congregationis
Hispanicæ, quæ impressæ fuerunt in Civitate
Salmanticæ de anno 1683., in quarum *cap. 5.
num. 25. pag. 17.*, disponitur = *Secretarius Ca-
pituli coram omnibus Religiosis legat, & publi-
cet quidquid ordinatum, definitum, & manda-
tum est in Definitorio, & ab illa hora observetur.
definitum, & mandatum in dicto Capitulo,
quamquam vim definitionis non habebit, usque-
dum per aliud Capitulum approbatum, & con-
firmatum sit, quod ita intelligendum est, quod,
quantum ad executionem observabitur, ac si es-
sent definitiones, attamen non obligant Definito-
rium, ut contra illas agere non possit, si necessa-
rium fuerit* =. Ab his autem, aliisque similibus
Constitutionibus aliorum Ordinum, ambigi
nequit, quin rectè interpretari, & declarari
valeant Constitutiones nostræ Religionis; præ- 144
cipuè autem ex illis S. Mariæ de Sepulchro Ci-
vitatis Florentiæ, à quibus primæ nostri Ordi-
nis Constitutiones desumptæ fuerunt; nam in 145
quolibet dubio ad fontem semper recurrendum
esse, admonet, *Morla in emptor. jur. tit. 1.
quæst. 11. num. 18., Gonzal. relatus num. 154.*;
Imo verò idem dicendum prorsus videtur de
nostris Constitutionibus, quod de illis Floren-
tiæ, ex quibus mutuatæ ferè sunt, per ea, quæ
tradit *bon. mem. R. P. D. Severolus d. sua dis-
sert. §. 12., & duob. seqq.*

Undè à primò ad ultimum si ita ratio, & li-
tera Constitutionis 8. atque praxis nostræ Reli-
gionis expostulant, & hoc idem aliarum tot il-
lustrium Regularium familiarum Constitutio- 146
nes præscribunt, quod nempè *ordinationes, &
acta capitularia*, semper vim Legis habeant,
donec contrarium in subsequenti Capitulo ge-
nerali demandetur, undique injustæ dignoscun-
tur querelæ PP. Adversariorum, & per conse-
quens omninò veniunt rejiciendæ. Aut enim
dictæ querelæ fundantur in eo, quod dd. ordi-
nationibus tributa fuerit vis Legis firmæ, ac per-
petuò valituræ, & hoc ex supradictis non subsi-
stit in facto: aut fundantur in eo, quod apposi-
tæ fuerint tanquam Leges obligatoriæ ad tem-
pus, & usquequo non revocentur; & de hoc
malè, & injustè conqueruntur, dum ipsi ne-
gare non possunt, quin ejusmodi ordinationes
hanc vim habeant, ex natura nimirum sua, ex
textu Constitutionis octavæ, ex ratione, ex
usu, & praxi nostræ Religionis, & ex similibus
demum aliorum Ordinum Constitutionibus,
quemadmodum hactenus demonstratum est.

§. VI.

Examinantur plures ordinationes, quæ exadverso dicuntur contrariæ antiquis Statutis, læsivæ jurisdictionis Priorum, & repugnantes libertati electionis Priorum, & Vicariorum, bonæque Novitiorum institutioni, atque educationi, & quoad illas omnes excluditur excessus.

Inter alia, quæ in libello, exhibito Reverendissimo Nuncio, frequenter objiciuntur adversus novam recompilationem, illud fortasse præcipuum est, & sæpiùs auditur, tertius videlicet excessus; clamat enim Pars adversa, quod in ordinationibus, additis in nova recompilatione, PP. Commissarii plures apposuerunt, directò contrarias antiquis Statutis, & limitantes illam jurisdictionem Priorum, Capitulorum, & PP. deputatorum, quam Constitutiones antiquæ illis tribuunt, aliasque addiderunt ordinationes con-

contrarias libertati electionis Priorum, & Vicariorum, & bonæ Novitiorum educationi.

Pro fatali hujus objecti eliminatione sufficit animadverti, quod Capitulum generale, à cujus fonte emanant omnes jurisdictiones ipsiusmet Generalis, Priorum, Capitulorum, Con-
147 ventuum, aliorumque Officialium subalternorum, facultatem habet restringendi, vel ampliandi eorumdem jurisdictionem, prout eidem Capitulo generali visum fuerit, quod nullam in jure dubitationem admittit, ex juribus aliàs præallegatis, & præcisè de nostra Religione admittunt ipsimet PP. Adversarii in eorum supplici Libello, ad Reverendissimum Nuncium porrecto.

Undè, quatenùs per impossibile adsit aliqua ordinatio in nova recompilatione, quæ limitet Jurisdictionem PP. Priorum, Capitulorum, aliorumque Officialium subalternorum, quotiescumque illa fuit pluries approbata à Capitulo Generali in forma specifica, in claram consequentiam descendit, quod prætensa læsio Jurisdictionis dictorum PP. Priorum non venit tribuenda PP. Commissariis, qui dictam novam recompilationem compilarunt, sed toti Capitulo Generali, quod, ut diximus, habet facultatem ampliandi, & minuendi Jurisdictionem eorum Priorum, Capitulorum, & Officialium subalternorum, ut ratiocinanti patet.

Sufficeret præfata animadversio ad omnes contrarias objectiones eliminandas; sed, quatenùs ad peculiare examen aliquarum ordinationum, exadverso impugnatarum, descendere velimus, primo loco se offert prima *ordinatio ad Constitut. 2. tract. 5. novæ recompilationis*, in qua tribuitur P. Generali facultas cogendi Priores per vias facti, & juris ad removendum ab officiis illos Vicarios, Novitiorum Magistros, Scripturæ Lectores, temporalium Bonorum Procuratores, Depositarios, aliosque Officiales, qui ex sufficientibus informationibus, vel indebitè provisi, vel indigni, vel inhabiles, vel malæ administrationis graviter inditiati ab eodem P. Generali comperti fuerint. Supponit igitur Pars adversa, quod ista *Ordinatio* sit contraria Jurisdictioni, quam tribuunt eisdem PP. Prioribus, nuper recensitis, Constitutiones legendæ in antiqua recompilatione, videlicèt *Constitut. 19.*, ubi de electione Vicarii, *Constitut. 36.* agens de electione, & officio Procuratoris Bonorum temporalium, nec non *Constit. 37.* tractans de officio Depositarii.

Sed Partis adversæ objectum non subsistit in facto; nàm falsum omninò est, quod limitetur per dictam novam ordinationem jurisdictio dd. PP. Priorum; Siquidèm, ultrò admisso, quod in præfatis Constitutionibus antiquis concedatur facultas PP. Prioribus, & Capitulis eligendi PP. Vicarios, Procuratores, Depositarios, Magistros Novitiorum, aliosque Officiales, hæc facultas tantum abest, quod limitetur *in controversa ordinatione*, ut quinimmò illa confirmetur, nam expressè inhibet P. Generali *ponere, & tollere similia officia in Monasteriis*; sunt verba dictæ novæ ordinationis *in Collat. fol. 60.*; Unde, si P. Generalis in vim dictæ novæ ordinationis non potest *ponere, & tollere similia officia in Monasteriis*, injustè conqueruntur PP. Adversarii de ablata facultate PP. Prioribus, & Capitulis, ut patet ad sensum.

Et licèt in præfata ordinatione adsint subsequentia verba = *Sed si P. Suæ Reverendissime constabit, quod in aliquibus Monasteriis provisa non fuerint officia Vicarii, Magistri Novitiorum &c., Lectorum Scripturæ, Procuratorum, Depositariorum, & aliorum Officiorum majorum debitè, aut quod fuerint provisa in Per-
sonis indignis, aut graviter inditiatis inhabi- 148
litatis, malæ administrationis, cum de eo notitiam habuerit, & sufficientem informationem, poterit cogere Priorem, quod illa provideat in Personis benemeritis, aut bonæ famæ, & mandare, quod provisos removeat, &, si id non fecerit Prior, poterit contra illum procedere, utendo mediis facti, & juris* = non tamen exinde promanat ullum præjudicium jurisdictioni PP. Priorum, utpotè quià possunt ipsi semper illam conservare, illæsam eam adhibendo tempore habili, non expectando videlicèt, quod P. Generalis ipsorum negligentiam suppleat per authoritatem, quæ, præcisivè quoque ab ordinatione prædicta, ipsi tanquam Generali Superiori competit.

Et quamvis prælaudatæ *Constit. 19. antiquæ recompilationis* in puncto facultatis removendi Vicarium adversari videatur *ordinatio 3. ad Const. 2. tract. 1. novæ recompil.*, cum in hac
dispositum fuerit, quod Vicarius, inconsulto 149
P. Generali, nec à Priore, nèc à Capitulo etiam gravissima de causa privari possit; Attamen respondemus, quod eadem ordinatio usque ab antiquissimo tempore, vigore plurium *Rotulorum, in ejus margine notatorum*, in Religione observatur, summæque nititur æquitati, & justitiæ, cum exindè removeantur effectus passionum particularium, quæ plurimùm ad removendos Vicarios incitant, quin Priorum, & Capitulorum Juri quidquam præjudicet demandata consultatio P. Generalis, quià hic per informationes, à Priore dandas, procedere debet, quibus mediantibus, & honori Vicarii, quatenùs injustè removeri prætendatur, & quieti Monasterii, quatenùs justa causa pro remotione concurrat, consulitur; Et, quod magis est, lites arcet, vel abbreviat, cum tollat ità remoto illam appellationem ad P. Generalem, quæ, si remotio fieret, illo inconsulto, denegari non posset.

Quantum autem præfata *ordinatio 3.* nostræ Religioni proficiat, imò necessaria sit, ex eo potissimùm comprobatur, quod, cum Capitulum Monasterii Zamoræ Adversarii, cujus est nunc Prior P. Petrus Reynoso antesignanus Adversariorum, privare satagissent ab officio Vicarii P. Simeonem à Trinitate, iste non acquievit *Constitutioni 19. antiquæ*, in quà, ut diximus, conceditur Capitulo facultas privandi

di

di Vicarios, sed fretus novæ ordinationi, in quâ demandatur, quod Vicarius non removeatur inconsulto P. Generali, ad hunc supplicem habuit recursum, obtinuitque, in suo officio manuteneri, atque ita quies, atque tranquillitas illi Monasterio restituta fuit, quamvis ipse P. Reynoso Adversarius, etsi conscius de decreto Reverendissimi P. Generalis super manutentione Vicarii in ejus officio, illum accusare non desierit apud Eminentissimum D. Ponentem, mediante Memoriali, ipsi porrecto sub *die 2. Julii anni 1728.*, in quo falsò exposuit, quod Reverendissimus Pater Generalis premeret suum Monasterium Zamoren. in eo, quod dictum Vicarium ab officio removere vellet, & ad electionem novi Prioris devenire, ut clarissimè totum apparere deprehenditur ex juridica informatione per Reverendissimum Patrem Generalem capta ad justificandam falsitatem narratorum in dicto Memoriali, porrecto à dicto Patre Reynoso, *& data in manibus Eminentissimi Ponentis*. Agnoscant igitur EE. Patres, cujus farinæ sint PP. Adversarii; nàm unicè ad satisfaciendum proprio commodo inhiant, illudque, inconstantes, desumunt nunc ab antiqua, nunc à nova recompilatione, quam mordicùs impugnant.

Lædi prætendunt etiam Adversarii, cum præjudicio Monasteriorum, dispositionem ejusdem *Constit. 19.* in ea parte, quà decernit, quod Vicarius, vacante Prioratu, vel suspenso Priore, nec possit Vicariatum renunciare, nec à Capitulo privari per additam *ordinationem 9. ad Constit. 2. tract. 1. num. 23. in d. Collat. pag. 88.*; cum ità indulgeat Vicario Præsidenti per vacationem Prioratus, ut si, durante dictà Præsidentià fuerit electus Prior alterius Monasterii, ad hoc conferre se possit, non renunciato Prioratu.

De more tamen hallucinantur, sivè potius alios in hoc hallucinari, student iidem Adversarii, cum *ordinatio* hujusmodi, nec etiam à longè prædictæ *Constit. 19.* sanctionem pertingat, & solummodò suppeat, quod in Constitutione deficiebat, dando licentiam, non autem demandando Vicario, ut in casu, quo electus fuerit Prior alterius Monasterii, possit, non dimisso Vicariatu, ad locum suæ electionis accedere, ad quem accessum per *Const. 70. antiq. recompil.* compelli jam poterat mediante citatione Confirmatorum electionis, quibus electus sub pœnâ inobedientiæ, & excommunicationis parere tenetur.

Præjudicari prætereà conclamant Adversarii Monasteriorum libertatem eligendi, quem malint in Procuratorem penès Capitulum Generale per aliam novam *ordinationem* 8. ad præfatam *Constitut. 2. tract. 1. in Collat. pag. 88.*, cum in ea sancitum fuerit, quod Vicarius non possit officio suo renunciare intra semestre præcedens electionem Procuratoris Capituli generalis, quodque, renunciatione factà intra tempus hujusmodi, remaneat inhabilis, ad hoc ut possit eligi in Procuratorem, solitum mitti à quolibet Monasterio ad Capitulum Generale.

Ad occludendum tamen os Parti statim occurrit *extravagans quarta antiquæ, & novæ recompilationis in Collat. pag. 16.*, in qua decernitur, quod Vicarius eligi nequeat in Procuratorem Capituli generalis, undè, si Religio ad obviandas fraudes, quæ d. extravaganti fiebant per renunciationes Vicariatuum ante- 150 quam veniret tempus electionis Procuratorum Capituli, statuit in dicta *ordinatione*, quod infra d. tempus renunciantes Vicariatui, efficerentur inhabiles ad obtinendum munus Procuratoris, injustè conqueruntur Adversarii, quod ità priventur Capitula facultate eligendi, quem malint quando jàm Vicariorum electio prohibita reperiebatur.

Quidquam non obstante, quod ità præpediatur electio dignioris, cum dari possit casus, quod nullus Vicario dignior ad sustinendum Procuratoris munus existat, quia dicta *ordinatio* nec obligat Capitulum ad eligendum in Vicarium eum, qui habilior esset ad munus Procuratoris, nec hunc obligat ad acceptandum Vicariatum, atque ità se inhabilitandum ad munus Procuratoris, nec tandem vetat, quod ante semestre renunciare non possit Vicariatum, atque ità se habilitare.

Chimerica quoque est altera læsio jurisdictionis Prioratus, quam Pars Adversa deducere satagit *ex ordinatione 2. ad Const. 3. ad tract. 8.*, in qua demandatur, nominatos ad excipiendas informationes super puritate sanguinis, vitæque, & morum Novitiorum, notificandos esse P. Generali, ab eoque approbandos, quandò tamen antiquæ recompilationis ordinatio, quæ, licèt trium Capitulorum generalium approbatione carens, inviolabiliter à Parte Adversa observanda prætenditur, hoc onus faciendæ notificationis, ac reportandæ approbationis à P. Generali minimè injungit.

Frustrà tamen PP. Adversarii de hoc conqueruntur. Nam licèt *antiqua ordinatio* revera prædictum onus non imponat, nec etiam prohibet, quominùs Superior Generalis (penès quem inter, & Capitulum tota Religionis jurisdictio 151 residet, juxta *Constit. 13. antiquæ recompil.*, & *Constit. 2. tract. 5. juxtà novam*) uti non possit jure suo in petendo à Prioribus notificationem prædictam, & in approbando, vel reprobando nominationem factam; Undè, cum nova ordinatio solummodò propalaverit illam P. Generalis, de qua non loquebatur antiquæ recompilationis ordinatio, nulla conquestionis causa remanet Adversariis.

Ejusdemque farinæ detegitur altera prætensa Prioralis Jurisdictionis læsio desumpta ex declaratione facta *in ordinatione 7. ad Constit. 12. tract. 1.* novæ recompilationis in qua disponitur, quod Priores post latam sententiam in aliquo Monachorum delicto, non possint ampliùs pœnas, ad formam Constitutionum inflictas, augere, vel minuere, reservando hanc facultatem Capitulo Generali, vel privato, vel P. Generali inter Capitulum, & Capitulum, prætendendo; ita imminutam esse Jurisdictionem,

152 nem, Proribus tributam in *antiquæ recompilat. Constit.29.*, *Constit.31.*, *Const.32.*, *Const.33.*, *& Constit.43.* in quibus conceditur Prioribus jus puniendi, & corrigendi Monachos, & cum eis dispensandi à pœnis inflictis, nullâ factâ distinctione, sivè per sententiam, sivè non contrà eosdem processerint.

Prædicta namque declaratio nullum umquam Prioribus, seù Deputatis (de quorum consilio procedere debent) intulit præjudicium
153 cum simpliciter declaraverit quidquid in jure communi continebatur, juxtà quod quilibet Judex post latam sententiam dicitur functus officio suo, nec amplius potest in Causa se ingerere augendo, vel minuendo pœnas, Reis inflictas, juxtà vulgata juris principia, EE. PP. optimè nota.

Nec quidquam novi in nostra Religione induxit, quià, cum dicta Religio usque ab anno 1594. in suo generali Capitulo fecerit ordinationem, usque ad præsens inconcussè servatam, per quam demandatum fuit, omnes Processus tranimittendos esse ad Archivium Ordinis, ibique servari debere, durante vitâ Processatorum, ut patet ex *antiqua recompilat. annot.5. ad Constit.30.*, *& in extravagant.4. ad Constit.2. tract.5.* novæ recompilationis, in qua decrevit, retinendum esse à P. Generali Regestum dispensationum, quas concederet à pœnis inflictis per sententiam Judicum Ordinis ad effectum eas patefaciendi PP. Deffinitoribus Capituli Generalis sequentis; Manifestè probatur ex his, praxim, & stylum Ordinis, & intelligentiam exadverso allegatarum Constitutionum eam semper fuisse, quod jus moderandi,
154 aut aggravandi pœnas impositas per sententiam definitivam non pertinet ad Priores, tùm quià, cum hæc moderatio, vel aggravatio, ut rationabilis sit, fieri debeat cum cognitione Causæ, non jussisset Religio, quod Processus originales mitterentur ad Archivium Ordinis, sed potius præcepisset, quod illos apud se retinerent Priores, maximè, cum sæpè contingat, prædictas moderationes fieri postquam Priores sententiantes expleverunt officium.

Tum etiam quià Religio in prælaudata *extravag.4.* non demandasset, quod Codex. in quo describuntur moderationes pœnarum, & causæ ad illas faciendas, retineretur à P. Generali, sed quod quilibet Prior apud se prædictum Codicem haberet cum onere illum præsentandi in Capitulo Generali ad effectum, ut Definitorium à Prioribus, non autem à P. Generali dispensandi rationes exigeret.

Hactenùs Prioralem Jurisdictionem defendere conati fuerunt Adversarii, sed hoc non contenti, munus assumunt Procuratorum nostri Capituli privati, quorum PP. tacuerunt, & tacent, libenterque amplexi fuerunt *nova recompilat. ordinationem unicam ad Const. 6. tract.5. in Collat. pag.3.*, in qua disponitur, quod, vacante Generalitiâ dignitate, simulque Prioratù S. Bartholomæi, vel obeunte Priore ejusdem Monasterii S. Bartholomæi, durante vacatione Generalatus, & per consequens vacante etiam officio Vicarii Generalis, perpetuò adhærente Priori prædicto, tunc assumatur habitu antiquior Definitor Generalis præteriti Capituli Generalis, eoque impedito, subsequens in majori antianitate Definitor, qui præsideat Ordini, donèc eligatur novus Prior S. Bartholomæi, & confirmet electionem novi Prioris, asseruntque, addi nequivisse, quià vigore *Constit.70. antiquæ recompilationis* jus confirmandi electum Priorem S. Bartholomæi, tunc Generalem, jam concessum reperiebatur PP. Deputatis Capituli, quibus proindè tolli non poterat ab *ordinatione præfata*.

Objectum tamen hujusmodi nimis vanum agnoscitur, cum ordinatio prædicta minimè creata extiterit à novis recompilationibus, sed usque ab *anno 1649.* facta fuerit à Capitulo pri- 155
vato, quod habet incontrovertibile Jus condendi Leges, in Religione permanentes, & non revocabiles, nisi à Capitulo Generali, quatenùs inconvenientes repertæ fuerint, juxtà claram *Constit.10. antiq. recompil. in Collat. pag. 42.*; Unde, cum generale Capitulum intermedium celebratum de anno 1700., in quo prædicta *ordinatio* proposita fuit, ipsam confirmaverit, ut exadverso non controvertitur, numquam concludi poterit, quod præfati novi recompilatores excesserint facultates, sibi concessas, in apponendo prædictam ordinationem, attento præsertim, quod de hujusmodi asserta læsione numquam conquestum fuit Capitulum privatum anni 1714., quod de mandato Capituli generalis novam recompilationem examinavit, quinimo illam expressè approbavit, quod quidem non egisset, si ordinationem controversam sibi præjudicialem agnovisset, prout nec Capitula privata subsequentia, nec minùs hodiernum de hujusmodi ideali præjudicio conqueritur imò supplices preces EE. PP. effundit pro totius novæ recompilationis observantia.

Eòque maximè cum d. *ordinatio* nec per umbram contraria sit antiquæ *Constit.70.*, quià est omninò diversum, quod disponit nostra ordinatio, ab eo, quod in dicta Constitutione statutum legitur, siquidem nostra *ordinatio* loquitur in casu vacantis Generalatus, & Prioris S. Bartholomæi sivè Vicarii Generalis, proindèque in casu defectus Præsidentis, & Capitis totius Religionis; *Constitutio* verò loquitur in casu vacationis tantum Prioris S. Barhtolomæi, eo tempore, quo simul erat Generalis, non verò in casu vacationis Vicarii dicti Monasterii, qui tunc munus exercebat Vicarii Generalis, ut evidenter apparet ex *Textu d. Constitutionis*. Et per consequens Constitutio loquitur in casu, quo Religio habebat Præsidentem, & Caput, nempè Vicarium dicti Monasterii S. Bartholomæi: Undè manifestè deducitur, nostram *ordinationem* non contrariari dictæ *Constitutioni 70.* sed solùm supplere defectum dictæ Constitutionis.

Quod usque ad evidentiam detegitur, ex quo verba prædictæ Constitutionis, per quæ conce-

cedi-

ceditur PP. Capituli privati facultas interveniendi in electione intermedia Reverendissimi P. Generalis, non circumscribuntur per nostram *ordinationem*, ut falsò Pars Adversa suppofuit in dicto suo supplici Libello §. 19., sed fideliter fuerunt transcripta in nova recompilatione *in ordinatione ad Constit.* 4. *tract.* 3. §. 15., ubi agitur de electione, & facultate Capituli privati.

Coarctari prætereà conqueruntur Adversarii facultatem illam, quam quodlibet Monasterii Capitulum, ad formam Juris Canonici, & Constitutionum Ordinis, habet in eligendis Priori-
156 bus, & Vicariis, eò quià novæ recompilationis *ordinatio tertia ad Constitut.* 1. *tract.* 6. *in collat. pag.* 275. demandet, in Priores eligi non posse, nisi eos, qui spatio viginti annorum completorum Sacrum Habitum gestaverint, & per duos annos saltèm, muoera Vicariatus in Monasteriis Professionis, ac per menses 18. Novitiorum Magistri exercuerint.

Insuper conqueruntur PP. Adversarii *de ordinatione secunda Const.* 2. *tract.* 1. *n.* 10. in eo, quod præcipit, quod Religiosi, in Vicarios eligendi, prius spatio 18. annorum completorum Sacrum Habitum gestaverint, approbationem Ordinarii Diœcesani ad Sacramentales Confessiones audiendas reportaverint, ac Magistri Novitiorum munus saltèm per menses 18. exercuerint. Quando antiquæ recompilationis Constitutio 70., correspondens in editione nova *Constit.* 1. *tract.* 6., non exprimit tot requisita, sed tantummodò disponit, quod electores, præ oculis Deum habendo, illos eligant in Priores ex eodem Monasterio, cui præsidere debent, vel ex Ordine universo, qui secundùm humanam capacitatem inspectis ætate, doctrinâ, & vitâ, digni cognoscuntur ab omnibus, & habiles ad gubernium Prioratus, sintque Sacerdotes, vel brevi ad Sacerdotium promovendi, ac à tribus saltèm annis in Ordine professi.

Sed quàm debile sit hujusmodi objectum, manifestè deducitur ex iis, quæ ipsimet Adversarii libello ad Reverendissimum Nuncium dato §. 71. probarunt, authoritate Juris Canonici, & praxi omnium Religionum residere in manibus Religionis facultatem novas condendi Constitutiones, cum quibus qualificentur,
157 & dignificentur ætas, scientia, honestaque vita eligendorum in Prælatos, prout reverà nostra Religio, tam antè, quàm post recompilationem antiquam in diversis Capitulis generalibus plura statuit tàm circà requisita eligendorum in Priores, de quibus loquitur *ordinatio ad Constitutionem* 1. *tract.* 6. cum suis Rotulis incipientibus ab anno 1518. usque ad annum 1714., quàm circà requisita eligendorum in Vicarios, ut in *Ordinatione* 2. *ad Constit.* 2. *tract.* 1., cum suis Rotulis incipientibus ab anno 1551. usque ad annum 1714. Undè, cum prædictæ ordinationes conformes sint Juri Canonico, juxtà deducta in exadversò Memoriali ad Reverendissimum Nuncium, ut diximus, dato,

& non opponantur *Constitutioni* 70., elarum exinde fit, quod *novæ ordinationes* perficiunt, non destruunt ipsam *Constitutionem* 70., & tanquam tendentes ad majus bonum nostræ Religionis, (cujus Prioratus, & Vicariatus perfectiùs exercentur à Religioso gravioris ætatis, quam ab illis minoris,) omninò sunt laudandæ & observandæ.

Minùsque relevat altera contraria animadversio, quod, cum in prædictis ordinationibus reservetur facultas P. Generali dispensandi circà defectum alicujus ex qualitatibus, in eligendis Prioribus, & Vicariis concurrere debentibus, ità ipsius Jurisdictio paulatim augeatur, ut concedendo, vel negando dispensationes, electionum Arbiter evadat, cum invasione regularis politiæ hujus Ordinis, cujus gubernium partim monarchicum, & partim polycarchicum existit.

Hujusmodi enim reflexio exadversò promota contra supremam P. Generalis Jurisdictionem, non est nova, sed antiquissima, sed semper à nostra Religione rejecta. Cum etenim usque, & ab anno 1425. Monachi unius ex nostris Monasteriis recurrissent ad san. mem. Martinum V. pro obtinendo Brevi super perpetuitate Prioratuum, eo sub prætextu, quià Rmi Generales disponebant de electionibus, ad eorum libitum, inferendo violentias Electoribus, illud obtinuerunt directum pro executione ad quamdam dignitatem Toletanæ Diœcesis. Sed hic, habito colloquio cum PP. Capituli generalis super executione dicti Brevis, contrarium votum à tota Religione in Capitulo Generali anni 1425. reportavit, ut refert Pater *Siquenza* Cronista nostræ Religionis secundâ parte historiæ fol. 422. hispano idiomate iis verbis: *Parecia tener* (motiuum expositum Papæ ad impetrandum d. Breve) *Vesavio de anbicion, y modo de vivir si Cabezai ui recurso alos Superiores, y deshazer el officio del General haciendo enlas Casas sin se autoridad los Priores, como dicen, de Manga.*

Et licèt aliquando evenire possit, quod P. Generalis non procedat cum illa scrupulositate, exadversò volita super dispensatione alicujus ex præfatis requisitis, non per hoc valet dici, quod nostra *ordinatio* sit injusta, nam Injustitia, vel Justitia Legis non est dimetienda ex eo, quod aliquando illâ Superior abuta- 158
tur, sed ab illius intrinseca rectitudine, utilitate, & validitate, juxtà vulgata principia; Unde si in vim *Constitutionis* 13. *antiquæ Recompilationis*, relatæ in nova *Constitut.* 2. *tract.* 5., Pater Generalis habet facultatem ipsiusmet Capituli generalis super moderatâ dispensatione omnium Constitutionum, & Statutorum 159
Ordinis, non est cur facultas data P. Generali dictâ novâ *ordinatione* super dispensatione requisitorum circa eligendos Priores, & Vicarios dicenda sit injusta, nam, si aliquando Pater Generalis abuteretur suâ facultate dispensandi, jam provisum est à nostra Religione in Capitulo generali anni 1687., in quo condidit *ex-*

travagantem 4. ad Constitut. 2. tractat. 5., juxtà quam P. Generalis cogitur ad exhibendum in primo proximo Capitulo generali, celebrando post expletum ejus officium, Regestrum omnium dispensationum, concessarum cum justificationibus, & documentis, quibus innixus illas concessit. Unde cum P. Generalis per hujusmodi Extravagantem evaserit circà fa-
160 cultatem dispensandi merus Minister Capituli generalis, ac de concessis dispensationibus eidem generali Capitulo rationem reddere teneatur, jam patet ad sensum, quod omnis timor abusus prædictæ facultatis remotus remanserit, cum à quolibet possit Generalis in Capitulo redargui de abusu dispensationum.

Ad omnem tamen scrupulum Adversariorum fugandum super exagerata ampliatione facultatum P. Generalis ad effectum mutandi gubernium de aristocratico in monarchicum rogamus animadverti, quod nova recompilatio solummodo cordi habuit ea statuere, quæ majori Religionis bono conducerent sinè præjudicio aristocratiæ, in illa parte, qua gubernium erat aristocraticum, cum etiam in nova recompilatione absque ullâ alteratione registratæ fuerint omnes illæ *Constitutiones, & extravagantes*, quæ in antiqua recompilatione importabant gubernium aristocraticum, ut constat, *ex nova recompilat. Constit. 3.*, ubi habetur, quod P. Generalis non potest mu-
161 tare locum pro celebratione Capituli generalis, neque hanc ultrà triennium differre absque voto Capituli privati.

Ex *extravaganti 2. ad Constitut. 4. tract. 3.*, & juxta antiquam *recompilat. Extravagan. 2. Constit. 10.*, ubi negatur Generali facultas mu-
162 tandi deputatos pro Capitulo privato sinè consensu Visitatorum generalium.

Ex *extravaganti 3. add. Constit. 4. tract. 3.*, & juxta *antiqua recompilat.* pariter *Extravagan. 3. ad Constitut. 10.*, ubi Generali prohibe-
163 tur mutare Visitatores Generales designatos per Capitulum generale sinè consensu Capituli privati.

Ex *extravaganti* 4. in mox allegatis locis utriusque recompilationis, ubi demandatur quod, vacante aliquà visitatione, teneatur illam P. Generalis conferre alteri Religioso, cum voto, & Consensu Capituli privati.

Et demum *ex extravaganti prima Constit. 2. tractat. 5.*, & juxtà antiquam *recompilat. Extravagant. prima Constitut. 13.*, ubi decernitur, quod P. Generalis literas ad Romanam Cu-
164 riam mittere non possit circa negocia ad universum Ordinem pertinentia, nisi cum expresso consensu Capituli generalis, vel Capituli privati.

Ex his igitur ad oculum evincitur, quod omnia Statuta antiquæ recompilationis, refrænantia supremam authoritatem P. Generalis, fideliter fuerunt transcripta in nova; Sed quod plus est, PP. Commissarii, qui novam recompilationem composuerunt, tantum abest, quod dilataverint fimbrias authoritatis P. Generalis, quinimò illam plùs justo restrinxerunt, addendo in nova recompilatione quàmplures ordinationes, in *antiqua* non contentas; & incipiendo signanter super electione Priorum, habemus *ordinationem 5. ad Constitut. 9. tract. 8. num. 7.*; Cum enim *Constitutio* 70. antiquæ recompilationis, in nova correspondens *Constit. 1. tract. 6.*, disponeret, quod Monachi, distantes à proprio Monasterio ultrà 25. leucas, non haberent votum in electionibus, & P. Generalis vigore *Constitut. 14. antiquæ recompilat.*, registratæ in nova *Constitutione 3. tractat. 5.*, haberet in facultate mittere Monachos ex proprio ad alienum quodcumque Monasterium, etiam ultrà 25. leucas, exindeque fieret, quod P. Generalis electionum arbiter efficeretur, mittendo, paulò antequam electiones fierent, huc, & illuc ultrà 25. leucas Monachos illos, quos Religioso, sibi magis beneviso, contrarios futuros fore prævidebat in futura Prioris electione. Ad refrænandam igitur hujusmodi libertatem P. Generali, addiderunt PP. Commissarii in nova recompilatione prædictam *ordinationem quintam*, per quam decernitur, quod Monachi non pœnitentiati, vel alias inhabiles, qui vigore assignationum factarum, à P. Generali, à proprio Monasterio distarent ultra viginti quinque leucas, habeant vocem in electione Priorum suorum Monasteriorum.

Sic pariter PP. Commissarii imminuerunt authoritatem P. Generalis in *ordinatione prima ad Constitut. 1. tractat. 6. novæ recompilationis*, in qua disponitur, quod Monachi commorantes cum literis assignationis P. Generalis ultra 25. leucas à proprio Monasterio tempore electionis Prioris dicti sui Monasterii, licèt juridiceè citandi non sint, nihilominus certiores fieri debeant per simplicem epistolam, subscriptam à Vicario, & duobus antiquioribus Monachis Capituli de die, pro electione facienda, designata, ut, quatenus velint, interesse possint dictæ electioni Prioris.

Rursùs PP. Commissarii limitarunt facultatem P. Generalis *in Ordinat. 2. nu. 29. ad Constitut. primam tract. 6.* per quam strictè inhibetur P. Generali, nè Prioratuum renunciationes admittat, quin præcedenter Prior, renunciationem emittere volens, ipsam suo Capitulo manifestaverit tempore habili ad eam notificandam omnibus Capitularibus absentibus, & tàm intra, quàm ultra viginti quinque leucas commorantibus; ita namque cum præfatis limitationibus sublatum omninò fuit illud arbitrium, quod nullibi vetitum in antiqua recompilatione, vel præcautum, poterat sibi P. Generalis in electionibus usurpare, clanculum admittendo Prioratuum renunciationes; vel post amotos Monachos, Religioso sibi beneviso contrarios, vel in tempore non habili ad eos convocandos.

Item pariter demonstratur ex *ordinatione 5. ad d. Constitutionem primam tract. 6.*, per quam denegatur Patri Generali facultas admittendi cujus-

cujuscu mque Monachi renunciationem vocis activæ, quatenus unà simul à se non abdicet etiam vocem passivam, ut ita quæcumque fraus de medio tollatur in electionibus, in quibus datâ suffragiorum paritate, convenire poterant Monachi, qui electionum arbitri videri, ac esse volebant, ut aliquis contrariæ Partis Monachus vocem suam activam renunciaret, atque ita per deficientiam unius voti contrarii efformantes majorem partem suffragiorum, illum eumdem Monachum, qui juri suffragandi renunciaverat, eligere valebant.

Ex his igitur aliis pluribus ordinationibus *novæ recompilationis*, amplam facultatem, quàm priùs habebat P. Generalis, refrænantibus, quæ brevitatis gratiâ hic omittuntur, sed videri possunt *in Extravagant. ad Constitut. 2. Tract. 5. novæ Recompilat.*, *Et in Ordinatione 2. ad Constitut. 6. tract. 3.*, facilè colligitur, quàm distet à verò contrarium suppositum, quod nova recompilatio nihil magis studuerit, quàm religiosam hujus Ordinis Politiam invertere, ac P. Generalis jurisdictionem ampliare; Et quantum hoc idem confirmando hallucinatus fuerit ultimo loco defunctus Episcopus Vallisoletanus in sua epistola quam, irrequisitus, misit huic Sacræ Congregationi (si tamen ipse verè misit) cum tot æquivoca, ac erroneas suppositiones contineat, ut difficillimè credi possit, ipsam ab eo fuisse conscriptam, de tempore præsertim, quo eâ infirmitate pressus, per quam occubuit, in lecto jacebat.

Spretâ proindè hac suppositâ epistolâ, ultrò redimus ad Adversarios, qui postquàm tàm adeò fervidè Prioralem Jurisdictionem, ut suprà, defendere conati fuerunt, pallium deindè revolventes, Priorum superioritati detrahere student, asserendo *ordinationem 4. ad Constitut. 4. tractat. novæ Recompilat.*, in qua disponitur, non posse Novitiorum Magistros, præsente Priore, vel Vicario præsidente, Novitios pœnitentiare, quin priùs à dictis Superioribus licentiam petierint, contrariam esse bonæ Novitiorum educationi, exindeque summoperè minui asserunt Magistrorum existimationem, & absolutam potestatem, suprà Novitios attributam à S. Mem. Clemente VIII. in suo Decreto relato per *Donat. in prax. Regular. part. 4. Tom. 2. Tract. 2. Constit. 5.*

Levitas verò hujus censuræ facilè dignoscitur primò ex ipsomet Decreto Sanctæ Memoriæ Clementis VIII., exadverso relat.; Nam,
165 postquam in illo statuitur, quod Magister Novitiorum *habeat plenam, & absolutam potestatem circà Novitiorum institutionem, ac Novitiatus regimen, itaut in illis nemini, quovis colore se ingerere liceat*, in corpore ejusdem Decreti reservatur tamen super eosdem Novitios major authoritas Visitatorum, & Superiorum majorum, vel localium, prout ibi = *Vi-*
166 *sitatoribus, & Superioribus majoribus, vel etiam localibus exceptis*. Ecce quod clarius non poterat reservari in eodem Decreto Clementis VIII. authoritas Superiorum localium, pro-

ut sunt Priores Monasteriorum, quæ quidem verba decreti præfati si attentè perlegissent PP. Adversarii, utique nostram *ordinationem* tamquam dicto Decreto contrariam non arguissent.

Et hæc fortiùs incalescunt ex eo, quod, licèt Novitii, alloquentes eorum Magistro, hoc flexis genibus agere debent; Attamen, præsente
P. Priore, hunc actum submissionis non valent 167
exigere Magistri ab eorum Novitiis, ut expressè demandatur in Ceremoniali, sive Ordinario nostræ Religionis, vim Legis habente (prout exadverso non controverti speramus) ubi pro ratione, cur submissio in omnibus actis debita per Novitios eorum Magistro, eidem detrahatur, redditur illis verbis *propter urbanitatem, & venerationem, quæ ipsi, scilicet Priori, debetur*. Et ecce non esse novum in nostra Religione, quod authoritas Magistri Novitiorum sileat coram Patre Priore.

Exclamant rursus PP. Adversarii contra nostram recompilationem, illam arguendo, quod in *ordinat. 5. ad Constitut. 12. tractat. 1.* tacitè permittat usum alearum extra septa Monasteriorum, quando in vim *annot. 5. ad Constitut. 29.* antiquæ recompilationis prohibetur expressè Monachis ludus alearum intra, & extra septa Monasteriorum.

At, si attentè perlegatur nostra nova *ordinatio*, & antiqua *adnotatio*, illicò patebit, nihil in illa prætermissum fuisse ex iis, quæ in hac disposita reperiebantur, nam eadem *dicta ordinatio*
quinta, post absolutè prohibitos, tàm intra, 168
quàm extra Monasteria, quoscumque ludos profanos, & seculares, & per consequens etiam illum taxillorum, & alearum, de jure quoque vetitum *in cap. Cleric. de vita, & honestat. Cleric.*, quod citat in margine eadem *nova ordinatio*, addit quoque prohibitionem quorumcumque ludorum, etiam licitorum in Monasteriis, eosque licitos ludos solummodo permittit in Campis, & Granciis, & quidem tanta cum moderatione, ut excludantur ludi, vulgo dicti *d. invita sub gravissimis pœnis infligendis*, etiam contra Monacos recreationis gratiâ, moderatèque ludentes aleis intra Monasteria.

Quin tamen ex hujusmodi loquendi modo infligendi pœnas prædictas etiam contra Monachos, intra Monasteria aleis ludentes, argui possit, quod alearum usus extra septa Monasterii sit permissus, ut perperam Adversarii de-
ducere satagunt, quia, cum alearum ludus sit 169
Ecclesiasticis, ut præmisimus, de jure interdictus, jam comprehendebatur in superiori prohibitione ludendi, *tàm intra, quàm extra septa*
Monasterii, quibuscumque ludis profanis, & 170
illis, quibus ludunt seculares, ut legitur in dicta *ordinat. 5.*, præcipuè quia hujusmodi ludi indecentes, & seculares jam etiam prohibiti leguntur in *novæ recompilationis ordinat. 3. num. 8. ad constit. 3. tract. 1.*, eosque sic odio habet noster Ordo, ut, quatenus hæc Sacra Congregatio eos non satis prohibitos legat in nostra

o: dinatione, enixè supplicet, ut suppleat commissionem PP. Commissariorum, quatenus adsit, clariùs prohibendo, & aggravando pœnas contra ludentes tàm intra, quàm extra septa Monasteriorum.

Cum igitur ex præmissis appareat, nihil in nova recompilatione omissum fuisse, quod vel per Constitutiones Apostolicas, vel per Rescripta Sac. Congregationum, vel posteriores Religionis ordinationes, vel per contrariam consuetudinem abrogatum non extitisset, nihilque additum, quod Priorum, & Capitulorum jurisdictionem imminuat, electionum formam, ac libertatem perturbet, bonæque Novitiorum educationi detrahat, atque dumtaxat adjectas fuisse antiquarum Legum declarationes, ad majorem observantiam regularis disciplinæ conducentes, hisque de causis fuisse omnia proximâ vice à Capitulo privato anni 1714. cum facultatibus Capituli generalis approbata, deindeque ab eodem Capitulo generali plenissimè confirmata de anno 1717., ac pro tertia vice si non perpetuò ob contradictionem Reverendissimi D. Nuncii, saltem temporanee comprobata, & confirmata fuisse in Capitulo generali celebrato de anno 1726., &, attento demùm, quod P. Generalis cum Capitulo privato, & 28. Monasteriis, majorem partem nostri Ordinis constituentibus humillimè supplicant pro confirmatione novæ recompilationis, omninò præinsertum Dubium *negativè quoad primam, & affirmativè quoad secundam partem* resolvendum esse, speramus, ab Eminentissimis
171 Patribus, quorum judicio, & correctioni illam libenter subjicimus, rursus enixè, atque humiliter rogando, quod, si quid in tanta Constitutionum collectione excidisse videri possit, id quidem adscribant imbecillitati humanæ = *quià omnium habere memoriam, & penitùs in nullo peccare Divinitatis magis, quàm mortalitatis est* = ut benè admonet *Justinianus in leg. 1. §. Si quid autem Cod. de veter. jur. enucleau., cap. porrecta, & ibi gloss. de confirmat. util. vel inutil.*, non idcircò tamen novam recompilationem reprobaturos fore, speramus, quando non benè dictum, aut factum, facilè corrigi, & emendari potest, nam = *qui subtiliter factum emendat, laudabilior est ea, qui primus invenit* = ut in *d. leg. 1. §. Sed neque ex multitudine*.

Die 7. Aprilis 1729. Sac. Congregatio Episcoporum, & Regularium demandavit, ut per Eñum, & Rñum D. Vincentium Cardinalem Petra Ponentem fieret nova compilatio Constitutionum, quam deinceps confectam, numerisque omnibus absolutam fan. mem. Clemens XII., Literis in formâ Brevis expeditis, anno 1730. amplissimè confirmavit. Ipsa verò Apostolica confirmatio, novæque Constitutiones unà cum Prologo, in quo totius rei gestæ series accuratissimè exponitur, eodem anno Romæ Typis datæ fuerunt sub titulo = Constitutiones, & Extravagantes Ordinis Monachorum S. P. Hieronymi maximi, Ecclesiæ Doctoris &c. =.

Placentina Juris celebrandi Festivitatem, & benedicendi animalia.

Jus benedicendi animalia, atque oblationes recipiendi in die festo S. Antonii Abbatis non ad Parochum in vim allegatæ ab eo immemorabilis consuetudinis, sed privativè ad PP. S. Antonii Ordinis Viennensis, seu PP. Tertii Ordinis S. Francisci, eorum loco subrogatos, pertinere, validissimis firmatur hic rationibus, & argumentis; contraria itidem immemorabilis ex quibus excludatur, & quæ ad id perpendi valeant? latè discutitur.

DISCEPTATIO VII.

1 *Rationum varietas, & inconstantia injustitiam Causæ ostendit.*

2 *Immemorabilis quando per Testes probata dici valeat?* & num. 3. 25. 34.; *Et quando secus?* dict. num. 3. ad 24.

4 *Consuetudo constituitur actuum frequentiâ, diuturnitate temporis, & uniformi consensu.*

5 *Consuetudo immemorabilis id maximè requirit, ut de rei initio nequaquam constet*, & num. 7.

Nihilque ab hominum memoria visum, auditumque fuerit in contrarium, ibid., & num. 11.

6 *Pro constituenda consuetudine, magis, quàm actus, caussa ipsa agendi spectari debet.*

8 *Consuetudinis naturam, & nomen ipsum perimunt recens initium, caussa agendi, brevitas temporis.*

9 *Pro immemorabili consuetudine requiritur, quod contrarii memoria non existat.*

10 *Testium ætas ad immemorabilem probandam esse debet annorum quinquagintaquatuor*, & num. 16., & 31.

11 *Ad probandam immemorabilem per Testes, requiritur, eos ab ineunte ætate certiores fuisse factos tum videndo, tum audiendo.*

12 *Immemorabilis in re, quæ ad omnes pertinet, omnium etiam consensu induci potest.*

13 *Testibus fidem maximam comparat caussa scientiæ, ab eorum officio desumpta.*

14 *Testibus maximam fidem conciliat nobilitas.*

15 *Item sacerdotale munus.*

17 *Testes ut immemorabilem probent, oportet, eos nedum vidisse, sed ita etiam audivisse à suis Majoribus, qui faterentur, idem se ab aliis accepisse*, & num. 18.

19 *Consuetudo probanda est in casu præcisa, de qua est quæstio, omni prorsus extensione, ac interpretatione probibitâ.*

20 *Ex actu difformi, atque æquivoco consuetudo non probatur.*

21 *Testis ad probandam immemorabilem, opus est, ut ita observari viderit spatio quadraginta annorum*, & num. 29.

Nec eum probat, qui quatuor annis absfuit, d. num. 21.

Ant

Aut qui sæpissimè, num. 28.

22 *Testis consanguineus alicui de cœtu contrario, hujus favore non probat.*

23 *Offi.ialis Episcopi idoneus testis non est pro ea Parte, quam acriter tuendam Episcopum suscepisse constet.*

24 *Nullam meretur fidem Testis varius, inconstans, atque inverisimilis*, & num. 27.

26 *Testi ex propria dumtaxat credulitate aliquid affirmanti nulla fides est adhibenda.*

29 *Consuetudo non uno, aut altero, sed continuis actibus perficienda est.*

30 *Consuetudo excluditur, si contrarii concurrant actus.*

32 *Immemorabilem ut probent Testes, debent singuli explicitè deponere cum omnibus requisitis ad illius probationem.*

Aliter eorum dicta nec conjungi possunt, ibid.

33 *Testes tum in dicto, tum in persona exceptionem patientes, immemorabilem non probant, licèt cum omnibus illius requisitis deponant.*

34 *Maximè, si contrà alii concurrant Testes magis idonei, ac digni.*

35 *Testes de affirmativa, aliis de negativa deponentibus sunt præferendi.*

36 *In conflictu Testium præferendi ii sunt, qui ajunt, vidisse contrarium ejus rei, de cujus consuetudine quæritur.*

37 *Testium depositio negativam simul, & affirmativam conjunctim habet, si asserant, usum benedicendi animalia semper in aliqua Ecclesia viguisse; &, nonnisi à decem annis, in alia Ecclesia illum cœpisse.*

Iidemque prævalent testibus, solùm de affirmativa deponentibus, ibid.

38 *In actu non instantaneo, sed successivo, & continuato in quolibet anno, negativa æquè ac affirmativa cadit sub cognitione Testis.*

Nullaque proinde considerari valet differentia inter affirmativam, & negativam, ibid.

Hæc autem potiùs attenditur tunc præsertim, cum fulcitur concludenti scientiæ causâ, ibid.

39 *Immemorabilis si noscatur deducta ad longiùs protrahendam Causam, ex hoc sola rejicienda est.*

40 *Testes vilis conditionis, atque addicti alicujus servitio, à testimonio pro eo ferendo repelluntur.*

Maximè, cum quæritur de consuetudine, ibid.

41 *Ad consuetudinis probationem requiruntur Testes, omni exceptione majores.*

42 *Testibus assumptis ad probandam immemorabilem, nequit dici saltem probata alia brevioris temporis consuetudo.*

43 *Rescriptum reservans jus probandi* assertam consuetudinem; *ob verbum illud* = assertam = *intelligendum est de immemorabili, si de immemorabili preces loquantur.*

Maximè, si non alia, quàm immemorabilis probatio prodesse poterat, num. 45.

44 *Rescriptum, juxtà preces, declarandum est.*

45 *Præscriptio immemorabilis non aliâ tollitur consuetudine, quàm immemorabili*, & num. 46.

46 *Præscriptio immemorabilis ne decennali consuetudine eversa dicatur, sufficit, cum hac nullam concurrere coactionem.*

47 *Consuetudo toto Orbe recepta, atque adprobata, contrariâ consuetudine tolli nequit.*

48 *Consuetudo, quâ Ordo Antonianus sibi jus vindicat benedicendi animalia in festo Sancti Antonii, & oblationes percipiendi, innititur Constitutionibus Apostolicis, ac servandæ hospitalitatis titulo.*

49 *Ex consuetudine Urbis Romæ, benedictio animalium non in alia perficitur Ecclesia, quàm in illa S. Antonii Ordinis Viennensis.*

Et Sacra Rota *aliàs censuit, non licere Ecclesiæ S. Antonii Lusitanorum animalia benedicere, ac oblationes recipere*, ibid.

50 *In his autem materiis consuetudo Urbis Romæ exemplum, ac norma totius Catholici Orbis esse debet.*

51 *Consuetudini ejusmodi omnes aliæ adhærent Civitates.*

Eidemque adhærere nolle Civitatem aliquam, turpe est, si præsertim diù illam observaverit, ibid.

52 *Magnam vim obtinet particularis observantia, coadjuvata particulari consuetudine.*

53 *Ad concludendam particularem alicujus Loci consuetudinem sufficit universalem consuetudinem probare.*

54 *Testibus optimè probatur particularis consuetudo.*

55 *Particularis observantia generali similis censetur, quousque diversa non assignetur ratio.*

56 *Consuetudo canonizata in contradictorio Judicio, contrariæ consuetudini est præferenda.*

57 *Sententia emanasse censenda est in Causa status, quoties eadem sit ratio in ea Causa, ac in similibus.*

Sententia Rotalis favore Patrum S. Antonii Viennensis lata quoad jus benedicendi animalia, ac oblationes recipiendi, censenda est emanasse in Causa status, ibid.

58 *Contra jus, alicui competens in vim concessionis Pontificiæ, universalis consuetudinis, ac onerosi etiam tituli, præscribere nemo unquam potest.*

59 *Ex Constitutionibus San. mem.* Clementis VIII., & Gregorii XIII. *Ordini Antoniano conceditur eleemosynarum collectio, intuitu hospitalitatis, ab ejusdem Ordinis Patribus exercitæ.*

Earumque Constitutionum dispositio alteri Ecclesiæ, non eamdem exercenti, convenire nequit, ibid.

60 *Consuetudo contraria alteri, legitimis undequaque titulis, atque Apostolicis Constitutionibus roboratæ, tanquam corruptela, est abjicienda, atque vitanda.*

61 *Præ-*

61 *Præsertim, si munitæ illæ sint clausulâ* Sublatâ, *ac* Decreto irritanti, *quæ vim contrariæ consuetudini adimunt.*

Jus benedicendi animalia, ac oblationes recipiendi competens Patribus Sancti Antonii Ordinis Viennensis, in Religiosos alterius Ordinis, eorum loco subrogatos, cur translatum censendum sit? num. 62., & sequ.

63 *Jus ejusmodi à Summis Pontificibus eisdem Patribus concessum fuit intuitu hospitalitatis, ab ipsis exercitæ, ideòque non istorum personæ, sed loca, eis commissa, contemplaea dici debent.*

Quænam autem verba ostendant, subrogationem aliorum Religiosorum in locum eorumdem Patrum S. Antonii, cum omnibus istorum juribus factam esse? num.64., & 66.

64 *Caussa finalis, summum Pontificem movens, ea fuisse censenda est, quæ utilior, quæ dignior est, quæque publico bono prospicit.*

65 *Mutatione personarum deservientium Ecclesiæ, & hospitali, quoties natura, & qualitas loci non mutatur, eadem jura transferuntur*, & num. 67.

68 *Benedictio animalium in die festo S. Antonii, parochialibus juribus adnumerari nequit*, & num.72., & 75.

69 *Parochialia jura præscribi possunt.*

70 *De Summorum Pontificum potestate transferendi in Patres Antonianos jus benedicendi animalia, atque oblationes recipiendi licèt id à Parochiali jure dependeret, dubitandum non est.*

Maximè, cum id Summi Pontifices fecerint majoris caussâ boni, num. 77.

71 *Hospitalitatis servandæ caussa utilior est publico bono, magisque Ecclesiæ præferenda.*

72 *Parochis servari decet, quæ ad Animarum curam spectant, ut, cum de Baptismate, sepultura, aut similibus agitur.*

Secus, cum de facultate benedicendi animalia res est, num.73.

73 *Benedicendi animalia usus invaluit, ex quo morbus sacri ignis timeri, & ope S. Antonii Abbatis curari cœpit.*

74 Sanctum Antonium *auspicem, custodemque contra vim morbi sacri ignis constituerunt Fideles, certatim ad illum confluentes.*

Ac ejus ope homines sæpè, atque animalia tanto periculo liberati sunt.

75 *Populi pietas, ac specialis cultus erga aliquem Sanctum Jus parochiale non constituit.*

Præsertim, si augmentum ejus cultus alicui Regulari Ordini speciatim commendatum sit, ibid.

76 *Benedictio frugum, uvarum, rerumque similium fieri apud antiquos Christianos consuevit.*

Et licèt cuidam Sancto *specialiter non commendaretur, adhuc non à Parochis solùm, sed in hac, vel illa Ecclesia præstabatur*, ibid.

77 *Jus parochiale tanti non est, ut consuetudini, aut indulto contraria non cedat.*

78 *Primitiæ, licèt Parocho debitæ, possunt ab aliis, vigore consuetudinis, aut contrariæ concessionis exigi.*

79 *Clandestinis actibus nulla consuetudo constitui valet, nullusque adquiri titulus.*

80 *Benedictio animalium, ex consuetudine, toto Orbe recepta, conficitur die 17. Januarii, festo S. Antonii Abbatis.*

81 *Nec potest fieri, nisi ab illa Ecclesia, quæ id festum, eâ die celebrat.*

82 *Sententiam acceptans, omnia etiam acceptasse censetur, quæ ex illa necessariò consequuntur.*

DUBIA.

Primò = *An constet de asserta consuetudine Parochi S. Savini benedicendi animalia, & recipiendi oblationes; Et quatenus affirmativè?* =

Secundò = *An sit standum, vel recedendum à decisis super secundo Dubio?*

SI expositis pluriès rationum momentis,
contrariisque argumentis pluriès submotis,
plurièsque demum Sacræ hujus Congregationis
oraculo audito, Causæ finis aliquando
afferendus erat, justè nobis pollicebamur,
alià nos non indigere defensione, remque
clarissimam, de qua agitur, dicendam
tandem esse confectam, absolutamque favore
Patrum Tertii Ordinis Sancti Francisci; Verùm,
spe justissimâ frustrati, vehementer dolemus,
cujusdam ementitæ consuetudinis nomine
fas esse Parti adversæ, novo veluti præsidio,
deploratæ Causæ suppetias ferre, cujus sanè
injustitiam satis evinceret inconstantia rationum,
ac varietas probationum, quibus Reverendi
Monachi S. Savini Adversarii sibi asserere
tentarunt Jus celebrandi diem festum Sancti 1
Antonii, ac percipiendi oblationes, eâ die
à Fidelibus elargiri solitas occasione benedictionis
animalium, per ea, quæ tradit *Rota coram Coccin. decis. 552., & cor. Dunoz. jun. decis. 731. num. 55., & cor. R.P.D. Ansaldo decis. 20. num. 34.*

In prima namque Causæ hujus propositione 2
die 20. Decembris anni 1709., propositis duobus
Dubiis; primò videlicet = *An liceat in Ecclesia S. Savini Placentiæ celebrare festivitatem S. Antonii die 17. Januarii singulis annis?* =
secundò = *An liceat Parocho ejusdem Ecclesiæ S. Savini animalia benedicere, & elemosynas accipere in eadem die 17. Januarii?* = allegabant
assistentiam Juris, faventem Parocho prò
exercitio Jurium omnium Parochialium, ac inter
illa sustinebant connumerandum esse similem
benedicendi actum, & oblationum perceptionem;
fatebantur tamen, ipsos non agere
festum S. Antonii, sed S. Savini, eâdem die
incidentem; Verùm hæc Sacra Congregatio,
agnoscens, Jus animalia benedicendi privative
ad Ecclesias, & Religiosos S. Antonii Vien-

nen-

nensis pertinere, illudque in nostros Principales translatum esse, rescripsit = *Negativè in omnibus* =.

Hâc justissimâ Resolutione Defensores Patrum Adversariorum edocti, Jura parochialia complecti minimè posse actum benedicendi animalia, die festo S. Antonii peragi solitum, opposuerunt quandam Antoniano Ordini aggregationem, pendente lite extortam, cui addebant consuetudinem immemorabilem, minimè sublatam, ut contendebant, Pontificiis Constitutionibus, favore Patrum Principalium editis; hisque freti die 10. Januarii 1710. pro nova audientia supplicarunt, sed frustrà; Nam Eminentissimi Patres inhærentes firmissimis, atque immotis fundamentis primæ Resolutionis, rescripserunt = *Nihil de nova audientia* =.

Cui tamen Rescripto minimè adquiescens Pars Adversa, sed quærens modum, quo moram injiciendo Causæ, retardare posset præcedentium Resolutionum executionem, adiit R. P. D. Auditorem Sanctissimi, & coram eo repetendo momenta omnia rationum, in Sacra Congregatione deductarum, institit pro obtinenda supersessoria, quæ die 15. mensis Januarii denegata fuit. Sed repulsâ minimè deterrita, ab incœptis non destitit; cum enim à Defensoribus nostrorum Principalium urgeretur ad purgationem attentatorum, quæ interimcommiserat; illa excludere curavit, non quidèm allegando Jus Parochiale, aut aggregationem, sed obtendendo immemorabilem; cujus auxilio novam quoque audientiam postulavit, propositumque assecuta fuit; Nam Sac. Congregatio rescripsit = *Non constare de attentatis, & quoad novam audientiam arbitrio Reverendissimi Ponentis*, qui Causam reproponi mandavit, sub consueto Dubio = *An sit standum, vel recedendum à decisis*? =.

In hac propositione Pars adversa conatus omnes impendens, omnia argumenta, jam deducta, rejectaque, in medium rursus protulit, licèt illa aliquando omittens, ac diversum, & penè contrarium, prout implicandæ Causæ ratio exposcebat, defensionis genus adhibens, suo etiam judicio levia esse, docuisset. Uti autem justa erant præcedentia Decreta, nobis favorabilia, sic illa constanti, immotoque animo servans hoc Sacrum Tribunal, respondit die 19. Septembris 1710. = *In decisis, reservato solùm Jure probandi assertam Consuetudinem* = Ob hanc secundam Rescripti partem Patres Adversarii assurgentes in spem, novarum probationum colore, diutiùs producendi litem, licèt ignari non essent, se nunquam assertam immemorabilem, in secunda, & tertia Instantia nobis oppositam, deinceps probaturos; nihilominùs, productis articulis, & prævià citatione ad dicendum contra Jura, nec non aliâ ad concordandum de Judice, obtinuerunt ab Eminentissimo D. Cardinali Gozzadino, tunc Causæ Ponente, Judicis deputationem ad effectum examinandi Testes hinc indè; Confectoque coram eodem remissoriali Processu, illoque ad Urbem transmisso, subscribi etiam curarunt ab Eminentissimo D. Card. Grimaldo, suffecto in locum Eminentissimi Gozzadini, præinserta Dubia, in quibus quæritur; primò = *An constet de asserta consuetudine Parochi S. Savini benedicendi animalia, & recipiendi oblationes, & quatenus affirmativè*? = secundò = *An sit standum, vel recedendum à decisis super secundo Dubio*? =

Sub obtentu itaque pluries nobis oppositæ, semperque rejectæ consuetudinis immemorabilis, redintegranda nobis est lis, de qua tandem ab Eminentissimis PP. penitus decernendum speramus, respondendo, quoad primum dubium = *Negativè* = & quoad secundum = *In decisis* = Fundamenta siquidem præcedentium Resolutionum suo loco moveri minimè possunt prætextu immemorabilis, ex adverso allegatæ, cum illam assistere non probetur RR. Monachis Adversariis; probetur verò concludentissimè, eam opitulari RR. PP. Principalibus nostris; Imò verò, quatenùs consuetudo isthæc Adversariis faveret, non idcircò iidem asserere sibi possent Jus percipiendi oblationes, quæ occasione benedictionis animalium dantur à fidelibus, quia Summi Pontifices eximiis privilegiis donantes Ordinem, & Hospitalia S. Antonii Viennensis, eisdem concesserunt Jus, de quo agitur; illudque unà cum Præceptoria transivit ad Patres Principales nostros, loco Religiosorum Ordinis Antoniani subrogatos, & hospitalitatis exercitio addictos.

Prima nostri assumpti pars probatur ex Processu remissoriali, in quo nedum testes, pro parte Principalium examinati; verùm etiam ipsi contrariis testes, ad instantiam Parochi Adversarii adducti, non modò immemorabilem, sed quamcumque aliam legitimam consuetudinem excludunt, quinimò illam disertè asserunt, ac plenè constabiliunt favore Principalium. Remque ordiendo à testibus, ad eorum instantiam examinatis, unum prò cunctis dedisse sufficeret testem, præclarum nempè, egregiumque virum D. Comitem Hieronymum del Verme, fratrem Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis del Verme: hic verò agens sexagesimum octavum annum, ætas sanè exuberans ad probandam immemorabilem, super tertio interrogatorio inquit = *Da nove anni in quà, io mi sono portato quasi tutti gl' anni alla Chiesa di S. Savino &c. e per tal tempo hò veduto benedirsi da un Prete alla detta Chiesa di S. Savino li Cavalli, cosa, che prima non avevo mai veduta, e la giudicai una novità* = Et super quarto interrogatorio respondit = *Quanto alli PP. di S. Antonio dal mio ricordo, e così dal tempo di mia età d'anni dieci in circa à questa parte avendone io sessant' otto, hò veduto darsi tale benedizione, & anche sentitolo à dire, e quanto à i PP. di S. Savino, da nove in dieci anni in quà solamente* = At verò, si ut immemorabilis à Parte adversa legitimè probata dici posset, oporteret, ab ea proferri testes, qui dicerent, se semper vidisse, & audivisse die festo S. An-

S. Antonii animalia benedici à Paroco S. Savi-
2 ni, imò id sibi à Majoribus suis traditum, nec unquam vidisse, aut audivisse contrarium, juxta famigeratam *Glossam in cap. 1. de præscript. in 6.*, en, quod quævis immemorabilis excluditur supereminenti testimonio hujus testis, ajentis, quinquaginta octo annis contrarium vidisse, &, uti novitatem, improbantis id, quod nuperrimè attentari cæpit à Parocho Sancti Savini.

Disertissimè etiam id asserit R. D. Joseph Molinarius Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Placentiæ, agens suæ ætatis annum sexagesimum nonum, qui pariter ad tertium interrogatorium, ait = *Saranno da pochi anni in quà,*
3 *che hò sentito à dire, che li Padri di S. Savino anno fatta la benedizione de' Cavalli il giorno di S. Savino nella præsente Città* = quique scientiæ validissimam causam affert eo loco = *Questo posso deporre, perche io sono stato, e sono Canonico nella Cottedrale di Piacenza, benchè da alcuni pochi anni in quà io abbia un Coadiutore, & hò servita la Cattedrale per anni trentacinque in circa, & in tale occasione mentre si và ogn' anno alla Chiesa di S. Savino dal Capitolo della Cattedrale alli primi Vespri della festa di S. Sovino, & anche il giorno della festa, che cade li 17. Gennaro, e così alla mattina per celebrare li Divini Officii, & il Capitolo della Cattedrale và processionalmente, ove io sono sempre intervenute per il tempo espresso, come sopra, & in tale occasione, e tempo non hò mai sentito à dire, nè veduto, che li Padri di S. Savino facessero tal benedizione &c.; e prima ancora d'esser Canonico, essendo giovane, andavo quasi ogn' anno alla Chiesa di S. Savine nel giorno di detta festa tanto la mottina, quanto il dopo pranzo, e mai hò veduto, ò sentito à dire, che si facesse la benedizione de' Cavalli &c.*

His consonat Joannes de Soc is ætatis septuaginta septem annorum, qui licet *fosse poco discosto coll' abitazione dal Monastero, e Chiesa di S. Savino, e vi sia stato da quarant' anni in circa*, nunquam in Ecclesia S. Savini se vidisse asserit peragi benedictionem animalium, imò verò initium hujus rei commemorat his verbis = *Sò bene, che la prima volta, ch' io vidi farvi la benedizione, vidi, esservi stato condotto avanti le porte del P. Curato un Somaro, ed un Maletto per farli benedire, e questo sò, che sono pochi anni; E se d. benedizione fusse stota fatta in tempo, ch' io abitavo dirimpetto al detto Convento, è impossibile, ch' io non l'avessi veduta, e saputa* = Prætereà asserendo, se artem *di Marescalco* ibidem tunc exercuisse, ac fatendo, quod sui muneris erat hanc rem scire, addit = *E' impossibile, che non l'avessi veduta, e saputa, perche li miei Avventori tutti andavano in d. giorno a Sant' Antonio a far benedire li Cavalli, & anco vi mandavo li miei, & in somma ci andovano tutti*.

Non absimile est testimonium Rev. D. Honuphrii Tinelli Sacerdotis, unum supra sexagesimum annum agentis, qui, etsi in Parochia S. Savini ortus fuerit, ac diuturno tempore habitaverit, atque officia clericalia ipsâ etiam die festivitatis S. Savini exercuerit in ejus Ecclesia, nihilominus, ut ipse asserit = *Non viddi mai farsi benedizione di Cavalli, ò altri animali nel giorno della festa di S. Antonio nè alli primi Vespri, nè alla Messa cantata, e nè pure a tempo de' secondi Vespri* = Imò verò se semper audivisse testatur = *pubblicamente dirsi, che in quel giorno tale benedizione si dava da i Padri di S. Antonio fuori delle mura, e che le gente vè andavano* =. Hæc denique confirmat R. D. Paulus Ziloccus, ætate, & sacerdotali caractere illi par, qui affirmans, ab ineunte ætate se vidisse, ac audivisse, quod PP. S. Antonii benedictionem impartiebantur animalibus: diseretivè testimonium perhibet, PP. S. Savini hunc ritum exercere cœpisse *da otto, e nove anni in quà*, hujusque novitatis auctorem designando, ait, = *che D. Agostino divenuto Sottocurato l'inventò* =.

Paulò longiùs dicta horum testium exposuimus, ut facilius dignoscatur, quà confidentiâ sub inani immemorabilis consuetudinis colore Eminentissimis, ac Sapientissimis Patribus exadverso obtendatur novitas illa, quæ nec etiam brevissimæ consuetudinis honestum no-
men meretur, Si enim consuetudo constituitur 4
actuum frequentiâ, diuturnitate temporis, & uniformi consensu, *Ancharan. in cap. Joannes in 4. opposit. col. 2., Extr. de Cleric. conjug., & ibi Abb. num. 9. vers. ultimò oppono col. 3., Angel. instit. de jur. natur. gent., & civil. §. Ex non scripto, Curt. jun. cons. 196. num. 13. vol. 2., Add. ad Burat. decis. 495. num. 11., Rot. coram Caval. decis. 125. num. 8., & decis. 495. num. 2. part. 2. rec.*, Si consuetudo immemorabilis hoc
maxime requirit, ut de initio rei nequaquàm 5
constet, *Rota coram Buratto decis. 831. num. 6., coram Gregor. decis. 467. nu. 7., in Rec. dec. 10. num. 16., & decis. 16. num. 5. par. 9., decis. 22. num. 8. par. 10., decis. 101. num. 8. par. 14., decis. 201. num. 4., & seqq. par. 13.*, nihilque ab hominum memoria visum, auditumque fuerit in contrarium, *Abb. in cap. ultim. num. 29. de consuetudin., Tondut. quæst. benefic. lib. 1. cap. 104. prope fin., Rocc. disput. jur. select. cap. 167. num. 39., clar. mem. Card. de Luca de jurisdict. disc. 3. num. 8., Rota in Tarraconen. Parochialis de Vimbodino 15. Januarii 1706. §. De reliquo coram R. P. D. Ansoldo*; Si denique ma-
gis, quàm actus, causa ipsa agendi spectari de- 6
bet pro constituenda consuetudine, juxta theoricam *Bald. in l. 1. num. 47. C. de emancipat. liber., Castrens. cons. 437. num. 2. lib. 2., Rot. decis. 320. num. 6. coram Mantic., decis. 7. nu. 8. coram Celso, & apud Palmam decis. Lucen. 188. num. 53. tom. 2.*, nulla non modò immemorabilis, sed nec etiam ordinaria consuetudo Parti adversæ suffragari poterit, cum unanimi tot
incorruptæ fidei virorum testimonio comper- 7
tum sit, decem ab hinc annis PP. S. Savini ritum benedicendi animalia in die festo S. Antonii servare cœpisse, illiusque auctorem fuisse il

Sot-

Sottocurato S. Savini, & quidem non sinè Civium admiratione.

Recens itaque initium, causa agendi, brevitas denique temporis, si nedùm naturam, sed
8 legitimæ consuetudinis nomen ipsum perimunt, *Rota decis. 21. num. 12. coram Zarat. decis. 314. num. 7. par. 11., decis. 39. num. 10. par. 18. rec., & in Motulen. super bono jure 27. Januarii 1708. §. Et non egrediendo coram R.P.D. Ansaldo*, sic viceversa, dùm iidem nostri testes deponunt, eundem ritum servatum
9 semper fuisse in Ecclesia S. Antonii, in dubium revocari nequit, quin favore Patrum probata dici debeat consuetudo immemorabilis; *Ejus enim rei contrarii memoria certè non existit*, ut pro hac consuetudine requiritur in *cap. 1. de præscript. in 6.*; Nàm, si ætatem testium spectemus, major est illâ annorum quinquaginta
10 quatuor, quæ dumtaxat ad hunc effectum requiritur in testibus, *Valenz. cons. 33. num. 207., Osasch. decis. 101. num. 41., Rot. decis. 314. num. 3., & 4. part. 11., & coram R.P.D. Ansald. decis. 78. num. 80., Mantic. decis. 296. num. 4., & seqq., Rot. in Nullius, seu Colonien. Jurisdictionis super remissoria 11. Decembris 1697. §. His verò coram Eminentissimo de la Tremoille*; si rationem temporis, & testium verba consideremus, cum inquiunt = *Dal mio ricordo, e così dal tempo di mia età d'anni dieci &c., hò veduto darsi tale benedizione, & anche senza titolo a dire*, satis demonstrant, ipsos
11 hujus rei ab ineunte ætate certiores factos fuisse tùm videndo, tùm audiendo, quod etiam necessarium est ad hanc consuetudinem firmandam, *Abb. in cap. cum novis sub num. 5. vers. ego verò de præscript., Paris. de confident. quæst. 28. num. 260., Garz. de benefic. par. 5. cap. 9. num. 107., & seqq., Rot. decis. 224. num. 3., & sequentibus par. 14., decis. 375. num. 5., & seqq. par. 15., decis. 391. num. 1. par. 16., & dec. 136. num. 9. par. 19. rec.*; Si de unanimi consensu Incolarum Placentiæ quæramus in hac re, cujus usus ad omnes pertinere videtur, & rectè omnium consensione constituitur, ab iisdem testi-
12 bus docemur, quod ad Ecclesiam Patrum Principalium, pro obtinenda animalibus benedictione *in somma vi vanno tutti = e le genti a quella vanno*, quapropter ob comunem hanc omnium voluntatem jam non est, quid magis desiderandum videatur, ut hæc consuetudo favore Principalium stabilita dicatur, & contraria, nuperrimè inchoata, infirmetur, *Pax Jordan. lucubr. vol. 2. lib. 10. tit. 13. num. 54., & vol. 3. lib. 14. tit. 18. num. 1010., Marcian. disput. forens. cap. 24. per tot., Rota coram Merlin. decis. 523. num. 16., Rot. in dicta Motulen. super bono jure 27. Januarii 1708. §. Et non coram R.P.D. Ansaldo*; Si denique fidem, integritatemque testium spectemus, firmissimis, & sanctissimis testimoniis virorum optimorum,
13 ut inquit *Cicero pro Q. Roscio Comœdo*, Causa nostra communita est; Fides enim ipsis permaxima comparatur tum à causa scientiæ, quam adducunt, utpotè à plerisque illorum ab eorum officio desumptam, *Rot. coram Burat. dec. 471. num. 6., & ad ornat. clar. mem. Card. de Luca tom. 7. decis. 25. num. 10., & decis. 2. num. 24. tom. 14.*, tum ab ipsorum qualitate, nam de
D. Comite de Verme, avitâ pietate, ac nobi- 14
litate claro, usurpare possumus illud Ciceronis pro M. Cœlio = *Recito testimonium Luceji? quid expectatis amplius? an aliquam vocem putatis ipsam pro se causam, & veritatem posse mittere? hæc est litis defensio; hæc ipsius Causæ oratio, hæc una vox veritatis*. Alii verò testes 15
caractere Sacerdotali insigniti sunt; Si autem aliis ex nostris testibus fidem conciliat nobilitas, *Rot. decis. 729. num. 20. par. 18. rec., & ad ornat. clar. mem. Card. de Luca tit. de testam. decis. 6. num. 26.*, aliis verò Sacerdotale munus, *Rot. coram Seraph. decis. 1128. num. 1., & decis. 1166. sub num. 1.*, cum aliis per *R.P.D. Ansald. de commerc., & mercat. disc. 52. n. 10., Rota in Bononien. Dotis, & Bonorum 14. Junii 1688. §. Non solùm coram Reverendiss. D. Hervault Archiepiscopo Turonen.*, de eiidem dicere nobis licebit, quod pro *Q. Roscio Comœdo*, ait idem *Cicero = Testes dicam ordine esse Senatores, ætate grandes natu, naturâ sanctos, & religiosos, fortunâ, & copiis rei familiaris locupletes =*.

Hujus autem generis non sunt probationes contrariæ consuetudinis, nec cum nostris comparandi contrarii testes, non enim eâ ætate
sunt, neque ità testimonium perhibent de visu, 16
& de auditu à Majoribus, nec denique adeò carent exceptionibus, ut eorum testimonio constabilita censenda sit consuetudo immemorabilis; ad quam probandam, si antè motam litem eos agere oportebat suæ ætatis annum saltem quinquagesimum quartum; si testificari tenebantur de visu per quadraginta annos, post decimum quartum ætatis annum, si nedum vidisse, sed asserere debebant, sic rem se habere
audivisse à suis Majoribus, qui faterentur, hoc 17
etiam ab aliis Majoribus accepisse, ità quidem, ut nihil unquam memoriâ hominum visum, auditumque fuerit in contrarium, *Gloss. in cap. 1. verb. memoria de præscript. in 6., Gratian. discept. 918. num. 39., Franch. decis. 56. num. 7., & seqq., Rota coram Cavaler. dec. 140. num. 1., decis. 24. num. 15. par. 10., decis. 101. num. 1., & seqq. par. 11. rec., Rot. in Colonien. Præcedentiæ 1. Julii 1695. num. 11. coram bon. memoriæ Muto*, hæc ferè omnia desiderantur in contrariis tum testibus, tum probationibus, perspicuum namque fit ex processu remissoriali, quod sex testes à Parte adversa formiter examinati, non omnes versantur in ætate annorum quinquaginta quatuor, quodque in re gravissima tale ferunt testimonium, ut nec immemorabilem concludant, nec aliam ordinariam consuetudinem comprobent.

Percurrendo namque ipsorum dicta, legimus, Albertum Ferrari testatum fuisse, quod Monachi S. Savini nunquam celebraverunt festivitatem S. Antonii; quod ipse non aliam scientiæ causam habet benedictionis, dicto die

festo in Ecclesia S.Savini impartitæ animalibus,
& oblationum susceptionis, quàm eam, dedu-
ctam à visu magnæ quantitatis animalium pro-
28 pè dictam Ecclesiam; Quodque demum spatio
quadraginta annorum hoc vidit, fatendo ta-
men, intrà idem tempus se quatuor annis
abfuisse ab eadem Ecclesia die 17. Januarii; hic
itaque testis haudquaquam testimonium ferens
de auditu à suis Majoribus hac de re instructis
ab aliis senioribus, jam deficeret in hoc præci-
puo, gravissimoque requisito consuetudinis im-
memorabilis, *Marcian. disputat. forens. cap. 24.
per tot.*, *Marescot. variar. resol. lib. 2. cap. 100.*,
& cap. 101. per tot., *Rot. decis. 97. num. 3.
par. 13.*, sed gravius deficit in eo, quod, si con-
19 suetudo probanda est specialiter in præciso ca-
su, de quo est quæstio, omni prorsùs extensio-
ne, ac interpretatione prohibitâ, *Alexand.
cons. 196. num. 14. lib. 2.*, *Natta cons. 575.
num. 15.*, *& consil. 600. num. 2.*, *Roland. cons.
53. num. 39. vol. 3.*, *Marescot. variar. resol.
cap. 100. num. 5.*, *& seqq. lib. 2.*, *Mans. consult.
288. num. 15. 16. tom. 2. cons. 550. num. 6.*, *& 7.
tom. 6.*, *& cons. 794. num. 26. tom. 8.*, si ex
30 actu difformi, ac æquivoco consuetudo non
probatur, latè *Prat. discept. forens. cap. 36.
num. 14.*, *& seqq. lib. 1.*, *Rot. decis. 162. n. 6.*,
& 7. coram Ludovis., quà ratione dici poterit, de
consuetudine benedicendi animalia deposuisse
eum testem, qui solùm vidisse fatetur magnum
animalium numerum propè Ecclesiam S. Savi-
ni! Debuerat testari, se adfuisse benedictioni?
debuerat docere, se aspexisse Parochum, obla-
tiones recipientem; de his autem, in quibus
Causæ pondus residet, nullam prorsus ille men-
tionem facit, ac locum relinquit justæ creduli-
tati, quod animalia, congregata in eo loco
fuissent vel causâ illa vendendi, vel pro usu eo-
rum, qui eodem solemni die ad Civitatem ac-
cedebant, vel ex alia simili causa. Prout etiam
31 dici nequit, hunc testem integro, & continuo
quadraginta annorum tempore id ità observa-
ri vidisse, si fatetur, se quatuor annis non ac-
cessisse ad ipsam Ecclesiam, *Bartol. in leg. Cel-
sus ff. de usucap.*, *clar. mem. Card. de Luc. de ju-
risd. disc. 3. num. 11.*, *disc. 11. num. 7.*, *Ca-
putaquen. decis. 290. par. 3.*, *Rot. cor. Caval.
decis. 213. num. 1.*, *& seqq.*

Quantum verò deferendum sit Danieli La-
ctantio, patet ex eo, quod frater est unius ex
Monachis adversariis, ut ipse fatetur, juxtà
novum interrogatorium, quodque fungitur
munere Magistri Ceremoniarum Episcopi Pla-
centini, qui ad sustinendam contràriam infor-
mationem, huic Sacro Tribunali missam super
hac controversiâ, ità se, tantòque conatu oppo-
suit Principalibus, ut anno 1710. mense Janua-
32 rii exequi noluerit Resolutiones Sacræ hujus
Congregationis. Nulla autem fides præstanda
esse videtur huic testi, quia frater Religiosi de
cœtu contrario, ut, omissis generalibus, ad rem
nostram tradit *Rota ad ornat. Card. de Luca tit.
de regular. decis. 17. num. 7.*, *& 8.*, atque
33 etiam quia Officialis Episcopi, *Card. de Luca de
regul. disc. 24. num. 6. vers. ubi benè*, *Gratian.
discept. forens. cap. 374. num. 2.*, *& 3.*

Depositio Augustini Donati redundat innu-
meris contradictionibus; mox enim inquit,
nullum in Ecclesia S. Savini fuisse Altare S.An-
tonio Abbati dicatum; mox addit, sex ab hinc 24
annis dictum Altare fuisse erectum; mox du-
bitat, an S. Antonio, an Angelo Custodi dedi-
catum fuerit, tandemque asserit, quod illud
verè est Angelo Custodi sacrum; pari etiam in-
constantiâ nunc ait, quod ipse constitutus erat
in ætate septendecim, vel octodecim annorum,
cum primùm vidit in eadem Ecclesia benedi-
ctionem animalium; nunc verò dicit, se tunc
fuisse annorum duodecim, aut tresdecim; ce-
terum, ne singulas contradictiones, ac inveri-
similitudines referamus, juxta sextum interro-
gatorium asserit, quod ipse non semper com-
moratus fuit in Civitate Placentiæ in festivitate
S. Savini, & super septimo interrogatorio te-
statur, quod quatuor solùm vicibus interfuit in
dicta Ecclesia huic benedictioni; quantum au-
tem postrema hæc repugnant probationi cu-
juscumque consuetudinis, tantum allatæ con-
tradictiones efficiunt, ne huic testi fides ulla
adhibeatur, *Felin. in cap. cum à nobis num. 11.
de testib.*, *Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 73.
num. 15.*, *Rota decis. 420. num. 4.*, *& 5. par. 5.
& in Romana Donationis 17. Aprilis 1711.
§. 40. cor. R. P. D. Ansaldo.*

At quodnam testimonium melius illo D.Co-
mitis Morandi de Morandis afferri poterat fa-
vore Patrum nostrorum Principalium! Ille in-
quit, animalia Civitatis pro majori parte duci
ad Ecclesiam S. Antonii nostrorum Principa-
lium in ea ritum benedicendi animalia cele-
brari devotionis causâ ergà S. Antonium eo lo- 25
co, eoque die, quo ipse solemniter colitur;
nunquam ipsum à senibus audivisse, quod mos
esset tali benedictione donandi animalia in
Ecclesia S. Savini; ipsum etiam ob id non ad
hanc Ecclesiam, sed ad illam S. Antonii suos
equos misisse, secutum in hac re sui Patris ve-
stigia: fatetur quidem, se vidisse Patres S. Sa-
vini hoc ritu usos in eorum Ecclesia, at dua-
bus solùm vicibus hoc aspexisse, seque abfuisse
à Civitate Placentiæ annis 1688., 1698., &
1702.; Profectò non est, cur nostrâ oratione
confirmare quæramus gravissimum hoc, cla-
rissimumque testimonium viri, omnium te-
stium ab Adversariis adductorum, spectatissi-
mi, omnique exceptione vacui.

Neque etiam nos immorari longiùs oportet
super testimonio Jacobi Marchetti, qui sexa-
gesimum annum ætatis agens, optimàque præ-
ditus memoriâ, ut asserit juxtà quintum inter-
rogatorium, constanter firmat super octavo =
*Da che sono al Mondo, non hò mai veduto bene-
dir cavalli, o altri animali*, undè, si postea di- 26
cit, animalia ad Ecclesiam S. Savini perducta
fuisse, ibique benedictionem recepisse, hoc
ex propria credulitate affirmat, inquiens = *Cre-
didi, & certè credo* =, quapropter nulla ei fides
adhibenda est, *Rota coram bon. mem. Emerix
Ju-*

Junior. decis. 132. *num.*5., & *decis.* 195. *num.*
10., & *decis.*612. *num.*8., *decis.*1055. *num.*5.,
& *in Salamantina Juris conferendi* 21. *No-*
vembris 1708. §. *Depositiones coram R. P. D.*
Falconerio.

Sed breviter perstringemus contradictiones
ultimi testis, qui in fide ab eo subscripta, ju-
rando, dixit = *che in tempo di sua vita, e di*
sua memoria ha sempre veduto benedire li caval-
li il giorno di S. Antonio Abbate dal P. Curato
di S. Savino, & aver sentito dire da suo Pa-
dre, e da altri suoi Maggiori, Parenti, & A-
27 *mici, che detta benedizione s' era sempre data,*
à ricordo loro, dai Curati pro tempore di S. Sa-
vino. = Deindeque in examine formali testa-
tus fuit, per spatium vigintiquinque anoorum
vidisse, benedictionem animalibus impartiri,
modò in Ecclesia S. Antonii, modò in illa S.
Savini: vidisse autem, quod hic ritus per qua-
tuordecim vices expletus fuit in Ecclesia S. Sa-
vini: nihil verò de hoc uoquam se audivisse à
suis Majoribus, ut sub octavo, & nono inter-
rogatorio: quâ igitur ratione perpetuus ille
mos Ecclesiæ S. Savini benedicendi animalia,
in prima ejus testificatione declaratus illis ver-
bis - *In tempo di sua vita, e di sua memoria ha*
sempre veduto, = restrictus fuit in sequenti exa-
mine ad quatuordecim vices! quonam modo
actus benedicendi, qui, *Per sua memoria, e*
per ricordo de' suoi Maggiori, expleti *semper* ab
eo dicebantur à Parocho S. Savini, convenire
potest affirmationi, quod iidem actus etiam in
Ecclesia S. Antonii conficiebantur! qua demùm
audaciâ, & quâ inconstantiâ notandus est te-
stis, qui posteaquam testimonium perhibue-
rat *Aver ciò sentito dire da suo Padre, e da*
altri suoi Maggiori Parenti, & Amici &c.,
affirmat, nunquam hoc audivisse à suis Majo-
ribus!

Præterea hic testis ad primum interrogato-
rium respondit, quod tàm æstate, quàm hye-
me abfuit sæpissimè à Civitate Placentiæ, per-
28 egrè lustrans vicinas Regiones, & juxtà nooum
interrogatorium inquit, se interdum alibi,
quàm Placeutiæ commoratum fuisse io ipso
die festivitatis S. Antonii, undè ob istam ab-
sentiam instrui nequivit de consuetudine, *Spe-*
rell. decis. 179. *num.* 40., *Pax Jordan. lucu-*
*brat. volum.*2. *lib.*10. *tit.*13. *num.*54., & *tit.*18.
*nu.*1010., & *seqq.*, quæ non uoo, aut alte-
ro, sed continuis actibus perficienda est, *Me-*
*noch. cons.*545. *sub num.*21. *vers.* & *dixi requi-*
ri, *Mans. consult.*795. *num.*23., & 24. *tom.*8.,
29 prout etiam hic testis ait, se vidisse per vigin-
ti quinque annos, non verò per quadraginta,
ut requiritur, *Rot. ad ornat. clar. mem. Card. de*
*Luca decis.*17. *num.*8. *tom.*14., &, cum hisce
vicibus, quibus se dicit inspexisse Parochum
S. Savini benedicentem animalia, vidisse etiam
asserat, quod eadem benedictio conficiebatur
à Patribus Principalibus, omninò excludit de-
30 cantatam consuetudinem, utpotè quæ con-
stabiliri oequit, si de actibus contrariis apparet,
*Bero cons.*5. *num.*23. *lib.*1., *Mans. consult.*768.
*num.*15., & 16., & *consult.*773. *nu.*16., *Ro-*
*ta decis.*136. *nu.*14. *part.*6., & oeuc *decis.*153.
*num.*17., & *seqq. part.*13. *rec.*

Jam verò demoastratum videri potest, nul-
lam efficacem consuetudinem exadversò pro-
batam dici posse, non quadragenariam, non
centeoariam, mioùs denique immemorabi-
lem, de qua disceptamus, quæ si, ut diximus,
tunc demum probata dicitur, cum testes testi-
mooium perhibeut de visu per quadraginta 31
aonos: cum io ætate quinquaginta quatuor
annorum versantur: cum ipsos rem audivisse
fatentur à suis Majoribus, qui id ab aliis ma-
joribus perceperunt: cum inquiunt, contrarium
nunquàm servatum fuisse, ac ità negativam
coarctant, ut, ipsis ignaris, asserant, aliter rem
se habere non potuisse: cum denique testantur
de publica voce, & fama, ut ultra auctorita-
tes adductas docent *Pax Jordan. lucubrat. vol.*
2. *libr.*10. *tit.*13. *num.* 54., *Roc. disput. Jur.*
*cap.*167. *num.*22., & *seqq.*, *Sperell. decis.* 69.
*num.*1., & *seqq.*; Profectò ea firmata dici ne-
quit contrariis testibus non in ætate necessa-
ria constitutis, non Majorum scientiam affe-
rentibus, oon famam, non publicam vocem
exprimentibus, imò verò actus assertæ Con-
suetudini contrarios, & quidem tempore an-
tiquiores, ac numero majores referentibus,
fatentibus etiam, se diu à loco controversiæ, ac
die festivitatis S. Antonii abfuisse, tot denique
exceptiones patientibus, probationi consuetu-
dinis repugnantes, ut efficiant, ne eorum dicta
ad probandam hanc Immemorabilem simul 32
conjungi possint, quia singuli testes cum addu-
ctis requisitis debent explicitè testificari, alio-
quin illam minimè concludunt: *Neque enim*
agitur, ut in proposito ait *Pax Jordan. lucubr.*
*vol.*2. *lib.*10. *tit.*13. *num.* 56., *de probandis illis*
requisitis, sed de probanda Immemorabili, quam
nisi singuli testes concludant, probata fuisse di-
ci non potest.

Immò verò, etsi carerent hisce defectibus,
ad concludendum ipsam consuetudinem nul-
la nihilominus fides adhibenda iisdem esset ob
alias, quibus obnoxii sunt, exceptiones de- 33
sumptas, tùm à dicto ob plerasque contradi-
ctiones, ac inverisimilitudines, cum præser-
tim inter se contestes oon sint, tum etiam à
persona ob affectionem erga Partem adversam,
ac ob vilem eorumdem qualitatem præsertim
in concursu nostrorum testium, qui, utpotè 34
magis idonei, dignique sint, aptissimèque
consuetudioem non Adversariis, sed Patribus
Principalibus assistere doceant, contrariis testi-
bus essent omoinò præferendi, ut ioquit *Gloss.*
*in cap.*1. *de præscript. in* 6. *verb. memoria* his
verbis = *Quid ergò si utraque pars probat? tunc*
præferuntur testes magis idonei, &, qui dicunt
vidisse contrarium, deberent præferri, cum alii
satagant negativam. =

Ex qua *Glossæ* Sententia submovetur obje- 35
ctio, quod nostri testes testimonium ferant de
negativa, ideòque magis deferendum sit te-
stibus Adversariorum affirmantibus, quàm

noſtris negantibus, nam io conflictu teſtium ſi
præferendi ſunt illi, *qui dicunt*, *vidiſſe con-*
36 *trarium*, ejus nempe rei, de cujus conſuetu-
dine quæritur, procul dubio prævalebunt no-
ſtri teſtes, præſertim verò, quia negativa in
caſu noſtro conjunctam habet affirmativam,
nam ſi noſtri teſtes affirmativè aſſerunt, fe-
ſtivitatem Sancti Antonii, & ritum benedi-
37 cendi animalia celebratum ſemper fuiſſe in
Eccleſia noſtra, &, nonniſi decem ab hinc an-
nis id peragi cæpiſſe ab Adverſariis, negativa
illorum teſtificatio neceſſariò connexa eſt
cum affirmativa, atque etiam quia non ità
concludenter teſtes contrarii probant affirma-
tivam, ut noſtri teſtantur de negativa; Tum
denique quia non verſamur in actu inſtanta-
neo, ſed ſucceſſivo, & continuato in quolibet
anno, quo caſu cum negativa æquè, ac affir-
38 mativa cadat ſub cognitione teſtis, nulla con-
ſiderari ſolet differentia inter affirmativam, &
negativam, maximè, ſi hæc fulcitur conclu-
denti causâ ſcientiæ, *Farinacc. de Teſtib. quæſt.
65. num.200., & ſeqq., Sperell. deciſ.178.num.
28., & ſeqq., Rot. deciſ. 323. nu.5. part.9. rec.*

Jure igitur, meritòque, tum in præteritis,
tum in hodierna Cauſæ propoſitione impro-
peravimus Parti adverſæ, hanc Immemorabi-
39 lem ab ipſa deductam fuiſſe ut oovas Cauſæ
moras interponeret, quo ſolo nomine illa re-
ijcienda omninò fuiſſet, *Rota in Burgen. Ju-
riſdictionis ſuper remiſſoria 2. Junii 1708.
§. Undè de primo coram R. P. D. Lancetta*;
Noverat ſiquidem, ſe miuimè edere, nec af-
ferre poſſe probationes illas, quas polliceba-
tur, nam oſtentavit ferè centum teſtes, eoſ-
que ob perſonæ dignitatem nulli obnoxios ex-
ceptioni, pollicendo, quod hi teſtes ad exa-
men formale vocandi erant; At non hi teſtes
numero, & qualitate præclari adducti poſtea
fuerunt coram Judice remiſſoriali, verùm ſex
tantùm perſonæ tenuis conditionis, atque ad-
40 dictæ ſervitio Patrum Adverſariorum; proin-
deque repellendæ à teſtimonio ferendo, *Maſ-
card. de probat. concluſ.1356.cum ſeqq., Clar. in
§. final. quæſt. 24., Gratian. diſcept. 277., &
paſſim apud alios*, maximè, cum quæritur de
conſuetudine, ad cujus probationem requi-
41 runtur teſtes quacumque exceptione majores,
*Menoch. de Primog. lib.6.cap.6. num.30. in fin.,
Rot. coram R.P.D. Anſald. deciſ. 78. num.77.,
& ſeqq.*

Fruſtra verò diceretur, quod, tametſi con-
trarii teſtes Immemorabilem mioimè evin-
cant, fortè tamen probent aliam brevioris
42 temporis conſuetudinem; Nam Pars adverſa
Immemorabilem allegavit, & de hac Im-
memorabili locuti fuerunt contrarii teſtes in
eorum dictis extrajudicialibus, ac demum ean-
dem præſeferunt articuli, exadverſo producti
ad effectum formandi interogatoria; Si igitur
allegata, ſi aſſumpta fuit probatio Immemo-
43 rabilis, teſtes ita teſtificari debebant, ut Imme-
morabilem omninò concluderent. Et quam-
vis EE. PP. hoc verbum *immemorabilem* haud
quaquam expreſſerint in ultimo Reſcripto, quo
dictum fuit = *reſervato Jure probandi aſſertam
Conſuetudinem*, illud tameo intelligitur com-
prehenſum eo alio verbo *aſſertum*; quod re-
fertur ad preces de Immemorabili loquentes,
juxtà quas Reſcriptum declarandum eſt, *Rota* 44
*coram Emerix deciſ. 1042. numer. 7., & deciſ.
1175. num.2.*

Eoque certiùs, quia Pars adverſa alterius
ordinariæ conſuetudinis probatione juvari non
poterat, nam, ſi præſcriptio immemorabilis
non alià tollitur conſuetudine, quàm Imme- 45
morabili, *leg. nemo §. Temporaria ff. de regul.
Jur., Abb. in Cop. auditis in ultim. notab. de
præſcript., Gonzal. ad Reg. Cancell.8., Gloſſ.7.
num.25., & ſeqq., Rota coram Buratt. deciſ.
734. nu.10., & coram Emerix Jun. deciſ. 528.
nu.11.*, noſtri verò teſtes, imò unus etiam ex
teſtibus contrariis concludunt, Patribus Princi-
palibus noſtris aſſiſtere Immemorabilem, ab
ipſis ſemper allegatam, certum eſſe videtur,
quod Pars adverſa indigebat probatione con-
ſuetudinis Immemorabilis, munitæ omnibus
illis requiſitis, quibus à præſcriptione, Ad-
verſariis aſſiſtente, vinci poſſet conſuetudo no-
bis favorabilis. Hæc enim vinci nequit ſolâ il-
lâ decennali conſuetudine, probatâ ab utriuſ-
que Partis teſtibus, utpotèquæ eo ſolo nomi- 46
ne inſufficiens dicenda eſſet, quia cum ea oon
concurrit coactio Principalium, ut opus foret,
*Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de renovat. quæſt. 1
num.30. in fin., & quæſt. 6. num. 11. in fin.,
Card. de Luca eodem tit. diſc.8. num. 2., Palm.
deciſ. Lucen.188. nu.41. tom.2.*

Prima Cauſæ pars confecta eſt; ſupereſt alia,
quâ quæritur, *An caſu, quo conſtet de conſue-
tudine contraria, ſtandum, vel recedendum ſit* 47
à deciſis? Et io deciſis perſiſtendum eſſe, vide-
retur, nullo numero habitâ quacumque con-
trariâ conſuetudine, quæ corruptela, ac abu-
ſus, injuſtæque æmulationis nomen merere-
tur; adverſaretur enim conſuetudini, quâ,
quàm latè Chriſtianus Orbis effunditur, Ordo
Antonianus Jure ſibi vindicat facultatem bene-
dicendi animalia, ac percipiendi oblationes;
Quæ conſuetudo innititur Conſtitutionibus A- 48
poſtolicis, hoc illi, veluti præcipuum, per-
mittentibus; ac fulcitur eo eximio titulo ſer-
vandæ ab eodem Ordine hoſpitalitatis, quæ
quantùm hominibus utilis eſt, dignaque habe-
tur Chriſtianâ diſciplinâ, tanto Patres Anto-
nianos onere afficit, ita quidem, ut meritò
Summi Pontifices, omneſque fideles unanimi
conſenſu illis prudentiſſimè tribuerint oblatio-
nes, ab hac animalium benedictione colli-
gendas.

Supervacaneum profectò videri poſſet hæc
longiùs comprobare; Nam EE. PP. ob hanc
conſuetudinem, toto Ordo receptam: ob has
Pontificum Conſtitutiones: ob hoc onus hoſ-
pitalitatis, ſapientiſſimè hactenùs reſcripſerunt
in hac Cauſa favore Patrum Principalium, qui-
bus, utpotè ſubrogatis Ordini Antoniaro in
Præceptoria S.Autooii Placentiæ, ejuſque one-
ra

ta sustinentibus nequaquam dubitarunt, dicen-
dum esse, competere eadem Jura, quibus idem
Ordo fruitur.

Porrò allegare sufficeret observantiam Urbis
Romæ, in qua nemo non videt, quod anima-
lia benedictio redonantur dumtaxat in Ecclesia
49 S. Antonii Ordinis Viennensis, idque adeò in
hac Urbe servatur, ut, exortâ simili contro-
versiâ inter Ecclesiam S. Antonii Lusitanorum,
& illam PP. S. Antonii Viennensis, *Sacra Ro-
ta* censuerit, non licere Ecclesiæ Lusitanorum
animalia benedicere, & oblationes accipere,
*ut in una Romana Juris celebrandi 27. Janua-
rii 1708. cor. R. P. D. Priolo*, ex quo duo ad
propositum assequimur.

Primum, turpe admodum, absonumque vi-
deri, ut Pars adversa introducere aggrediatur
Placentiæ consuetudinem contrariam illi Urbis
50 Romæ, quam in hisce materiis exemplum, ac
normam decet esse totius Orbis Catholici,
*Vincent. de Franch. decis. 253. nu. 6., Pauimoll.
decis. 1. annot. 3. num. 19. & num. 20., Rot. cor.
R.P.D. Ansaldo decis. 25. n. 15.*, imò verò tur-
pissimum esse censendum est, quia, quotquot
aliæ Civitates Christiano nomine insignitæ
sunt, eæ omnes adhærent huic Romanæ con-
suetudini; Quinimò in ipsa Civitate Placen-
tiæ idem mos jamdiu observatus fuit, adeout
51 contrà illum decem tantùm ab hinc annis Pa-
tres Adversarii attentare cœperint, ut prose-
quitur *Rota dicta decis. 25. num. 15. vers. quid
dicendum coram R. P. D. Ansaldo*; Quæ parti-
cularis observantia magnam vim proculdubio
52 obtinet, utpotè coadiuvata tùm consuetudine
generali, *Text. in cap. cum olim de consuetudin.,
& in cap. ad Apostolicæ de decim., Menoch.
cons. 96. num. 22., Rot. coram Dunozett. Junior.
decis. 541. num. 3., & in recent. decis. 786. n. 6.
part. 8. tom. 2.*, quam alioquin solam sufficere
ad probandam consuetudinem alicujus Loci
53 particularis, tradunt *Joann. de Annia in cap.
in Genesi num. 5. de election.*, ibi = *& probatur
hic, quod ad concludendum consuetudinem par-
ticularem alicujus loci, sufficit probare consue-
tudinem universalem*, tùm etiam testibus de
hac particulari consuetudine locupletissimum
testimonium perhibentibus, *D. Advocat. Piton.
54 discept. Eccles. 24. num. 26., Rota in Leodien.
seù Aquisgranen. Canonicatus 20. Junii 1701.
§. Tùm etiam clar. mem. Card. Caprara*, ubi,
quod particularis observantia similis censetur
55 generali, quousque diversa ratio non assignetur
concludentissimè.

Secundum, quod consuetudo isthæc, con-
sensu omnium gentium adprobata favore
56 Ordinis Antoniani, canonizata dicenda est in
contradictorio Judicio, ideoque præferenda
contrariæ consuetudini, solemni judicio mini-
mo confirmatæ. Profectò Sententia Rotalis
lata favore Patrum ejusdem Ordinis contrà Ec-
clesiam Lusitanorum emanasse censenda est in
57 Causa status ob identitatem si non loci, si non
personarum, saltem rationis, quà Patres Vien-
nenses prout in illa Causa, ità in similibus pro-
culdubio vincere debent eos omnes, qui sibi
arrogare contenderent idem Jus benedicendi
animalia, *leg. ingenuam 8. ff. de Stat. homin.,
Gonzal. ad regul. Cancellar. Gloss. 9. §. Primò
num. 84. & seqq., Rot. cor. Bich. decis. 284.
num. 4., & decis. 98. num. 14. coram Ottbobon.,
& decis. 38. num. 11. coram R. P. D. Ansaldo*:
Recepta namque ubique consuetudo: Onus
hospitalitatis: Constitutio Pontificia, quibus
Patres Viennenses tuentur privativum Jus ani-
malia benedicendi, quibusque de caussis *Rota* il-
lud contrà Ecclesiam Lusitanorum iisdem Pa-
tribus sartum, tectumque servavit, victoriam
illis æquè parare debet ubique gentium, &
contrà quoscumque; nàm ubicumque vis ma- 58
gna est concessionis Pontificiæ: major consue-
tudinis generalis, maxima denique tituli one-
rosi, adeoùt contrà hæc validissima Patrum
præsidia nemo ullo Jure præscribere unquàm
posset, *Cap. ultim. de consuetud., ubi Gloss.*, &
communiter scribentes, *& cap. si eo tempore
ff. de Præbend. in 6., Gonzal. ad regul. Cancel-
lar. Gloss. 60. num. 12. & seqq., Rota coram Bu-
ratto decis. 831. sub num. 3. & 4., & in rec. de-
cis. 224. num. 8. part. 11., & cor. Emerix Jun.
decis. 237. num. 11. & 12.*

Referre omittimus Constitutiones san. mem.
Clementis VII., & *Gregorii XIII., Bullar.
Roman. Constitut. 73.*, quibus Ordini Anto-
niano conceditur privilegium colligendi elee- 59
mosinas, ut illæ *convertantur dumtaxat in usus
pauperum Infirmorum, & Ministrorum deser-
vientium Hospitalibus ejusdem Ordinis*. Quan-
doquidem hæc Bullæ adhibendo verba, causam
finalem præseferentia, & clarissimè collectio-
nem eleemosynarum concedendo contempla-
tione hospitalitatis, convenire nequeunt illi
Ecclesiæ, in qua simile hospitalitatis officium
minimè exercetur; Ideoque, cum toto Orbe
Catholico Patres Antoniani, seù Præceptoriæ,
ipsis commissæ, impleant idem munus hospi-
talitatis, eisdem Bullis commendatum, non
est, cur, omisso tali onere, in quo causa fi-
nalis hujus concessionis versatur, alia Ecclesia
colligere contendat oblationes, tanto bono,
adeoque pio, ac necessario usui destinatas.

Ex quibus sequitur, quod contraria consue-
tudo, quà PP. Adversarii se tueri contendunt, & 60
cui illi nuper initium dare tentarunt, afficien-
da omnino sit censurâ *Nicolai Papæ in cap.
Mala autem Consuetudo dist. 8.* = *Mala autem
Consuetudo non minùs, quàm perniciosa corru-
ptela, abjicienda, & vitanda est, quæ, nisi
citò radicitùs evellatur, in privilegiorum jus ab
impiis assumitur, & incipiunt prævaricationes,
& variæ præsumptiones, celerrimè non com-
pressæ, prò Legibus venerari, & privilegiorum
more perpetuò celebrari* =, *Cepoll. cons. civil.
58. num. 17., Abb. cons. 21. n. 4. vol. 1., Cravet.
cons. 137. num. 4., & de antiquit. tempor. 4. part.
sect. Videamus num. 42., Roland. cons. 98. n. 28.
vol. 4., Valenzuel. cons. 34. num. 192. & n. 193.,
Prat. discept. 36. num. 12., Add. ad Buratt. de-
cis. 800. num. 10. vers. consuetudo*; Præsertim
vero,

verò, quià prohibita censetur ab iisdem Bullis
61 Pontificiis, utpotè munitis clausulâ *sublatâ*, ac *decreto irritanti*, vim contrariæ consuetudini adimentibus, *Abb. in cap. dilecto sub nu. 24. de Præbend. & dignit.*, *Garz. de Benefic. part.12. cap 1. num.10.*, *Rot. coram Coccin. decis.1552. num.18. & seqq.*, *coram Buratt. decis. 48. num.16.*, *in recent. decis.298. num.20. & num.25. part.19.*, *decis.77.num.8. & seqq. part. 18.*, *ad ornat.clar. mem. Card. de Luca de Jurisdict. decis.29. num.4.*, *& in Majoricen. Indultorum apud Dian part.6.fol.211. §. Nec applicari visa est immemorabilis*, *& in Hispalen Juris sedendi in Synodo 21. Junii 1697. §. Siquidem cor. bon. mem. Muto*.

Hæc autem, quæ hactenùs diximus de Ordine Antoniano, quæve argumenta illi assistere docuimus, desumpta ex consensu Catholici Orbis: Ex consuetudine Urbis Romæ: Ex so-
62 lemni judicio Sacræ Rotæ Romanæ: Ex mente Pontificum: Ex implemento demùm oneris hospitalitatis, ipsi injuncti; Ea inquam omnia jure procedunt favore Patrum Principalium, ac Præceptoriæ S. Antonii Placentiæ, ipsis à san. mem. Paulo V. concessæ. Certum namque est, Summos Pontifices Patribus Ordinis Antoniani tribuentes collectionem eleemosynarum, non adeò contemplatos fuisse personas ejusdem Ordinis, quàm Præceptorias, seu loca, illis commissa, subjectaque, in quibus nempè exerceretur hospitalitas, quæ principaliter ob oculos Sedis Apostolicæ in eisdem concessionibus versata fuit. Cujus rei probatio clarissima consurgit ex verbis ipsis Bullæ san. mem.Gregorii XIII., quibus permittitur eisdem Fratribus Sancti Antonii in illis locis, in quibus hospitalitas actu exercetur, eleemosynas perquirere atque colligere. Omnia siquidem ad loca ipsa, seu Præceptorias directa esse videntur non autem ad personas Ordinis Antoniani, ut legere licet *in Bullar. Rom. Constit.73. §.2.*

Quamobrem aut dicendum est, eam Summi Pontificis mentem fuisse, ut, si contingeret, quod Patres Viennenses desererent aliquam Diœcesim, nullà ampliùs in eorum Præceptoriis hospitalitate juvari possent pauperes ob defectum eleemosynarum, utpotè quæ percipi solùm possent à Patribus dicti Ordinis. Aut fatendum est, ità Pontificem disposuisse, ut iidem Patres, iisdem oblationibus frui possent, si ipsi in Diœcesi pauperibus servirent, sin autem illæ pertinerent ad Præceptoriam, eosque Fratres, qui in ea sustinent onera, Ordini Antoniano commissa; Cumque hoc dignius esse videatur mente Summi Potificis, qui certè, si, ut debuit, Diœcesis bono consulere voluit, asserendum est, causam finalem ejus disposi-
63 tionis fuisse curam hospitalitatis, non jam commodum Patrum Antonianorum; Nam causa finalis dispositionis ea dicenda est, quæ utilior, quæ dignior est, & quæ publico bono prospicit *Abb. in cap. postulasti num.1. de rescript.*, *& ibi Dec.n.10.*, & *in cap. super literis n.33.*, *Sanchez de Matrim. disp.21. n.8.*, *Suarez de legib. lib.8. cap.30. in princ.*

At quid his immoramur? Jam enim Pars adversa declaravit, subrogationem aliorum in collectione harum eleemosynarum, Ordini Antoniano tributarum, permissam esse, omnesque hac subrogatione donatos, jure posse easdem oblationes percipere, dum Patres adversarii post primam hujus Causæ propositionem jam destituti primo illo præsidio, à Juribus parochialibus desumpto, quo se tueri initio litis curaverant, similem subrogationem adduxerunt; Quæ subrogatio ab Eminentissimis PP. rejecta fuit, non jam quia illa prohibita sit; Verum quia, lite pendente, ab Adversariis obtenta fuit, eò quia iidem hospitalitatem non exercent, proindeque illorum subrogatio concurrere nequibat cum subrogatione facta, non ab iisdem Patribus Antonianis, sed à Summo Pontifice Paulo V., non emulationis ergo: sed causà utilitatis Diœcesis Placentinæ: non destitutà subsequenti observantià, sed firmatà consuetudine immemorabili.

Quantum autem certum esse videtur, quod etiam aliis personis, quam Patribus Ordinis Viennensis competere possunt oblationes, de quibus agitur, dummodò obtineant Præceptorias S. Antonii, in quibus vacent hospitalitati, quam unicè prò substentatione pauperum Infirmorum cujuslibet Diœcesis provisio Apostolica contemplatur; Tantum perspicua esse videtur mens Summi Pontificis Pauli V in eodem hospitalitatis officio subrogandi PP. Principales
nostros, ut patet ex verbis illis *omnium, & quo-* 64
rumcumque Jurium Monasterii ejusdem Ordinis S. Antonii de S. Antonio Ordinis Viennensis Diœcesis, à quo d. Præceptoria dependet, etiam deserviendi Domui, & Ecclesiam Præceptoriæ hujusmodi, quatenùs de Jure, & non aliàs &c. quibus per præsentes tacitè, & expresse derogatum, neque Jura hujusmodi diminuta sint, minùsque aucta in aliqua parte ullatenùs censeantur &c. = His enim verbis demonstratur, quod mutatione personarum deservientium Ecclesiæ, & d. hospitali, mutata non fuit natura,
& qualitas loci, qui post discessum Canonico- 65
rum Regularium remansit Præceptoria, simili proinde nomine in Pontificio diplomate nuncupata. Unde Patribus Principalibus licet ea Jura sibi vindicare, quæ eisdem Canonicis competerent, si in eadem Præceptoria versarentur, *Rota in Firmana Jurisdictionis 10. Maii 1700. §. 7. & 15. Aprilis 1701. §. 1. coram Reverendissimo Molines*, *& in Nullius Provinciæ Hispalen. Juris amovendi Vicarium 27. Aprilis 1708. §. Sed quando coram R.P.D.Priolo*, & in his terminis *in Tranen. Præceptoriæ 23. Martii 1689. §. Nec benè, & 2. Junii 1690. §. Et quidem coram bon. mem. Ursino*, sed nulla prorsùs ambiguitas est in illis aliis verbis, quibus Ecclesia, & Domus concessa fuit Principalibus nostris uti Præceptoria cum omnibus Juribus, & oneribus, & præsertim illo exer-
cendi hospitalitatem, *ut in Hospitali prædicto* 66
debitam hospitalitatem, modo, & forma, quibus hactenus conservata fuit, conservare, ac de Infirma-

simario, Medico, medicinis, cibariis, utensilibus, aut aliis necessariis, ad hoc ut infirmi in eodem hospitali, seù illius Infirmaria existentes cum charitate, & diligenter curentur, providere = Quod confirmatur etiam aliâ Bullâ ejusdem san. mem. *Pauli V.* apud *Bordon in Archivio Bullar.*, *& Privileg. Tertii Ordinis S. Francisci num.268.*

Quapropter, cum Patres Principales sedulò implentes hæc vota Summi Pontificis, religiosissime vacent hospitalitati, non est, cur Pontificium Diploma exequendum non sit,
67 permittendo eisdem Principalibus ea omnia Jura, quæ Ordine Antoniano ex ipsa Præceptoria avulso, sarcta, tectaque Summus Pontifex servare voluit, *Valenz. cons.33. num.199., cons. 60. num.4., cons.79. num. 256., & num.262., Menoch. cons.70.num.10., Tiraquell.de Primog. quæst.40. num.44., Maceraten. var. resol. lib.2. cap.111.num.28., Bellon. de Jur. accresc. cap.6. quæst.53. in fin., Card.de Luca de Regal.disc.33. num.10., & 11., de Benefic. disc.27. num.13., disc.88. num.9., & disc. 89. num. 7., Rota cor. Emerix jun. decis. 1181. num. fin., & ad rem nostram in Tranen. Præceptoria 23. Martii 1689. §. Nec ea cum seqq., & 2. Junii 1690. §. Minùs juvat cor. bon. mem. Ursino, & plenè in Neapolitana, seù Tranen. Præceptoriæ 2. Junii 1696. 3. Martii 1698., & 23. Junii ejusdem anni cor. Rm̃o Molines Decano*, ubi refertur, ità etiam judicatum fuisse à *S. Congregatione Concilii.*

Nec est, cur rursùs objiciatur, quod benedictio animalium jure parochialitatis pertinere
68 debet ad Parochum; Nam isthæc objectio pluriès submovetur. Et primò, quod nullibi cautum esse invenitur, quod Jura parochialia præscribi non possint, *Barbos. de Jur. Eccles. lib.3. cap.25., & de Paroch. cap.27. utrobique nu. 8., Rot. decis.382. num. 1., & seqq. part. 16., in Gerunden. Beneficii 10. Februarii 1696. §. Ejusdem cor. R. P. D. Scotta, & in Gerunden. Sacristiæ 28. Junii 1694. §. Minùsque cor. bo. me.*
69 *Pia*, unde Patres Principales tuti jam sunt longævâ consuetudine, memoriam hominum excedente, omniumque consensu approbata, quâ ipsorum facultas benedicendi animalia, & oblationes percipiendi satis superque confirmata fuit, ut ostendimus.

Secundò, quod Summi Pontifices tùm in Antonianos, tùm in Patres Principales contu-
70 lerunt hoc Jus: Quapropter, nisi de summa illorum potestate dubitare velimus, fatendum est, ut benè ait *Rota in Nullius, seù Urgellen. Primitiarum 27. Aprilis 1708. §. Quomodocumque coram R.P.D. Aldrovando*, hæc Jura, etsi à Jure Parochiali dependerent, justè nunc ad Patres Principales pertinere, *Canon. nunc verò 9. quæst. 3., & cap.2. de Præbend. in 6., Cravet. cons.152. num. 8., Lotter. de Re Benefic. lib.1. quæst.11. num.11., Francesc. de Eccles. Cathedral. cap.6. num.13., & cap.10. num.31.*, benè *Rot. cor. R.P.D. Ansuld. decis.78. n.33.*;
71 Maximèque, cum id Summi Pontifices fecerint causâ majoris boni, ut nempè, quemadmodum anteà Canonici regulares Vienneoses, ità nunc Patres Principales, specialiter addicti Pauperum, Infirmorumque servitio, hospitalitatem, nullibi à Parochis exercitam, ipsi diligenter conservent; In qua re profectò versatur causa magis necessaria, publico bono utilior, magisque Ecclesiæ præferenda, *Thabor. axiom. Jur. lib.3. cap. 12. de caus. num. 18., & seqq., Rota in Romana, seù Reatina Donationum 14. Martii 1698. §. Constabilita coram Em̃a de la Tremoille, & 27. Martii 1699. §. 1., & 22. Junii ejusdem anni §. Subsistere, & §. Clariùs cor. bon. mem. Pia.*

Tertiò objectum tollitur considerando, quod 72
nunc non agimus de Sacro Baptismate, de sepultura, aut de similibus, quæ Parochis servari decet, tamquam spectantia ad curam animarum, ipsis commissam; Verùm quæstio est de facultate benedicendi animalia, quæ tantum abest, ut connumerata dici possit inter Jura Parochialia, ut illa adinventa fuisse videatur, postquam morbus sacri ignis timeri; & ope
Sancti Antonii Abbatis curari cœpit. Christia- 73
norum igitur pietas, timorque lethalis morbi effecerunt, ut usus benedictionis animalium inciperet; Fideles namque, si certatim confluen-
tes ad Præceptorias Sancti Antonii, auspi- 74
cem, custodemque contrà vim illius morbi constituerunt, ac nominaverunt eumdem Sanctum Abbatem Antonium; Unde ille trito nunc, vulgatoque nomine vocatur apud omnes *Sant' Antonio del Fuoco*, & justè quidèm, nam ob præclarissima illius merita sæpè Deus homines, sæpè animalia tanto periculo liberavit, ut referunt *clar. mem. Card. Baronius ad annum Domini 1095. num. ultimo, Aymer. Fulco in compend. histor. Antonian. part. 2. cap. 33. pag. 43., & seqq., Fratres Sammartani in Gallia Christiana tom. 4. verb. S. Antonii Viennensis fol. mihi 56., & seqq., P. Natalis ab Alexandro in histor. Eccles. secul. 12. cap. 7. art. 8. num.12. tom.1., Van. Espen. in Jus Eccles. univers. part.2. tit.37. cap.3. num.13., & seqq.*; Si Summi Pontifices hisce fidelium votis annuentes, commendarunt, jusseruntque, ut dicto morbo affecti in Hospithali Ordinis Vienneosis reciperentur; si eidem Ordini, ut opus erat pro hospitalitate conservanda, oblationes, ac eleemosynas concesserunt, quâ ratione, aut quo colore ad Jus Parochiale pertinere censenda est benedictio, de qua agitur, commendata S. Antonio Abbati, ob opem ab illo speciali morbo porrectam, commissamque Ordini, ac Ecclesiis, eidem Sancto dicatis; Initium namque, ac incrementum non à Jure Parochialitatis, sed sumpsit à consensu Populi, qui, si aliquò pro sua pietate fertur, ibique Deo preces
exhibet, speciali cultu aliquem Sanctum hono- 75
rans; nequaquam constituit Jus Parochiale, præsertim, si Populi pietas regitur, ac commendatur Instituto alicujus Ordinis regularis. Sic quemque penè cœtum Regularium fungi videmus aliquo munere particulari, ac confu-
lere

lere augmento Divini cultus, ac saluti Populi in aliqua re speciali, quin Parochi inde audeant hoc Regularibus prohibere, eosque in exercitio sui muneris turbare.

Quæ sanè rationes confirmatæ fuerunt judicio hujus *Sacræ Congregationis*, quæ in prima hujus Causæ propositione rescripsit contra Patres Adversarios, qui tunc toti erant in ostendendo, quod Jura Parochialia complectuntur etiam hujusmodi benedicendi ritum, & facultatem. Et quidem sapientissimè hoc sacrum Tribunal ità respondit; Siquidem neque etiam ea benedictio frugum, uvarum, rerumque similium, quæ fieri apud antiquos Christianos
76 consuevit, teste *clar. mem. Card. Bona Rer. Liturgic. lib. 2. cap. 14. §. 5. tom. 3.*, licèt cuidam Sancto specialiter minimè commendaretur, a Parochis solùm præstabatur, sed pro voluntate fidelium modo in hac, modò in illa Ecclesia fiebat; At, si hæc observabantur in generali benedictione, quid dicendum est de illa, auspiciis S. Antonii Abbatis commissa, & sic particulari Instituto consecrata? Hæc certè fieri
77 poterit à Patribus Principalibus privativè, secluso quocumque Jure Parochiali, quod, ut diximus, tanti non est, quod consuetudini, aut Indulto contrario minimè cedat, exemplo primitiarum, quæ, licèt Jure nostro debitæ sint Parocho, possunt tamen ab aliis vigore consuetudinis, aut concessionis contrariæ exigi,
78 ex theorica *Abbatis in cap. exposuisti in fin. de Præbend.*, *Rota cor. Pen. decis.* 1208. *num.* 2., *& decis.* 32. *num.* 14., *&* 15. *part.* 18. *recen.*, & plenè *cor. R.P.D. Ansaldo decis.* 38. *num.* 21., *& seqq.*, *& decis.* 47. *num.* 15., *juxtà secundam impress.*, *& in d. Nullius, seù Urgellen. Primitiarum* 27. *Aprilis* 1708. *§. Quomodocumque, & seqq. cor. R.P.D. Aldrovando.*

Minusque officit, quod fideles non raro usi fuerint libertate mittendi sua animalia pro benedictione suscipienda, non ad Præceptorias Sancti Antonii, sed pro eorum libito ad alias Ecclesias. Istiusmodi namque objectum sublatum ex iis, quæ superioribus locis firmavimus pro constabiliendo Jure privativo Ordinis Viennensis, submovetur etiam animadvertendo, quod actio a Parte adversa intentata contrà Patres Principales, eò respicit, ut Principales prohibendi sint animalia benedicere, ac oblationes suscipere. Hæc autem prohibitio tunc demum sustineri posset, cum DD. Adversariis assisteret justus aliquis titulus cogendi, seù consuetudo communiter, diùque recepta, aut confirmata aliquo actu coactionis. Id verò cum illis præbere nequeant inconsulti quidam actus quorundam hominum, qui pro sua voluntate non semper animalia ducunt ad Præceptorias
79 Sancti Antonii; nam hisce clandestinis actibus nulla constitui valet consuetudo, nullusque titulus acquiri, *Roman. cons.* 243. *num.* 7., *Roland. cons.* 53. *num.* 8. *lib.* 2., *Vermigliol cons.* 400. *num.* 6., *Surd. decis.* 13. *num.* 14., *Rot. decis.* 319. *num.* 9. *part.* 1. *recen.*; planè inde sequitur, ut Domini Adversarii non indè cogere possunt Patres Principales, quominùs animalia, ad suam Præceptoriam conducta, benedicant; Imò verò hujus objectionis fragilitas perspicuè ex eo colligitur, quod pro restringendo, coarctandoque Jure benedicendi in Ecclesia S. Savini affertur quædam insita Christianis libertas, eorumque usus, modò ad hanc, modò ad illam Ecclesiam eundi, ut ipsi, eorumque animalia benedictione donentur; Ex quo usu hoc solùm DD. Adversariis comparari posset, ut scilicet homines ad ipsos ad hunc effectum accedentes, benedicant, ac eleemosynas recipiant, quousque saltem prohibeantur à Patribus Principalibus, quibus verè hoc Jus alios cogendi, prohibendique privativè competit; ob correspectivum onus hospitalitatis, in quam erogant oblationes, ex hoc sacro ritu collectas.

Consultò omittimus perpendere, quod toto Christiano Orbe receptum est, ut benedictio animalium conficiatur in die festivitatis Sancti Antonii Abbatis, acceptaque ubique referatur auspiciis, ac meritis ejusdem S. Abbatis; unde,
si Domini Adversarii fateri non dubitarunt, 80
quod ipsi festivitatem S. Antonii non celebrant, sed illam S. Savini, cui etiam commendare solent, ac adscribere actum benedictionis; Si contrarii etiam Testes hoc asserunt; Si præterea Pars adversa ultrò acceptat Decretum hujus Sacræ Congregationis diei 20. Decembris 1709., quo dictum fuit = *Non licere in Ecclesia Sancti Savini celebrare festivitatem Sancti Antonii die 17. Januarii* = frustrà nunc iidem Adversarii disceptant de facultate benedicendi animalia, frustràque non exequi audent aliud Decretum Sacri hujus Tribunalis ejusdem diei 20. Decembris 1709., quo responsum fuit
= *Parocho ejusdem Ecclesiæ Sancti Savini non* 81
licere animalia benedicere, & eleemosynas accipere in eadem die 17. Januarii =; Etenim celebratio festivitatis S. Antonii Abbatis, ac benedictio animalium ità conjunguntur inter se ex primævo hujus ritus instituto, ac ex mente omnium fidelium, ut benedicere fas esse possit illi solùm Ecclesiæ, cui licet solemni ritu eadem die 17. Januarii colere Divum Antonium, hujus actus auspicem, protectoremque. Quod certum sic est, sicque omnibus pro sua experientia patet, ut supervacaneè hoc pluribus comprobaremus; Ideòque locus esse videtur certæ illi Juris, Forique nostri regulæ, quâ docemur, Partem, acceptando sententiam, acceptasse etiam censeri quæcumque ex illa procedunt necessaria, justaque consequentia, *leg. Si quis totum §. Et generaliter ff. de except. rei judic.*, *Palm. decis.* 362. *n.* 13., *Rota in Romana Fideicommissi* 26. *Martii* 1708. *§. Et quamvis, & in Hispalen., seu Granaten. Pecuniaria* 23. *Aprilis* 1708. *§. Nec cor. R.P.D. Aldrovando*

Parochus adquievit.

INDEX RERUM

Quæ in Disceptationibus, ad Rem Ecclesiasticam pertinentibus, continentur.

A

De Re Ecclesiast. Z In

Præ-

vel

DISCRETIVA.

DISPARITAS.

DISPENSATIO.

Nec

ECCLESIASTICA PERSONA.

ELECTIO.

Facul-

Ma-

MEDIUM.

MERETRIX.

MINISTER.

MONACHUS.

Mona-

MONASTERIUM.

MONITIO.

MUTATIO.

N

NEGATIVA.

NEGLIGENTIA.

NEMO.

NOBILITAS.

NOMINATIO.

NOVITIUS.

O

OBEDIENTIA.

OBREPTIO.

OBSEQUIUM.

OB

OBSERVANTIA.

OBSTACULUM.

ODIUM.

IN ODIOSIS.

OFFICIALIS.

OFFICIUM.

OMISSUM.

OPINIO.

OPUS.

ORDINARIUS.

OR-

P

PAROCHUS.

PAROCHIALIA JURA.

PARS.

PATER.

PENSIONARIUS.

PERSONA.

PERSONATUS.

PETRUS DE LUNA.

S. PIUS V.

PÆNA.

CARDINALIS PÆNITENTIARIUS.

SUMMUS PONTIFEX.

Quod

POPULUS.

POSSESSIO.

POTESTAS.

PRÆEMINENTIA.

PRE-

PRIORATUS.

PRIVILEGIUM.

PROBATIO.

PROCESSUS.

PROFESSIO.

PROMISSIO.

PROTECTIO.

PROTESTATIO.

REDINTEGRATIO.

REGULA IV. CANCELLARIÆ.

REGULARIS.

RELATIO.

RELIGIO.

RELIGIOSUS.

De Re Ecclesiast.

REMOTIO.

RENUNCIATIO.

RES.

RES JUDICATA.

RESCRIPTUM.

RESERVATIO.

RESTITUTIO, RESTITUTUS.

Sta-

Quæ-

FINIS.

